BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
166
F
11
NAPOLI

Digitized by Google

IIIi
7
126

Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

PII PAPÆ SEXTI

R E S P O N S I O

A D

METROPOLITANOS

MOGUNTINUM, TREVIRENSEM, COLONIENSEM, ET SALISBURGENSEM

S V P E R

NUNCIATURIS APOSTOLICIS.

EDITIO ALTERA:

ADDITIS BINIS LITTERIS

AD ARCHIEPISCOPUM, ET AD CAPITULUM COLONIAE.

ROMAE

M D C C X C.

Digitized by Google

INDEX

Litterae in forma Brevis SS. D. N. PII PAPÆ VI. ad Metropolitanos Moguntinum, Trevirensem, Coloniensem, et Salisburgensem. *Pag.* 1.

Partitio rerum, quae in Responsione continentur. *Pag.* 5.

CAPUT I.

De Personis, quae excitarunt, foventque turbas super Nunciaturarum omnium Germanicarum eversione, contra quem id agatur, et quibus mediis, ac rationibus, una cum rerum gestarum narratione. *Pag.* 6.

CAP. II.

De Causis, ex quibus hujusmodi turbae excitatae asseruntur, et primò de querela communi nomine proposita super instituta Monachii Nunciatura pro Ditione Palatino-Bavara. *Pag.* 35.

CAP. III.

De altera communi querela quoad factam à Nuncio Palatino-Bavaro Delegationem duorum Ecclesiasticorum Virorum pro Palatinatu Rheni, et pro Ducatibus Juliacensi, et Montiensi. *Pag.* 45.

CAP. IV.

De altera querela communi Electorum Ecclesiasticorum nomine proposita super Litteris Encyclicis a Nuncio ad Tractum Rheni missis ad Suffraganeos, Vicarios, et Parochos Archidioecesum Moguntinae, Trevirensis, et Coloniensis. *Pag.* 53.

CAP. V.

De peculiari Electoris Coloniensis querela super negata Sibi facultate efformandi ex Judicibus Pro-Synodalibus no-

Digitized by Google

novum Tribunal cum generali Mandato; et de instituto per eumdem Electorem Officialatus Tribunali. *Pag.*79.

C A P. V I.

De Argumentis, quibus idem Coloniae Elector contendit, novum ab Se institui potuisse Officialatus Tribunal sine auctoritate, et consensu S. Sedis in vim ult. Decreti *Seſs.* 31. *de Cauſis* Concilii Basileensis, Instrumenti acceptationis, seu adhaesionis *diei* 26. *Martii* 1439., et Concordatorum Germaniae, nec non Tridentini Concilii, Constitutionum BENEDICTI XIV., et Consuetudinis aliarum Archidioecesum. *Pag.*97.

C A P. V I I.

De ultima, quam proponunt, querela, Elector Treviren., et Archiepiscopus Salisburgen. super facultate ab Electore Palatino Bavariae Duce postulata, et a Nobis concessa per Litteras in forma *Brevis diei* 6. *Novembris* 1787. prorogandae in subsidium publicarum calamitatum exactionis Decimae omnium redditnum obvenientium ex rebus, et bonis Ecclesiasticis sitis in Ejus Ditione Palatino-Bavara. *Pag.*140.

C A P. V I I I.

De Jure Apostolicae Sedis mittendi Nuncios tam Extraordinarios, quàm Ordinarios stabili Jurisdictione pollentes. *Pag.*170.

SECTIO I. Explicatur vera Juris illius notio, quod nemine contradicente habet Apostolica Sedes mittendi Nuncios in casibus extraordinariis, explicaturque praesens extraordinarius status Archidioecesum Moguntin., Treviren., Colonien., et Salisburgen., aliarumque Germaniae Ecclesiarum. *Pag.*176.

SECT. II. Probatur Jus Sanctae Sedis mittendi Nuncios Ordi-

Ordinarios stabili praeditos Jurisdictione ex Jure Primatus. *Pag.* 183.
SECT. III. Probatur Jus idem Ordinariarum Nunciaturarum ex constanti Ecclesiae Disciplina a primis Saeculis ad Saeculum usque nonum. *Pag.* 198.
SECT. IV. Confirmatur idem Jus ex eadem Ecclesiae Disciplina a Saeculo nono ad Saeculum usque decimum quintum. *Pag.* 234.
SECT. V. Confirmatur idem Jus Nunciaturarum cum stabili Jurisdictione junctarum ex constanti Ecclesiae Disciplina a Saeculo XV. ad nostram usque aetatem. *Pag.* 258.
SECT. VI. Confirmatur Jus stabilium Nunciaturarum auctoritate Conciliorum, exemplisque Episcoporum, et quatuor praesertim Metropolitarum, Moguntini, Trevirensis, Coloniensis, atque Salisburgensis. *Pag.* 271.
SECT. VII. Confirmatur denique Jus stabilium Nunciaturarum exemplis Imperatorum, et Imperii, celebriorumque Jureconsultorum Germanicorum etiam Protestantium auctoritate. *Pag.* 279.

C A P. I X.

Demonstratur, ea etiam, quae objici solent, si ab erroribus vindicentur, stabilium Nunciaturarum Jura confirmare. *Pag.* 297.
SECT. I. De iis, quae Sacri Ordinis nuncupantur. *Pag.* 298.
SECT. II. De iis, quae profani Ordinis vocitantur. *Pag.* 317.
SECT. III. De iis, quae ab aliquibus peculiari ipsorum nomine objiciuntur. *Pag.* 328.
Litterae in forma Brevis SS. D. N. PII PP. VI. ad Archiepiscopum Coloniensem. *Pag.* 337.
Aliae ejusdem Pontificis Litterae ad Coloniense Capitulum. *Pag.* 348.

Digitized by Google

PIUS PP. VI.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam Benedictionem.

POtuissemus equidem nulla interposita mora tuis rescribere litteris, ad Nos datis [*] . . . *Kal. Decembris superioris anni*, si, relicto rerum, et rationum examine, placuisset Nobis eam Tibi responsionem dare, quam litterae tuae postulabant. Cum enim Tu, aliis tribus Metropolitanis adjunctus, peteres cujusdam quasi *Concordiae* loco, ut Nostrum assensum praeberemus *Nunciaturarum Apostolicarum abolitioni*, prompta sanè et expedita occurrebat *responsio*, neminem unquam petiisse ab altero *transigendi* gratia *totum* id, de quo disceptatur. Sed studium, et singularis Dilectio in Te Nostra, qua Te acriores etiam inter contradictiones prosecuti sumus, in causa fuit, cur *aliam* agendi Tecum rationem iniremus. Satis namque intelleximus fore, ut haec Responsio Nostra, justitiae inprimis consona, facile Tibi quidem ostenderet, quam absona, et repugnans, et absurda esset petitio ista tua, sed nequaquam obtinuisset, quod maxime interest, ut Tibi, tuisque Confratribus *insidias* patefaceret, quae Vestrae Virtuti, ac Religioni instructae, et paratae sunt, utque omnibus aeque persuaderet è sententia decedere. Hanc provinciam aggressi, vidimus extemplo, quàm arduum moliri opus oporteret, non propter ambiguitatem quaestionis, qua nihil est, nec potest esse expeditius, sed propter multiplicem rerum congeriem, quae, quamvis a quaestione plurimum abhorrerent, licentiùs tamen cumulatae, et vulgatae sunt ad odium, et invidiam conflandam in Nos, et Apostolicam Sedem. Nullus enim, ut ita dicamus, Tabellarius è Germania Romam commeabat, qui *Commentaria*, *Lucubrationes*, *Encyclicas*, et alia id genus scripta non afferret ad Urbem ita multa, ut omnia propemodum Germanicis rebus, et Libris redundarent. Accedebat ad haec multarum *novitatum* rumor, quae isthic identidem factae sunt. Hinc intelligit quisque per se, tantum Librorum, querelarum, novita-

[*] XIV. ab Electore *Treviren.*, VIII. ab Arch. *Salisburgen.*, VI. a *Moguntino*, IV. a *Colonien.* Electoribus.

vitatum, omnia ut refellerentur, Volumen exposcere: quod quidem si longissimi temporis spatium ab alio quoquam postulasset, multò certe magis postulavit a Nobis, quos in hac rerum, temporumque perversitate immensae fere premunt solicitudines Apostolici, quo fungimur, Ministerii. At nulli parcentibus labori licuit Nobis tandem, favente Deo, hanc *Responsionem* absolvere, his adjunctam Litteris, quae *communis* cum aliis Confratribus in Causa, quam *communem* appellatis, quamque Communi Nomine agitis, luculentissime vindicat agendi rationem cum Nostram, tum Nunciorum Nostrorum: utpotè quae, disjectis procul erroribus, locupletissima demonstratione Jus, et Potestatem ostendit, quae est Apostolicae Sedi a primis Ecclesiae Saeculis ad haec usque tempora habendi *Nuncios stabili Jurisdictione pollentes*. Plurimum equidem in Te, Ven. Frater, et in Tuis Confratribus confidimus, certique sumus fore, ut, si Vosmetipsi Nostrarum rationum momenta perpendatis, non modò nihil allaturi sitis obstaculi Apostolicis Nunciaturis, sed, qua praestatis fide, et justitia, eas obsequio, uti Vos decet, colatis, èt ab aliorum aggressionibus tueamini. Interim Te, Confratresque Tuos, quantum in Domino possumus, obsecramus, ne Ecclesiam, tantis afflictam aerumnis, novo dolore cumuletis, cui nihil accidere exitialius potest, quam ut Membra adversus Caput praelientur. Tolle è medio *novitates*, ad quas vel nolentem Te aliena malitia deduxit, restituens res ad eum, in quo erant, statum, et factis probans illam, quam erga Matrem fovere observantiam affirmas; agnosce tandem Jus illud, quod Divina Institutione cum *Primatu* ipso conjunctum est, ac colligatum, quod a Nobis abdicare non possumus, quodque subire nequit Judicium Comitiorum, uti Tribunalis incompetentis; quemadmodum saepius ab ipsis Comitiis agnitum est. Firmo *Nunciaturarum Jure* manente, si quis in Nunciaturas irrepsit *abusus*, Nobis ignotus, ut in fine *Nostrae Responsionis* jam diximus, Nos fidenter adi, Ven. Frater, sive per litteras, sive per Negotiorum Gestorem, veluti toties Natio jam praestitit, et ad Nos referre ne graveris, *qualis* praecipue sit abusus in exercitio solitarum Facultatum invectus, relictis antiquis Querelis, quibus opportune consultum jam est, quaeque vel ab Auctoribus ipsis desertae, vel ab Imperatoribus, et ab Imperio fuerunt omnino despectae: Nos enim

enim *Potestatem* tuemur, non potestatis abusum, nihilque habemus antiquius, quam ut Tibi obsecundemus in iis omnibus, quae justitia, aut aequitate nitantur. Ingenuos hosce in Te sensus prae animo ferentes, Apostolicam Tibi, Gregique Tuae curae concredito Benedictionem [*]... impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 14. Novembris 1789. Pontificatus Nostri Anno XV.

[*] *Amantissime* tribus Electoribus, *peramanter* Archiepiscopo Salisburgensi.

PARTI,

Digitized by Google

PARTITIO RERUM,
QUÆ
IN RESPONSIONE
CONTINENTUR.

QUÆ nuper in GERMANIA excitata contentio est *pro Nunciaturarum Apostolicarum everſione*, quemadmodum plures litterae significant a Vobis, Ven. Fratres, ad Nos datae XIV., VIII., VI., et IV. *Kalend. Decembrîs elapſi* A. 1788., ea quaquaversum inspiciatur, videri sane non potest, nisi absurda, indecora, injuriae plena, et cum summa injustitia conjuncta; tam si CONDITIO spectetur eorum, qui ad illam fovendam accesserunt, *contra quem*, *qua ope*, seu *mediis*, *quibusve consiliis* ad id praestandum incumbant; tam si CAUSAE perpendantur, ob quas haec contentio instituitur; tam si denique ad trutinam revocetur RES IPSA, ejusque vis, ac natura.

Equidem hoc rerum ordine, ac partitione indubiè speramus futurum, ut non solum Vestris epistolis, quas modò indicavimus, satisfiat, sed alia etiam Vestra *Scripta*, *Opuscula*, et cujusvis generis *Commentationes*, quae non sine Nostri offensione huc usque prodierunt in lucem, retundantur, ac profligentur. Verum haec ipsa rerum partitio satis superque indicat, intra angustos *epiſtolae* limites contineri, ac comprehendi non posse ea, quae ob gravitatem rei longam, et fusam orationem requirerent. Hinc tametsi aliis curis, iisque gravissimis, distenti, scripta haec concinnavimus, quibus Nostra Defensio contineretur, eaque idcircò in plura *Capita* tribuenda esse duximus, ut magis dilucidè, atque ordine Oratio Nostra procederet.

CAPUT I.

DE PERSONIS,

quae excitarunt, foventque turbas

SUPER NUNCIATURARUM OMNIUM GERMANICARUM EVERSIONE;

CONTRA QUEM id agatur,

ET QUIBUS MEDIIS, AC RATIONIBUS,

UNA CUM RERUM GESTARUM NARRATIONE.

§. 1. SI *conditionem* respicimus Eorum, qui Nunciaturarum Apostolicarum eversionem moliuntur, et si examini parumper subjicitur, contra *quem* id fiat, qua *ope*, quibusve *consiliis*, haud profecto multis opus est verbis, ut contentionis hujusce pateat absurditas, atque injuria quammaxima. Vos, Venerabiles Fratres, (dolentes equidem dicimus) quamquam virtute praediti, decepti tamen ab iis, qui *inimici pacis* sunt, *novisque rebus* quotidie student (1), VOS, in tota, qua latè patet, Germania *soli* estis novae hujus perturbationis *Auctores*; APOSTOLICA HAEC SEDES, cui *Jus* est mittendi Nuncios quocumque magis censuerit expedire, quaeque in *Possessione* est hujusmodi a tot retro Saeculis, *Apostolica Sedes*, inquimus, est illa, contra *quam*, et de cujus *Jurisdictione* unicè agitur.

2. Vos autem, *Moguntiae Elector*, et *Salisburgensis Archiepiscope* (2), *Ecclesiastica* dignitate fulgentes, et in partem

(1) Vid. Opusculum, cui Titulus = *Veritable état du different elevé entre le Nonce Apostolique resident a Cologne et les trois Electeurs Ecclesiastiques. A Dusseldorff chez Pierre Kaufmann* 1777.= 2. *edit.* pag.72. *e.*, et alterum = *Supplement au veritable état* etc. = ibid. pag.16. *b.*

(2) *Litterae Caesareae diei* 12.*Octobris* 1785.,quas ELECTOR COLONIENSIS communicavit cum *Nuncio ad Tractum Rheni die* 18. *Novembris* ejusdem anni, in principio = *L'Electeur Archeveque de Mayence ainsi que l'Archeveque de Salzbourg m'ont representè* etc.= Animadvertas, quaeso, nonnulla, quae in hac etiam editione adduntur litteris ad Metropolitanos missis, ita indicari. ADD., nullam *duorum Archiepiscoporum* mentionem fieri in earumdem litterarum *italica* versione in Opusculo =*Resultato del*

tem vocati Nostrarum solicitudinum, *adversus* MATREM arma sumpsistis, et *Vestro ipsi* CAPITI bellum intulistis, CÆSAREM nil tale cogitantem excitantes, ut Nunciaturae adversaretur, quam *pro Religionis bono* in *sua Ditione* MONACHII DUX erigi postulabat. Nec ab incoepto destitistis, licet essetis per Nos certiores effecti, non aliam novum Bavariae Nuncium exerciturum Jurisdictionem in Ditione Palatino-Bavara ab ea, quam usque tunc in eadem Regione exercuerat Nuncius Apostolicus ad Tractum Rheni, absque ulla vel minima Metropoliticorum, et Episcopalium Jurium violatione, aut imminutione (3).

3. Sed ubi ex una parte constitit Vobis, nil timendum omninò esse, et nihil ex alia parte deterriti sapienti illa, ac religiosa *Responsione*, quae Vobis a CÆSARE data est, = *qu' il dèpendoit du Sainct Siege d' envoyer en tel endroit, ou il le jugeroit a propos*, TROIS *Nonces meme au* LIEU D' UN; *marque, que ce Chef de l' Empire ne se* MELOIT *pas de cette affaire, et la regarde comme fort* INDIFFERENT *aux Constitutions de l' Empire* = (4), non amplius institistis in *una* Monachii Nunciatura evertenda, quippe quae, caeteris in sua firmitate manentibus, everti omninò non poterat; sed multo altius vestra consilia paullatim evehentes eò devenistis, ut *omnibus* Nunciaturis bellum indiceretis, tantique vestrae apud Caesarem importunae preces valuerunt, ut extorquere tandem aliquando datum Vobis fuerit cele-

del Congresso di Ems etc. corredato dagl' Atti autentici. Francfort e Lipsia 1787. =, ubi num. I. pag. 13. ita legitur = *Dalla Lettera indirizzatami ho veduto* etc. =

(3) Ita *Pontificis* Jussu respondit die 7. *Maii* 1785. Praesul FEDERICI, *Secretarius ab arcanis notis*, ad ea, quae nomine Archiepiscopi *Moguntini* exponebantur in quodam scripto, cui Titulus = *Pro-Memoria* =.

(4) Verba sunt COMITIS SEIMSHEIM, *Ministri* Electoris *Palatini* scribentis die 8. *Julii* 1785. ad *Ministrum* ejusdem Electoris *Palatini*, et Electoris *Coloniensis* apud S. Sedem. ADD. Adversus Caesaream hujusmodi Responsionem, qua usus est etiam *Pontifex* in Litteris ad defunctum *Episcopum Frisingensem* scriptis *die* 18. *Octobris* 1786., nil unquam opposuit Caesar, vel alius quivis, cujus interesset; adeout per jocum locutus videatur Anonymus Auctor libelli = *Istoria Prammatica della Neo-eretta Nunziatura di Monaco* etc *Francfort e Lipsia* 1787. =, qui §. 28. dubitat primum de Responsi *veritate*, mox contra omnem verisimilitudinem illud interpretatur.

Digitized by Google

celebrem illam *Epistolam diei* 12. *Octobris* A. 1785., in qua Caesar, tanquam *Advocatus* Imperii, Metropolitanos, et Episcopos *hortabatur*, ne vellent Nunciis permittere = *aucun exercice de Jurisdiction dans les affaires Spirituelles*, *ni aucune Judicature quelconque* =(5).

4. Tunc factum est, ut Tu *Coloniae*, Tuque *Trevirensis* Elector, quorum uterque non significaveras modò, sed etiam declaraveras Nostro Nuncio, hujusce novitatis nec *Auctorem*, nec *Suasorem* fuisse (6), factum est, inquimus, praeter omnem expectationem, ut conjuncti aliis duobus Metropolitanis, conspiratione veluti facta, *sensum* Epistolae hujus perperam contorquentes, et verba *consilii*, atque *hortationis* in verba *praecepti* consulto immutantes, et auctoritatem *Legislatoris* ei tribuentes, qui *Advocatum* se esse profitebatur, non dubitaveritis per idem ferè tempus *Decreta* in vulgus edere adversus Auctoritatem Apostolicae Sedis, et *poenarum* comminatione *Assessores*, *Curiales*, et *Advocatos* prohibere, quominus *deinceps* ullo unquam tempore sisterent Se in *Tribunalibus Nunciaturae ad Tractum Rheni* (7), de-

(5) Cit. *litterae Caesareae* §. *C'est pourquoi*.

(6) Elector COLONIÆ in *litteris* diei 23. *Decembris* 1785. Nuncio BELLISOMI datis professus est, = *Che non sono stato nè l'*INVENTORE, *nè il* PROMOTORE *di questo Rescritto. Cesareo*; *e se caso mai non bastasse la mia parola*, *ne posso renderla convinta con lettere scritte*, *che* IO, E L'ELETTORE DI TREVERI *non volemmo entrare* NELL' OPPOSIZIONE ALLA NUNZIATURA DI MONACO, ED IO PARTICOLARMENTE = : Elector autem TREVIRENSIS in aliis *litteris* eidem Nuncio datis die 18. *Januarii* 1786. rem ita narravit : = MOGUNTINUS, et SALISBURGENSIS *Archiepiscopi reliquorum Coepiscoporum Germaniae expetiere* VOTA (adversus Nunciaturam Monachiensem); *verum huic postulationi accedere* NOLUI. *Singularis namque*, *qua feror* DEVOTIO *in Sedem Apostolicam*, *cujus* AUCTORITATEM *quanti ego faciam*, *semperque fecerim*, *R̄ma*, *et Illm̄a Dominatio Vestra ignorare nequit*, *animum* RETINEBAT =, addiditque, = ME NEC CONSTITUTIONIS HUJUS PROMOTOREM, *ne* AUTHOREM *dicam* „ *fuisse* =.

(7) Archiepiscopus TREVIRENSIS edidit *Decretum Commune* die 25. *Novembris*; Archiepiscopus verò COLONIENSIS plura vulgavit *Communia Decreta* diebus 19., *et* 28. *Decembris A.* 1785., 12., *et* 23. *Januarii* 1786. ADD Referuntur haec Decreta in libro = *Colloquia Doctoris Ingolstadiensis etc. Dusseldorpii* 1789. = n. V. VI. VII. pagg. 205. seqq., ac de iisdem agit *Doctor Colloqu. XIII.* p 97. affirmans idem praestitisse *Mogunt. Trevir.*, et *Salisb.* Archiepiscopos.

despectui habentes paternas Nostras querelas ad Vos per Nuncium delatas, et per Nationem *vulgatas* Litteris *in forma Brevis* datis ad *Clerum Leodiensem* (8), et ad defunctos Episcopos *Frisingensem* (9), et *Hildesiensem* (10).

5. Nec satis fuit Vobis, id omni ope curasse, ut Nuncii ea Jurisdictione carerent, quae *contentiosa* dicitur, quam praedicta Epistola *hortatoria* innuebat; sed eò Epistolae *sensum* trahendum quoque esse praedicastis, ut *voluntariam* etiam Jurisdictionem comprehenderet, eam nempe, quae in concedendis *Dispensationibus* quoad dirimentia Matrimonii Impedimenta versatur.

6. Quamquam verò certi essetis, *nequire* Vos solvere Impedimenta Matrimonium dirimentia, quae ab Ecclesia praestituta fuissent in *generalibus* Conciliis, nisi in certis *dumtaxat* Gradibus, et juxta eas *tantummodo Facultates*, quas unusquisque Vestrum *quinquennio quolibet* ab hac Apostolica Sede petierat, atque impetraverat, a recta tamen via, qua Majores Vestri, et Vos ipsi incesseratis, quàm longissimè recessistis. Etenim qui A. 1782. aperta fronte *Caesari* restitistis, dum is errore deceptus Episcopis suadere nitebatur, posse illos hujusmodi Impedimenta *propria Auctoritate* dissolvere, Tuque inter caeteros (11), Venerabilis Frater *Ecclesiae Trevirensis Archiepiscope*, qui reluctantiae, constantiaeque tuae *causas* palam facere non dubitasti in iis litteris, quae per Germaniam *vulgatae* (12) singulari Te gloria cumularunt;

 post-

(8) Die 29. *Aprilis*, et 4. *Octobris A.* 1786.

(9) Die 8. *Octobris* ejusdem anni.

(10) Die 24. *Martii A.* 1787.

(11) Quae in hanc rem scripserunt sive ad *Caesarem*, sive ad *Belgii Gubernatorem* Archiepiscopus MECHLINIENSIS die 25. *Martii* 1782., et die 28. *Septembris* 1784.; Episcopus ANTUERPIENSIS die 31. *Martii* 1782., et die 18. *Junii* 1786.; Episcopus NAMURCENSIS sub finem anni 1786., nec non STATUS PROVINCIÆ MECHLINIENSIS die 5 *Novembris* 1787., legi possunt in Opere inscripto = *Recueil des representations, protestations, et reclamations dans les Pays Bas Catholiques* 1787. - Par. Ecclesiast. III. pag. 189., Par. IV pagg. 191. 198. 202., Par. V. pagg. 312. 318. 354. ADD. Quae item ad Caesarem scripserit *Hungariae Primas* CARD. DE BATHYAN, ibidem prostant Par. Eccles. III. pagg. 251. 252.. Quid tandem ea de re senserint caeteri *Hungarici* Episcopi colligitur ex *quaestionibus die* 20. *Aprilis* 1782. Pontifici *Vindobonae* propositis, quae *ibid.* referuntur pag. 252. et seqq.

(12) Alterae datae fuerunt die 7. *Martii* 1782. ad *Card. Archiepiscopum*

postquam Caesar ipse a Nobis, dum *Vindobonae* essemus, veritatem edoctus, juxta *Concordatum* inter Eum, et Nos constitutum, publicè, et palam *Episcopis Monarchiae suae* declaraverat, = *ipsis nunc* LIBERUM *relinqui*, *ut* FACULTATES *dispensandi circa Impedimenta Matrimonii in Gradibus prohibitis Consanguinitatis, et Affinitatis*, *in quantum hae in Gradu quarto, et tertio*, *nullatenus tamen tangente* SECUNDUM, *Ipsis huc usque* PRO PAUPERIBUS *concessae erant*, *etiam pro* NOBILIBUS, *et* DITIORIBUS ROMÆ AD DIES VITAE IMPETRARE, *atque hac ratione Ipsi etiam in formula* CONSUETA *dispensare* POSSINT, *ac* VALEANT = (13), mutato consilio in eam mentem venistis, ut eam Vobis *Auctoritatem* arrogaretis, qua paulò ante *carere* Vos sancte, religioseque defenderatis, Vestris *Vicariis* praecipientes, atque mandantes, ut ab *antiqua* formula, hactenus in Dispensationibus servari solita, verbis illis deletis =*Auctoritate Delegata*=, nova haec verba =*Auctoritate Ordinaria* = subrogarent, ut Apostolicus Nuncius Nobis significavit (14).

7. Non defuit sane inter *Vicarios* ipsos, ad quos haec jussio pervenerat, qui ingenuè professus fuerit, allatisque rationum momentis demonstraverit, se id, *salva conscientia*, facere omninò non posse; sed huic responsum scimus fuisse, *Dispensationes* hujusmodi, quotquot prodiissent, non in capita Vicariorum, praecepta exequentium, sed in caput *Archiepiscopi mandantis* recasuras, ut ad Nos retulit idem Apostolicus Nuncius (15).

8. Vos, et Vicarii Vestri a Nostris Nunciis fuistis saepius *admoniti*, ut abstineretis ab Apostolicorum Jurium invasione, ex qua tantum detrimenti. et calamitatis in Ecclesiam, et in Rempublicam ipsam importabatur (16); sed tantum abest, ut Conatibus

pum Mechliniensem, alterae verò ad *Albertum Saxoniae Ducem* eodem mense, et *anno*; ac legi possunt in cit. Opusc. = *Veritable etat etc.* = pag.75., et seqq., et in cit. = *Recueil des representations etc.* = Par. Ecclesiast.III. pag.216., et 219. ADD. Insidiis *Aulicorum* id attribuit DOCTOR INGOLSTADIENSIS *Colloqu.*IX. pag.62.

(13 Ita legitur in cit. Opusculo = *Veritable etat etc.* = pag.11. *a*.

(14) In *epistola* diei 20. *Julii* 1786.

(15) In cit. *epistola*.

(16) Vid. cit. Opusc. = *Veritable etat* = pag.2., et pag.71. *d.*, et alterum = *Rescrit du Conseil Aulique de l'Empereur etc. A Dusseldorff* 1787. = pag.6. *d.* ADD. Id speciatim de Nun-

bus Summi Pontificis fuerit obsecundatum, = *ut Archiepiscopus* COLONIENSIS *respondere Nuncio Apostolico non dubitaverit*, RATAS JAM, FIXASQUE *esse plures rerum* MUTATIONES, *quae ad* OMNE DISPENSATIONUM GENUS *pertinerent* =; quemadmodum Nobis a Nuncio ad Tractum Rheni relatum est(17).

9. Ignorabamus sane per id tempus, et ipsa Natio Germanica ignorabat, *quales* nam essent hujusmodi rerum mutationes, quas inito inter Vos foedere constitueratis; cum, obstupescentibus Nobis, et ipsa Natione Germanica obstupescente, auditum est, coactum fuisse *VIII. Kal. Sept. A.* 1786. per Vestros Ministros CLAM, et OCCULTE in *Oppido Emsensi* quoddam quasi *Conventiculum*, Vestro Nomine, et Amplitudine prorsus indignum; cujus quidem Deliberationes statimac prodierunt in lucem, satis superque patuit, *quò* vestra consilia, *quò* curae, *quò* molimina vestra spectarent, ad deprimendam nempe, atque elevandam Sanctae Sedis *Auctoritatem*, non quoad Nunciaturas modò, sed quoad *Appellationes* quoque, et caetera *omnia Jura Primatus*: qua in re molienda *Auctorem* secuti estis eum, cujus *doctrinae*, a doctrina Ecclesiae prorsus *alienae*, fuerunt a S. Sede *damnatae*, et ab ipsis Germaniae Episcopis, atque Archiepiscopis *reprobatae* (18). Auctoritate enim S. Sedis depressa, aut imminuta, et Nunciis expulsis, facile Vobis persuadebatis, fore, ut *Metropolitanorum* Auctoritas *Auctoritati Pontificiae* exaequaretur in omni genere Dispensationum, et in aliis Facultatibus quibuscumque: ex quo facilis Vobis aditus pateret ad quemdam quasi *Dominatum* assequendum in Suffraganeos, et in Dioeceses, *alienis* etiam Ditionibus aliquando subjectas, et lata aperiretur via ad *novas Saeculi doctrinas* per Germaniam importandas, ac disseminandas,

Nuncio BELLISOMI testatur DOCTOR INGOLSTADIEN. *Colloqu. XIII.* pag. 95.

(17) In *foliis* suae *epistolae* adjunctis, quam scripsit die 27. *Maii* 1787.

(18) Is est JUSTINUS FEBRONIUS in Opere = *de Statu Ecclesiae* =, teste *Weismann*, ut inquit Auctor Opusculi italicè versi = *Colpo d' occhio sul Congresso di Ems* =, ubi invictis documentis probat, opus hujusmodi non ab *Archiepiscopis* modo, sed et ab *Episcopis* Germaniae proscriptum, damnatumque fuisse, uti *scandalo*, ac *periculo* plenum, *filium tenebrarum*, *succum haeresum*, *partum Satanae*. V. Dis. Cap.V. per tot., et praesertim pag. 34., et pagg. 48. 51. utrobique n. 1.

das, non sine totius Ecclesiasticae Disciplinae subversione (19).

10. Ubi tam funesta nunciata sunt, in Ecclesiastica Historia fere inaudita, dolentes equidem flevimus, fueruntque lacrymae Nostrae panes die ac nocte. Sed flevit Nobiscum *Natio ipsa Germanica*, quae hujusmodi Conventiculum incredibili horrore conspexit: fleverunt per eamdem Germaniam *Episcopi* complures, virtute ac religione praeclari: qui certè tantum abest, ut tot tantarumque novitatum participes existimari queant, velut dictitare Tu, *Moguntiae* Elector, consuevisti, perinde ac si *Episcopalis* Auctoritatis depressio, (*alter* scopus consiliorum vestrorum) essent *terriculamenta*, et *vexationes* a S. Sede profectae (20); ut imò aliqui ex Germaniae Episcopis, ac praesertim Episcopus, ac Princeps *Spirensis*, cum intellexerint, Archiepiscopos ad Caesarem confugisse (21), quo Conventiculi Deliberationes defendendas susciperet, gravissimè apud Ipsum conquesti fuerint, quod Archiepiscopi, caeteris Episcopis *inscientibus*, Conventum hujusmodi *clanculum* coegissent, quodque novae illae Deliberationes ma-

(19) Occultum hoc Consilium Metropolitanorum agnovit, patefecitque idem Germanicus Scriptor *L.* WEISMANN in suo Libro = *Brevi Osservazioni intorno il Risultato del Congresso d'Ems: Argentina* 1787. =, illudque vindicandum sibi sumpsit in alio Libro = *Nuove Osservazioni* etc. *Augusta* 1788. = n. 6. vers. *Del resto*; nec non CHRISTIANUS REINFELD in Opusculo = *Osservazioni sul Risultato del Congresso d'Ems* etc. *Damiata ed Atene* 1787. = Artic. VII. n. 41.; et Auctor Libri, cui titulus = *Riflessioni sopra i* 73. *Articoli della Pro-Memoria dell'Arcivescovo di Colonia alla Dieta di Ratisbona sulle Nunziature, tradotte dal Francese. Milano* 1789. = ad conclusionem scripti pag. 223., et seqq. Quam exitiales vero *effectus* ex iis possent oriri, quae in Conventu Emsensi constituta sunt, agnoverunt Assessores ipsi *Consistorii Argentoratensis*, ut patet ex *litteris* datis ad *Episcopum Spirensem die* 18. *Januarii* 1787., quae extant in cit. Libro = *Riflessioni sopra i* 73. *Articoli etc.* = loc. cit. pag. 225. *a.* ADD. DOCTOR INGOLSTADIENSIS *Colloqu. XVIII.* pagg. 112. seqq. pluribus evincit, sententiis Emsensibus *everti* 1. Episcoporum Jurisdictionem, 2. Capitulorum, et Cathedralium Jura, 3. Religiosorum Disciplinam, 4. Imperantium Potestatem, et Populorum tranquillitatem, et Religionem.

(20) In *Epistola Encyclica*, quam ex *Asceburgo die* 20. *Sept.* 1788 scripsit ad Suffragantes universos Comitiorum generalium §. *Ast Viri*.

(21) *Archiepiscoporum* litterae ad *Caesarem* prostant in cit. Opusculo = *Resultato del Congresso di Ems* = n. III. pag. 30., et seqq.

maximum detrimentum afferrent = *ai diritti* EPISCOPALI, *e per una natural conseguenza alla* COSTITUZIONE DELL'IMPERIO *sì intimamente* LEGATA *colla Costituzione*, *e colla Gerarchia* DELLA CHIESA GERMANICA . . . . *Ma siccome* IL CORPO EPISCOPALE *non v' ha parte alcuna*, *Noi teniamo per certo*, *che l' equità di S. M. I. non seconderà* ATTENTATI DI TAL FATTA *per parte de'* SOLI *Arcivescovi* = (22). Ex quo factum est, ut *Caesar* ipse apertè Vobis responderit, = *qu' il* FALLOIT *attendre* L' ACCORDRE DES EVEQUES, *et des Princes temporels sur cet article* =, subdens praeterea, = *qu' elle* APPUYEROIT *les pretentions des Metropolitains*, QU'ILS PROUVEROIENT ETRE JUSTES = (23).

11. Vos autem tum *Nostras*, tum *totius* Germanici Coetus *Episcopalis* oppugnationes nihili facientes in sententia perstitistis ea omnia exequendi, quae in memorato *Conventu* fuerant attentata, ac recipere detrectastis tam Archiepiscopum *Damiatensem* Praesuli BELLISOMIO in *Nunciatura ad Tractum Rheni Successorem* a Nobis destinatum, quam Archiepiscopum *Athenarum*, *Nuncium in Ditione PALATINO-BAVARA* a Nobis electum; licet rogati Nos *secunda vice* a Ministro Tuo, Ven. Frater *Elector Coloniensis*, super Jurisdictione utriusque Nuncii, iterum iterumque certum Te esse voluissemus, omninò futurum nunquam, ut Ii *alia* uterentur *Jurisdictione*, atque *Auctoritate*, quam ipsorum *Antecessores* usi fuissent, profitentes *insuper*, Nos promptos, et paratos futuros ad omnes *malos usus* radicitus evellendos, si qui uspiam quoquo modo irrepsisse deprehenderentur, et Auctoritati Metropolitanorum, aliorumve Episcoporum adversarentur (24).

12. His tamen iteratis animi Nostri significationibus per Vos spretis, penitusque despectis, *iniquam conditionem* non dubitastis Nunciis proponere, quam Tu, Ven. Frater *Elector Coloniae*

(22) Sunt verba *epistolae* Episcopi, et Principis *Spirensis* scriptae die 2. *Novemb.* 1786. italice relata in cit. Libro = *Riflessioni sopra i 73. Articoli* = ad §.1. pag. 16., et 17.

(23) Ita legimus in cit Libro = *Veritable état etc.* = pag. 86. k., et in alio Libro = *Risultato del Congresso d'Ems* = n.V. §. *Sopra*. pagg. 34. 35.

(24) Die 11. *Julii* 1786. per Secretariam Status ad MARCHIONEM ANTICI, nunc S. R. E. Cardinalem.

niae, *aequum desiderium* appellabas (25), ut scilicet declararent iimet ipsi *Nunciaturas extinctas*, atque *deletas*, et *verbis, scriptoque* pollicerentur, Se nullos unquam *Jurisdictionis* actus exercituros (26). Volentes autem è contra uti Vos illa Auctoritate, quam *Conventus* ille *Emsensis* arrogandam Vobis curaverat (27), nullam Nostrarum *Monitionum* rationem habentes, a *dirimentibus* Matrimoniorum vinculis laxandis minimè abstinuistis (28).

13. Non *valentes* itaque tunc Nos ex una parte tantum *malorum* dissimulare, nolentesque ex altera a semita *mansuetudinés*, atque *benignitatis* decedere, *jubendum* censuimus Apostolico Nuncio ad Tractum Rheni, nt majori, qua posset, uteretur cura, ac vigilantia, daretque operam, ne *qui* forte hujusmodi Dispensationes obtinuissent, earumdem *inanitatem* ignorarent; utque, errore detecto, ab ineundis hujus generis Matrimoniis, quammaximè possent, retraherentur (29). Sed *responsum* accepimus

(25) In *epistola* ad *Pontificem* data die 2. *Aprilis* 1787., et vulgata latine ac gallicè in Opusculo = *Coup d'Oeil sur le Congres d'Ems precedè d'un second supplement au Véritable état etc. a Dusseldorff* 1787.=pag.37. et seqq. vers. *Hanc ob rem*. pag.39.

(26) In dicta *epistola* cit. vers. et pag.39., et in scripto cui titulus=*Pro-Memoria presentata alla Dieta dell' Impero sulle Nunziature da parte dell' Arcivescovo Elettore di Colonia*=§.54. in cit. Opusc.-*Riflessioni etc.*=pag.135.

(27) Artic.II. (2) in cit. Opusculo=*Resultato del Congresso etc.*=p.18. ADD. P. FLORIAN. DALHAM in recentissimo opere, cui titulus=*Concilia Salisburgensia Provincialia, et Dioecesana etc.* 1788. *Augustae Vindelicorum*=in *Appendice* pag.657.*b.*, ubi Emsenses Deliberationes referuntur lingua *germanica*, ac *latina*: ast cavendum ab hujusmodi versione, quae *brevitatem* magis, quam veritatem sectatur.

(28) De Dispensatione in *secundo* Affinitatis gradu, Auctoritate *Propria* ab Archiepiscopo *Moguntino* concessa, vide cit. Opusculum = *Istoria Prammatica* = §.19.; de *alia* itidem Dispensatione per Curiam *Coloniensem* concessa cuidam Ditioni Palatinae subjecto, vide aliud Opusculum =*Coup d'Oeil etc.*=pag.255.*a*; necnon =*Defens des Reflexions etc. Ratisbonne* 1789.=n.XI. pag.117., ubi refertur *Votum* a *Moguntino* missum ad *Coloniense* Consistorium in fine *anni* 1788. circa Dispensationem *Presbyteri ad Matrimonium*. ADD. aliam Dispensationem a *Trevirensi* Vicariatu, *inscio* forsan Archiepiscopo, concessam, de qua loquitur DOCTOR INGOLSTADIEN. *Colloq.* IX. pag 66.

(29) Eodem modo die 31. *Januarii* 1671. non Nuncii solum *Vindobonensis*, *Coloniensis*, *Helveticus*, *et Bruxellensis*, sed etiam *Ulyssiponensis*, *et Polonus* jussi sunt A CLEMENTE X. = MONERENT DISPENSANDOS, *ut verum eorum statum exhibeant*, *ne* DISPENSA-

pimus, concedi hujusmodi Dispensationes = *segretissimamente, e poche ore prima, che seguisse il Matrimonio* =, itaut nullo modo possent *opportunè* hujusmodi Contrahentes admoneri (30).

14. Necesse ergo fuit ad aliud remedium manus admovere, et ipsi Nuncio praecipere, ut *Parochos* officii sui in re tam gravi moneret. At *primus* Parochus, ad quem per Nuncium Nostra Hortatio pervenit, respondit = *che avea ben conosciuto la* NOVITA' *di tal Dispensa, e per questa ragione l' avea segretamente consultata co' suoi Colleghi, e con altri; e che erano questi convenuti di potere in* BUONA COSCIENZA *attenersi a ciò, che veniva loro ingiunto dal* PROPRIO SUPERIORE, *qual' è* L' ARCIVESCOVO, *e che doveano in lui* SUPPORRE *quelle facoltà, delle quali egli fa uso*, SINO A TANTO CHE NON CONSTI LEGITTIMAMENTE L' OPPOSTO PER L' ORACOLO DELLA S. SEDE; (subdens), *che un* PRIVATO AVVISO *non era* UNA FORMALE PUBBLICA PROTESTA..., *che questi Parochi sono già* D' ACCORDO *di congiungere* IN AVVENIRE *in Matrimonio* SENZA DIFFICOLTA' I DISPENSATI IN TAL GUISA, NON FACENDOSI VERUNA PROTESTA, O DICHIARAZIONE FORMALE =, quemadmodum ex Nuncii litteris plane intelleximus (31).

15. Hinc ne *Parochi* deinceps *bonam fidem* praetexerent, qua tueri Se posse arbitrabantur, *coacti* fuimus praecipere Nuncio, ut per *solitos Tabellarios* mitteret ad *Parochos*, ad *Vicarios*, et *Officiales Archiepiscoporum*, atque *Episcoporum Epistolam* quamdam *Encyclicam merae instructionis*, qua, ne quis = FACTORUM IGNORANTIAM *in re tam gravi praetexere valeat* =, narratione praemissa *Facultatum*, quibus Archiepiscopi, et Episcopi utuntur ex *Apostolico Indulto*, quasque Archiepiscopi, et Episcopi, eorumque Antecessores *de quinquennio in quinquennium* semper postularunt, fieret cuique notum, atque perspectum, *Dispensationes* ab Iis datas *ultra* suarum fines Facultatum *nul-*

C

TIO *per eos obtinenda, ob falsam eorum status expressionem* INVALIDA *reddatur*, PROLESQUE *exinde* SUSCIPIENDA ILLEGITIMA *remaneat* =. *Arch. Secr. Vatic.* in Tom. litterarum ad Nuncium *Vindobonensem* A. 1671. pag 60. *terg.*

(30) In *litteris* datis die 20. *Augusti* 1786.

(31) In sua *epistola* diei 21. *Septembris* 1786., et consonat Opusc. = *Véritable état* = pag. 2. §. *Charles*.

nullius roboris futuras, *Matrimonia irrita*, et *Prolem*, quae inde susciperetur, fore omninò *illegitimam* (32).

16. Epistolam hujusmodi, quam Nuncius *Nostro Jussu* misit *pridie Kal. Decembris A.* 1786., laetanter COLONIÆ accepisse *Suffraganeum*, *Vicarium Generalem*, *et Parochos*, nec solum summo cum gaudio illam accepisse, sed etiam cum eo animi *obsequio*, quo recipi opus erat Epistolam, quae a *Pontifice* ipso manabat; eamdemque Epistolam missam a Se fuisse ad *alios Vicarios* tum Generales, tum Foraneos, et ad *Parochos* omnes ARCHIDIŒCESUM, et DIŒCESUM *aliorum Electorum* Nuncius ipse Nobis testatus est (33).

17. Tot inter *Episcopos*, ad quorum *Vicarios* haec Epistola missa est, ne *unus* quidem fuit, qui illi *non plaudendum* putasset. *Vos uni*, Ven. Fratres, aliorum insidiis decepti, injurias injuriis cumulantes, quaedam *Mandata* per *Vicarios* Vestros edi curastis in vulgus (34), in quibus hujusmodi Vicarii ausi sunt Nostrum Apostolicum Nuncium *injuriosis* nominibus afficere, eumque compellare = *Eveque etranger*, *qui se dit Nonce Apostolique* = (35), et *Epistolam* Pontificio nomine editam perinde habere, ac si esset = *atteinte injurieuse portée a la puissance Archiepiscopale* = (36), et = *entreprise hardie* = (37); jubentes proinde, ut *quotquot* Epistolam accepissent, *eamdem* per *eosdem Tabellarios* ad *eumdem Nuncium remitterent* (38), non sine totius Germaniae offensione, atque admiratione (39).

18. Jam

(32) Haec *Encyclica* legitur *latine*, ac *gallicè* in cit. Libro = *Vèritable état etc.* = pag. 3., et seqq.

(33) In *litteris* datis *die* 14., *et* die 17. *Decembris* 1786.

(34) Haec tria Mandata, *Coloniense* videlicet *diei* 19., *Trevirense diei* 20., *et Moguntinum diei* 21. *Decembris* 1786. referuntur *gallicè* in libro = *Veritable état etc.* = a pag. 13. ad p. 19.

(35) Ita Mandatum *Coloniense* cit. loc. pag. 14.

(36) Ita *Trevirense* pag. 17.

(37) Ita *Moguntinum* pag. 18.

(38) = *Faut-il être* SURPRIS, *que la* PLUPART *des Curés des trois Electorats*, CEUX MEME *qui sur l'ordre des Vicariats ont renvoyé l'encyclique du Nonce*, *ont* PROTESTE' *aimer mieux* QUITTER *leurs cures*, *que de* BENIR *des mariages contractés selon les* PRETENDUS CANONS *de* L'ESTAMINET *d'Ems?* = verba sunt Opusc. = *Supplèment au vèritable état etc.* = *pag.* 14. Hoc ipsum satis ostendit, qua *laetitia* Parochi trium Archidioecesum amplexati fuerint *declaratoriam* Nuncii Epistolam.

(39) Vid. Opusc. = *Vèritable état*

18. Jam verò licet Apostolica Sedes, tot tantisque modis indignè habita, jure meritoque potuisset a Vobis exposcere, ut per *Vicarios* tantum sibi *officio* satisfieret, quantum sibi illatum esset *injuriae*; Tu nihilominus, Ven. Frater *Elector Coloniae*, per Oratorem Tuum Romae degentem tuas adversus *Nuncium* ad Nos querelas detulisti, perinde ac si Tu *injuria* affectus, NON AUCTOR esses *injuriae*. Nos autem, omni redargutione seposita, ad Te Litteras dedimus paterni plenas amoris, ut Te ad officia revocaremus, et vindicata prius agendi ratione, quam *Nuncius* inierat, mox = *Te in Domino obsecravimus*, *ne his* MISERRIMIS *Ecclesiae temporibus Nobis* NOVA *infligantur vulnera* .... *Ea certè est Nostra de Regio animo tuo Fiducia, ut* RATIONES *has*, PRECESQUE *non sis rejecturus* = (40). Sed omnia haec in irritum cessere: Tu enim misisti ad *Parochos* tuos *Pastoralem* quamdam *Epistolam* (41), in qua *eaedem*, ac *majores* etiam (42) evomuntur injuriae, et contumeliae, quae alias a Te, et ab reliquis Electoribus fuerant in memoratis *Mandatis* effusae adversus *Nuncium*; *Pastoralem*, inquimus, *Epistolam*, quam Tu ipse publica luce *indignam* putasti, praecipiens, ut neque *affigatur*, neque *ex Cathedris publicetur* (43).

19. Accedit ad haec, quod Tu (44), caeterique Electores

 ad

état = a pag. 19. ad 22. ADD. Testatur DOCTOR INGOLSTADIEN. *Colloq.* XIII. pag. 96., rem hanc uti *inverecundam*, et *arrogantia* plenam a bonis quibuscumque, imo ab ipsis Acatholicis fuisse valde improbatam.

(40) In *Pontificis* Litteris in *forma Brevis* datis die 20. *Januarii* 1787., quae habentur *latinè*, et *gallicè* cum *Notis* in cit. Opusculo = *Coup d'Oeil etc.* = a pag. 1. ad pag. 36.

(41) Haec *Pastoralis* Epistola diei 4 *Februarii A.* 1787., in *gallicum* sermonem conversa, et aucta *Notis* edita fuit eodem anno a *Petro Kaufmann Dusseldorpii*.

(42) In *Pastorali* = *les termes de* SEDITIEUX, D'IGNORANT, *de* MERCENAIRE, D'HOMME INSTIGUE' PAR L'ESPRIT DES TENEBRES etc. *lui furent prodigués* =; ita in Opusc. = *Coup. d'Oeil etc.* = p. 45.

(43) Uti addit *Vicarius Generalis* JOANNES PHILIPPUS *de* HORN GOLDSCHMIDT in *postscripto editionis Germanicae* ad *Parochos*, ad quos *Pastoralem* misit *die* 9. *Februarii* 1786., prout *in exemplo* publicè recognito, quod vidimus, et prout etiam refert = *Lettre a l'Auteur du Véritable état etc.* 19. *Mars* 1787. =, quae praemittitur Opusc. = *Supplement. etc.* = pag. 4. n. 5.

(44) Id praestitit COLONIENSIS Elector suis ad *Caesarem* datis litteris *die* 17. *Decembris* 1786., *ante* scilicet *quam*

ad communes errores vindicandos, ac protuendos ad *Caesarem* denuò confugistis (45), qui vestrarum querelarum definitionem ad *Consilium Aulicum* ablegavit. Sicut autem minimè dubitastis *Archiepiscopali* dignitate fulgentes in hoc Vos sistere, ibique vestem *Actoris* induere (46); ita narrantibus Vobis, quae magis expedire videbantur, haud difficile profecto fuit sine Contradictore *contumaciale Conclusum* obtinere (47), quo declaratum fuit, ut = RATUM HABERET *Sua Caesarea Majestas*, *quod Dominus Elector* REMISSIONEM *hujus Encyclicae* MANDAVERIT =; utque praeciperet, = *qua Supremus* PROTECTOR *Ecclesiarum Germaniae* = Serenissimo Electori Palatino, ne = *Pontificio* NUNCIO ZOLLIO *in suis* JULIACENSIBUS, et MONTIENSIBUS *Ditionibus* ULLAM *esse sinat* JURISDICTIONEM, PRÆPOSITO ROBERTZ (ab eodem Nuncio delegato), EXECUTIONEM *incompetentium ordinationum dicti Nuncii prohibeat* =(48).

20. Imò animadversione dignum est, ab ipso *Consilio Aulico*, etiam *post* vulgatam Caesaris Encyclicam, consideratas, et appellatas fuisse Nunciaturas tamquam *adhuc permanentes*, et tamquam *veros* ac *legitimos* habitos, et reputatos fuisse *Nuncios Apostolicos*; cum idem Consilium Aulicum *Papales in Imperio* nominaverit *Nunciaturas* (49), cum Praesuli PACCA intactam relinquendam esse putaverit eam Jurisdictionem ad Tractum Rheni, quam ipsius Antecessores habuerant [*]; cumque Praesuli ZOLLIO

quam ejus Minister Romae degens suas ad Nos *querelas* deferret: qua de re consulendus Liber = *Coup d'Oeil etc.* = pag. 49. *a.*

(45) *Litteris* diei 22. *Februarii* 1787. *communi* Electorum nomine scriptis, uti colligitur ex Decreto ipso *Consilii Aulici num.* 1., de quo infra.

(46) Nullam *Archiepiscopis* hac in re *excusationem* praebere, quod id fecerint = *non pas comme Prelats mais* COMME PRINCES, *dont le* TERRITOIRE *a été violè par un* ETRANGER =, animadvertit, et probat Auctor Opusculi = *Veritable état* = pag. 12., et 13.

(47) Die 27. *Februarii* 1787.

(48) = *Rescrit du Conseil Aulique de l'Empereur emané sur les plaintes des Metropolitains contre les Nonces du Saint Siege.* = num. 2. et 3. pag. 3. et 4.

(49) Cit. = *Rescrit etc.* = vers. *Quod concernit.* pag. 3., et pagg. 5. 9. *a. b.*

[*] ADD. De hac enim Nunciatura abolenda nè *verbum* quidem factum in Decreto Consilii Aulici; cum illud unice respexerit = *nuper factas* a Nuncio PACCA *usurpationes*, *et in Episcopalia Jura invasiones* =, ut ipsius verbis utamur.

LIO liberam Jurisdictionem reliquerit in *omnibus* Locis Ditioni Palatino-Bavarae subjectis, Territoriis tantum *exceptis Juliacensi*, et *Montiensi* (50), non alia quidem de causa, nisi quia *secundum allegata*, ut ajunt Germani, *per errorem* putavit, ut *infra* videbimus, non potuisse a Nuncio Praepositum ROBERTZ delegari.

21. Nemo sane credidisset unquam, hoc *Judicium* Aulici Consilii, quo Nuncii Nostri Encyclica, atque adeo Nostra etiam Jussio impetebatur, ad Nos mittendum fuisse ab *aliquo* ex Archiepiscopis Electoribus: ita enim agi sane oportuisset cum *alio quocumque* ob *mutuum* illud officium, quo Se ultro citroque prosequi Magni Principes consueverunt. At secus Nobiscum actum est; cum Nobis enim, quos, meritis licet imparibus, Divina tamen Providentia ad regenda gubernacula Religionis constituit(51), nullus servatus est modus, officia nulla adhibita, coactique fuimus illud accipere una cum litteris, quas Tu, Ven. Frater *Elector Coloniae*, ad Nos scripsisti (52), in quibus intelliget nemo, quomodo gloriari potueris, esse Te = *Nostrorum Jurium non derogatorem*, *sed* PROPUGNATOREM ACERRIMUM = (53).

22. Haec omnia *patienter* Nos tulimus: non ita tamen faciendum Sibi esse duxit *Elector Palatinus*, qui aegrè ferens Principatus sui Jura occupari, turbarique quietem Subditorum, et intelligens, = *que le* VICARIAT EPISCOPAL DE WORMS . . . *a* OSE' *intimer aux Curès*, *et au Clergè du Palatinat Electoral*... *des Ordonnances non seulement avec defensè d'accepter la* LETTRE CIRCULAIRE DU NONCE APOSTOLIQUE, *qui declare* NUL-

(50) Idem = *Rescrit* etc. = sub cit. num. 2. et 3. pagg. 3. 4., et pagg. 9. 10. *h. l.*

(51) S. GREGORIUS PONTIFEX ad AUG. CONSTANTINAM scribens ait: = *etsi peccata* GREGORII *tanta sunt*, *ut pati talia debeat*, PETRI *tamen* APOSTOLI PECCATA NULLA *sunt*, *ut* VESTRIS TEMPORIBUS PATI *ista mereatur* = Lib. V. Epist. 21. Edit. *Venet.* A. 1770.

(52) Haec *epistola* diei 2. *Aprilis* 1787. latinè, gallicèque reddita, et *notis* aucta legitur in cit. Opusculo = *Coup d'Oeil* etc. = a pag. 37. ad p. 58.

(53) Ita gloriatus est cum PIO II. CAROLUS REX FRANCIAE, at respondit *Pontifex*; = *dicis Te* OBSEQUENTISSIMUM, *et* OBEDIENTEM *S. Sedis Romanae Filium* . . . PARCE FILI, *si hoc parum pernegamus* =. *Opera omnia* ÆNEÆ SILVII edit. *Basileae* A. 1571. Lib. I. Ep. 375. pag. 847. Confer Opusc. = *Coup d'Oeil* = pag. 44. *a.*, et DOCT. INGOLSTADIEN. *Colloqu. XIII.* pagg. 97. 98.

Digitized by Google

NULLES *les concessions contraires aux Reserves Pontificales ; mais encore avec ordre de la* RENVOYER SUR LE CHAMP =, professusque insuper, = *qu' on ne peut regarder avec indifférence* LES DIVISIONS *et les* TROUBLES DES CONSCIENCES, *qui en resultent*=, Decreto (54) edixit = A LA REGENCE *d' enjoindre dans le cas prèsent à* TOUS LES DOYENS, *et* CURE'S *du Palatinat Electoral sous peine de sèquestration, et de confiscation de leur temporel, de* RENVOYER INCESSANTEMENT *les* ORDONNANCES, *qui leur seront adressèes dans* LE CAUSE SUS-DITE *de la parte des Archeveques, ou Eveques*=(55).

23. Neque hic satis: sed ad *Caesarem* litteras misit (56), quibus docuit meridiana luce clariùs, *nullo* niti *fundamento* ea, quae a Metropolitanis fuerant apud Consilium Aulicum jactata, quodque inde *Judicium* prodierat; subdens praeterea, nolle, ac non posse Se pati, ut ulla hujusmodi Judicii pars suum haberet *effectum*, ne sui Principatus Jura laederentur; uterque enim Ducatus Juliacensis, et Montiensis, in quibus statutum fuerat, ne Jurisdictionem exerceret ullam nec Nuncius Pontificius, nec Praepositus ROBERTZ ab eo Delegatus, ad suam Ditionem pertinebat; proindeque nemo prohibere unquam poterat, quominus *ibi*, aliisque in Locis suae Ditioni subjectis *liberè*, et absque ullo impedimento Nuncius uteretur omnibus iis Facultatibus, quas Apostolica Sedes sine ulla Metropoliticorum Jurium *offensione* Nunciis impertitur, quas inveteratus, et *ante* ipsa Concordata receptus confirmavit *Usus*, et quas ipsae Imperii *Leges* probarunt(57).

24. Addebbat his, Praepositum ROBERTZ *sua* cum *scientia* fuisse a Nuncio delegatum = SEULEMENT *pour* RECEVOIR, *et* ENVOYER A MUNICH *les* REQUETES, *et les affaires de mes sujets de ces Duchès, et ensuite* LEUR COMMUNIQUER *les* RESOLUTIONS *portèes . . . pour plus grande* FACILITE *de*

(54) Die 6. *Martii* 1787.

(55) Verba sunt *Decreti*, quae legi possunt in cit. Opusc. = *Supplement etc.* = pag. 13. *a.*

(56) Die 4 *Aprilis* 1787., quae referuntur in Opusc. *Coup d'Oeil etc.* a pag. 248. ad 257. Alias misit litteras ad *Comitia Ratisbonensia die* 27. *Augusti* 1788., quae *partim* referuntur in alio Opusc. = *Riflessioni sopra i* 72. *Articoli* = ad §. 51. pagg. 130. 131.

(57) Uti videre est in cit. *litteris* diei 4. *Aprilis* §. *Si de teiles*, §. *Que j'aje.* §. *En accordant*, et seqq. in cit. Opusc. = *Coup d' Oeil* = pagg. 249. 250. 252. et seqq.

Digitized by Google

de mes sujets dans leurs besoins; *comme on peut voir dans mon* DECRET DE NOTIFICATION *à mon Conseil intime de* BERG, *et de* JULIERS, *dont je joins ici une copie*. *Tout ce qu' on pretendroit dèduire au-dela relativement aux vues de l'etablissement de ce Commissariat*, *seroit une* CALOMNIE INDECENTE, *et on ne pourra* JAMAIS PROUVER, *qu' il soit un acte* CONTRAIRE *au bon droit*, *et à la bonne raison* = (58).

25. Illud denique ajebat, nec Metropolitanos, nec Te praesertim, *Coloniae Elector*, debuisse unquam = *me savoir* MAUVAIS GRE', *que je n'aie pas voulu consentir a ses sollicitations*, *ni m'unir avec lui pour m'opposer a l'exercice des facultes du Nonce dans mes Etats* =, quinimo debuisse Te = ETRE BIEN CONTENT, *que je laissasse les choses* DANS L'ETAT PRESENT, *et que je ne me visse à la fin* CONTRAINT, *pour me dèlivrer une bonne fois de ces* VAINES IMPORTUNITES, *a me servir pleinement de cette Ecclesiastique souvraine protection*, *qui me compete sans le moindre doute*, *et de* DETACHER *les Communautes de mes Duchès de* BERG *et* DE JULIERS *de son* TROP VASTE *Diocese*, *et pour* LE BIEN DE MES SUJETS *èriger un* NOUVEL EVECHE', AVEC L' APPROBATION *et le* CONCURS DE L' AUTORITE' PAPALE =, subdens tandem, = L'EXEMPLE *digne d'eloges*, *avec le quel V.M.I.*, *comme* ARCHIDUC D' AUSTRICHE *a pourvu au bien-etre de ses etats hèreditaires dans l'Allemagne*, *en* DEMEMBRANT BEAUCOUP D' ANCIENS *Archevechès*, *et Evechès pour en ètablir de* NOUVEAUX, *me fourniroit un juste et èquitable* OBJET D'IMITATION = (59).

26. Non potuit profecto *Caesar* harum rationum pondere non commoveri, proindeque jussit, ut Negocium omne super Nunciatura MONACHII, et super *aliis* Germanicis Nunciaturis ad *Consilium Aulicum* denuo deferretur. Re itaque ad Consilium delata, ibique examini subjectis tum *Vestris Reclamationibus*, tum praesertim jactata, et objecta *Germanicarum* IMPERII *Legum re-*

pu-

(58) Cit. §. *Si de telles*, et §. *J' ai recu*. pagg. 249. 250.

(59) §. *En accordant.*, §. *L' Electeur de Cologne*, et §. *L'Exemple*. pagg. 254. 256. 257. Hos Electoris *Palatini* sensus *nervose* exprimit Jureconsultus *Bavarus* in sua quadam vulgata Epistola A.1787., cujus particulam lègere est in cit. Opusc. = *Rescrit. etc.* = pag. 1. *m.* ADD. Hae Electoris Palatini *minae* de nova Dioecesi instituenda ad Suffragantes Comitiorum exeunte A.1789. *Ratisbonam* delatae, in Commentario, sive *Pro-Memoria*, fuerunt in causa, cur Capitulum *Coloniense* confugeret

ad

Digitized by Google

pugnantia, *majori* Suffragantium pars sive ex Catholicis, sive ex Protestantibus *circa medium* Decembrem A.1787.ad IMPERATOREM VOTUM dedit, minimè certe suspectum, et a Constitutione Germanica, sibi satis superque perspecta, non alienum, quod studio, et calliditate Vestrorum Ministrorum in *Acta Imperii*, ut moris est, relatum non fuit [*]. Verum enim verò quò spectet hujus Voti *occultatio*, cum Judicium contumaciale, seu *Conclusum*, de quo pauló ante meminimus, in lucem statim, aspectumque hominum prodierit, nemo est qui non videat, et loquitur res ipsa per se.

27. Caeterum *universam Nationem* non latuit, et *Nos* ipsi certis, probatisque Auctoribus scimus, (quorum nomina justis de causis patefacere non arbitramur), quantum faveat Suffragantium sententia *omnibus Nunciaturis*. Omnes autem *Nunciaturas* cum dicimus, non de *Vindobonensi* tantum, et *ad Tractum Rheni* loquimur, tot jam ab annis ita constitutis, et per Imperium receptis, ut Consilium Aulicum judicaverit, *nullo modo prohiberi* illos Nuncios posse, quominus suam Jurisdictionem exerceant; sed loquimur etiam de *Nunciatura Monachii*, quae licet nuper instituta sit, jure tamen meritòque visum est Suffragantibus, *novam* dici non posse *Jurisdictionem*, semel ac *nova* tantum est *Nuncii Persona*, quae illam exercet *iisdem* Facultatibus, quibus *antea* Nuncii *Vindobonenses*, et *ad Tractum Rheni* eam exercebant.

28. Scimus praeterea, *majorem* quoque Suffragantium partem *Caesari* illud sedulo animadvertendum proposuisse, quod cum Ipse impulsu, hortatuque vestro *impedivisset Nunciis Vindobonensi*, et *ad Tractum Rheni* exercitium illius Jurisdictionis, cui Ditio quoque *Palatina* subdebatur, Jus quidem erat *Electori Palatino alia via*, ac *ratione* consulendi, ne *Subditis* subsidia deessent, quae a *Nunciis* facilè, promptèque exhibentur.

29. Si sapientissimum hoc Aulici Consilii suffragium fuisset a *Caesare* approbatum, omnis dirempta esset de *Germanicis Nunciaturis* quaestio. Sed aliorum solertia factum est, ut *Caesar* rem omnem ad *Comitiorum generalium* deliberationem ablegarit

ad Pontificem datis Eidem *die 17. Februarii hujus anni* litteris obsequentissimis, cui rescripsit *Pontifex die 27. Martii* aliis Litteris: utrasque ob rei affinitatem conjecimus ad calcem pag. 348.

[*] ADD. Elector PALATINUS in cit. *Pro-memoria Ratisbonae* distributo Suffragantibus Comitiorum Generalium refert, prodiisse *Votum* hujusmodi *die 17. Novembris 1787. instante* potissimum Electore COLONIENSI, ejusque opera factum esse, ne referretur *ad Acta*.

Digitized by Google

rit (60). Efferbuit tunc in *Vobis* magis magisque ardor, et studium, quod veſtris jam insederat animis, Venerabiles Fratres, adeoque nil habuistis antiquius, quàm trahere in vestras partes, quotquot sunt Imperii Procéres, et *Principes*, in medium proferentes nonnullas *Commentationes* plenas inſidiis, et narrationibus minus veris (61), nec non Epistolam *Encyclicam*

(60) Id accidit *Decreto* diei 9. Auguſti 1788. *contra expectationem* trium *Ecclesiasticorum* Electorum, quorum consilium erat ut Nunciaturae abolerentur *Encyclicae Caesareae vi*, quin ópus esset = *di ricorrere all'* INTIERO *Collegio Elettorale*, *o di conferire* DI NUOVO *insieme con tutt' i Stati Imperiali* =, ut refert = *Istoria Prammatica* = §.72.

(61) 1. *De Legatis, & Nunciis Pontificum, eorumque satis, et potestate Commentatio historico-canonica* 1785.; 2. *Scritti mestrui di Magonza di cose Ecclesiastiche*; 3. *Resultato del Congresso di Ems etc. Francfort e Lipsia* 1787.; 4 *Annotazioni Preliminari alle Osservazioni di* Weismann *intorno il Risultato del Congresso di Ems. Francfort e Lipsia* 1787.; 5. *Pensieri di* GIORGIO LUD. BOEHMER *sopra il Congresso d'Ems* 1787; 6. *Preliminare Dilucidazione, e Schiarimenti sulla Risposta fatta dal Prencipe Vescovo di Spira all' Elettore di Magonza sull' appuntamento di Ems. Francfort e Lipsia* 1787.; 7. *Osservazioni sul Risultato del Congresso d'Ems scritte colla Franchezza Germanica da Don* CRISTIANO REINFELD. *Damiata ed Atene* 1787. *dedicate al Nunzio di Monaco Monsig. Zollio Arciveſcovo di Atene*; 8. *Breve Dilucidazione della Puntuazione di Ems tratta in gran parte dalla Storia. Francfort e Lipsia* 1787. 9. *Disput. de Juribus Imp. Rom. Germ. circa Legatos, & Nunc. Pontif. in Germania, Praes.* JO. ANDREA HOFFMANN; 10. JAC. ABEL *Disquisitio de Jur. et offic. Summor. Imper. Tribunal. circa usurpatoriam Nuncior. Pontific. in Causis Germaniae Ecclesiasticis Jurisdictionem. Wetzlariae* 1787.; 11. *Relation du Different elevè depuis peu entre les Archeveques, et Eveques d'Alemagne, et les Nonces du Pape, a Munich, et a Cologne. A Paris chez le Cler* 1787.; 12. *Riflessioni sopra una Lettera del Papa Pio VI. al Principe, e Vescovo di Frisinga dei* 18. *Ottobre* 1786. *esposte al Pubblico con Germana schiettezza da* GIUSEPPE HERMANN. *Damiata* 1787.; 13. *Istoria Prammatica della neo-eretta Nunziatura di Monaco con dilucidazione del Breve di Pio VI. diretto al Principe Vescovo di Frisinga con documenti autentici. Francfort e Lipsia* 1787.; 14. *Solida Analisis controversiarum de Dispensationibus, et Nunciaturis etc.* BONNOSI RESCHAMPII. Sunt et alia ejusdem furfuris Opuscula, quae *brevitatis* gratia omittuntur; quaeque omnia suadentibus, vel approbantibus saltem Archiepiscopis fuisse in vulgus edita satis apertè significat Elector MOGUNTINUS in cit. *Encyclica* §. *Superfluum*. ADD. Ex horum classe expungendum est Opusc. = *Istoriche Osservazioni sopra il così detto Risultato del Congresso di Ems con una vera dilucidazione etc. Francfort e Lipsia* 1787. =, quod *Tituli simi-*

cam (62), et *Lucubrationem* quamdam circumferentes in *tria ac septuaginta Capita* tributam (63), aliaque hujusmodi parantes, quae libenter silentio praeterimus.

30. Post tot molimina, et tanta vulnera APOSTOLICÆ AUCTORITATI inflicta, nunc, Ven. Fratres, ad Nos confugitis, poſtulantes, ut Nosmetipſi *Nunciaturas omnes* uno ictu concidamus, nec permittamus, rem ad *generalia Imperii Comitia* deferri, in qua Vos, duplici veste induti *Actorum, et Judicum*, CÆSARIS patrocinio subnixi, spemque maximam collocantes in majori suffragiorum parte, ad *minas* etiam descenditis, perinde ac si = IRREVOCABILI *Sententia ad perennem Noſtrae Curiae jacturam* = egredi quamprimum debeat = *e finibus* IMPERII PROPULSA NUNCIORUM JURISDICTIO, *ac sublata Gravamina*, *et* CONCORDATUM *ipsum* ASCHAFFEMBURGENSE RESCISSUM, *ac* REVOCATUM *esse debeat* = (64).

31. At nemo Veſtrum ignorat, imo Vos, *Electores Moguntiae*

similitudine decepti in hunc locum conjecimus in *prima editione* n.8. Hoc enim Opusc.egregii *Auctoris*, de bona causa optime meriti ob alias etiam Lucubrationes est confutandis Deliberationibus Emsenſis Conventiculi, ejusque pravis consiliis detegendis aptissimum, eoque proinde usi sumus in *hac editione*.

(62) Electoris MOGUNTINI, de qua vid. N.20.

(63) Electoris COLONIENSIS, cujus titulus est = *Pro-Memoria presentata alla Dieta dell' Impero sulle Nunziature da parte dell'Arcivescovo Elettore di Colonia* =. Simile scriptum edidit Arch. *Salisburgensis* ADD. Lucubrationem *Coloniensem* oppugnandam suscepit cit. Libellus = *Riflessioni sul Pro-Memoria di Colonia* = germanica, gallicaque lingua *Ratisbonae* distributus: cumque Catholicorum aeque, ac Protestantium *plausu* exceptus fuisset, apparuit illico Opusculum *germanicè* scriptum = *Kurtze Widerlegung der Reflexion* =; sed vulgatum mox fuit Opusc. aliud, cui titulus = *Defense des Réflexions sur le Pro-Memoria de Cologne, suivie de l'examen du Pro-Memoria de Salzbourg. Ratisbonne 1789.* =, quo confutatur praecedens Opusculum, unaque simul, et *distinctim* etiam *pag.*48., et seqq. refellitur Lucubratio altera *Salisburgensis*, Coloniensi Lucubrationi plerumque similis, at in quibusdam, et praesertim in referendis *a pag.*3. *ad* 21 nonnullis Metropolitarum, Episcopor., aliorumque in *Nuncios facinoribus*, aeterna oblivione dignis, etiam illa *deterior*, adeo ut *certum sit*, inquit *DOCTOR INGOLSTADIENSIS*, = *Praesulem* COLLOREDO, *si haec nefanda nefariorum facta in suo Memoriali irrepsisse scivisset, illa fuisse expuncturum. Quippe illa harum ferocitatum commemoratio approbatio est* =. *Colloq.* XVIII. pag. 131. Quid ad haec objecta facinora reponat cit. Opusculum *Defense etc.*, vid. pag. 50., & seqq.

(64) *Epistola* Archiepiscopi SALISBURGENSIS diei 24. *Novembris* 1788. §. *Quod si*.

tiae, (65) et *Coloniae* (66) meministis, petitionem *Nunciaturarum evertendarum* factam fuisse A. 1594. coram *Caesare* a *Protestantibus*, qui tamen *paulò post* Catholicorum defensione devicti de suo proposito decesserunt. Nunc verò fieri ne poterit, ut quae Jura, ac Possessiones reverentur, et in *statu quo* sunt, tuentur *Protestantes*, ea a *Vobis* despiciantur?

32. *Nos* equidem CÆSARIS religioni confidimus. Si enim Ipse tamquam *Advocatus Imperii* in solemni *Capitulatione* juravit, se defensurum Libertatem, et Privilegia Germaniae, omnemque operam daturum apud Pontifices, ne quidquam de Privilegiis, et Consuetudinibus Episcoporum, Ecclesiarumque Germanicarum unquam detraheretur (67), in eadem quoque *Capitulatione* uti *Advocatus Ecclesiae primo loco* juravit (68) = *tenir en notre bonne et fidele Garde et Protection* LA CHRETIENETE', LE SIEGE DE ROME, SA SAINTETE' LE PAPE, *et* L' EGLISE CHRETIENNE *en qualitè d'* AVOCAT *d' icelle* =. Porrò sicut hodie non id agit *S. Sedes*, ut quidquam *detractum* sit de Juribus Metropolitanorum, sed cum *Metropolitani* è contra sint ii, qui adversus sententiam *Episcopalis Coetus Germanici* in eo laborant, ut de praecipuis, deque certioribus *Juribus*, et *Possessionibus* ejusdem *S. Sedis* derogetur; ita per se satis *Caesar* intelligit, se ea *tantum* Juramenti parte teneri, quae spectat ad ECCLESIÆ, PONTIFICIS, et S. SEDIS munitionem, ac defensionem, itaut dubium non sit, quin ea, qua praestat, Justitia, ad *primam* sententiam reversurus sit, *Nunciaturis* minimè adversantem, ipsoque *Consilii Aulici suffragio* comprobatam, et fraude detecta revocaturus sit *hortatoriam* illam Epistolam, qua tantopere *Metropolitani* abutuntur; nec certe committat, ut ECCLESIA ROMANA eo Jure expoliata remaneat, quod et a *Primatu* ipso descendit, et est cum bono *Religionis* conjunctum.

33. Nec hujus rei in *Ecclesiastica* Historia desunt exempla. Deceptus THEODOSIUS IMPERATOR ORIENTIS ab aliquibus dissidentibus *Illyrici Episcopis*, *Pausanio*, *Cyriaco*, et *Callio-*

(65) In *epistola* diei 26. *Novembris* 1788. §. *Equidem*.

(66) Cit. *Commentat.*, cui titulus *Pro-memoria* §§. 13. 14. 15. in Opusc. *Riflessioni etc.* pagg. 40. 42. 44. ADD. Id ipsum repetit Arch. SALISBURGENSIS in *Pro-Memoria*, pag. 10.

(67) Artic. I. §. 2., Artic. IV. §. 1.

(68) Artic. I. §. 1.

liopo, id Sibi negotii dederat, ut ECCLESIAE ROMANAE Jus praeciperet habendi in ea Regione *Vicarium Apostolicum*, ejusque vices committendi *Episcopo Thessalonicensi* cum certis quibusdam, ac *perpetuis* Facultatibus, quibus etiam *hodierni Nuncii* muniuntur, ut *inferius* ostendemus. Placuit Ei igitur Jurisdictionem omnem super *Illyrici Ecclesias Episcopo Constantinopolitano* tribuere, eamque *facto suo* ECCLESIAE auferre ROMANAE, pro qua *antiquior* Consuetudo militabat.

34. Sicut non desunt *hodie* per *Germaniam*, ita minimè *tunc* per *Illyricum* defuerunt virtute praestantes *Episcopi*, qui ad meliorem Causam defendendam surrexerunt, illamque eo animi ardore, et constantia tuendam aggressi sunt, ut prompti, ac parati essent ad occurrendum cuicumque calamitati. Accessit etiam ad ROMANAE SEDIS defensionem IMPERATOR OCCIDENTIS HONORIUS, qui id sua causa impetrandum a THEODOSIO suscepit, ut *Christianitatis memor* non interrumpi sineret *antiqua Ecclesiae Romanae Privilegia*, utque editum a Se Rescriptum *abrogaret*, = *universis remotis*, *quae diversorum* EPISCOPORUM SUBREPTIONIBUS *per Illyricum impetrari dicuntur* = aurea illa sententia orationem concludens suam, digna sane, quae altius CHRISTIANORUM PRINCIPUM mentibus infigatur, = *ne sub* CHRISTIANIS PRINCIPIBUS ROMANA *perdat* ECCLESIA, *quod* ALIIS IMPERATORIBUS *non amisit* = (69).

35. Et re quidem vera vis hujus orationis adeo animum THEODOSII percussit, ut *novam* suam Legem *abrogare* minimè dubitaverit, et in hunc modum HONORIO rescribere: = *omni supplicantium* EPISCOPORUM *per Illyricum* SUBREPTIONE REMOTA STATUIMUS OBSERVARI, *quod* PRISCA APOSTOLICA DISCIPLINA, *et* CANONES VETERES *eloquuntur*. *Super qua re secundum formam Oraculi Perennitatis Tuae ad Viros Illustres Praefectos Praetorii Illyrici nostri scripta porreximus*, *ut*, CESSANTIBUS EPISCOPORUM SUBREPTIONIBUS, ANTIQUUM *ordinem specialiter faciant custodiri*, *ne* VENERABILIS ECCLESIA SANCTISSIMA URBIS

(69) *Epistola* HONORII ad THEODOSIUM lecta fuit in *Concilio Romano III. A.*531., et prostat in *Actis* ejusdem Concilii n.XI. apud LABBÆUM *edit. Venet. A.* 1733. Tom.V. col.853.

URBIS PRIVILEGIA A VETERIBUS CONSTITUTA AMITTAT, *quae perenne* NOBIS *sui nominis consecravit* IMPERIUM = (70); dignum sane exemplum, quod CAESAR sibi sumat ad imitandum.

36. Confidimus etiam in Religione CAETERORUM IMPERII PRINCIPUM CATHOLICORUM, et in Justitia quoque confidimus PRINCIPUM PROTESTANTIUM, qui Membra pariter sunt ejusdem Imperii, quibuscum communia sunt Jura Gentium, Pactorum sanctitas, et constantia Conventionum. Scimus enim id Sibi honori, et gloriae ducere, ne *novitates* invehantur, utque res, in *quo* sunt *statu*, in eo maneant, atque consistant (71). Imo si fiet aliquando, ut generalia Comitia convocentur, non poterunt sane *Principes*, et *Membra Imperii* non intelligere, eò etiam consilia vestra spectare, ut *ipsa Imperii Jura* laedantur (72), nec committent unquam in hac re, quae

(70) *Rescriptum* THEODOSII ad HONORIUM datum, lectumque in eodem Concilio, reperitur in ejusdem *Actis* n.XII. loc. cit.

(71) Etiam A. 1457. accidit, ut MARTINUS MEYERUS, Cancellarius *Moguntinus*, nomine *quorumdam Optimatum in Dieta quadam, sive Conventu simul unitorum, minatus* fuerit, factum iri *Sanctionem Pragmaticam* adversus Jurisdictionem Apostolicam. Minae hujusmodi haud sane, *tales* fuerunt, quales *hodiè* jactantur. At *Imperator*, ad quem legati fuerunt *Oratores*, et *plerique ex Principibus* opposuerunt sese huic molitioni, itaut malesanus *Pragmaticae* conatus evaserit in auras. Vid. hac super re Epistolam *Martini Meyeri* ad *Card. Æneam* cum *Apologetica* hujus Epistola, cui titulus = *De ritu, situ, moribus, et conditione Germaniae descriptio* = relat. in volumine = *Commentarii Pii II.* = *edit. Romae ex Typographia Dominici Basae* 1584. Par.III. pagg. *661. 662.* 710., et 711., ubi postquam significavit = *neque Principes, neque Optimates esse, qui novitates exquirunt, sed homines ex ima plebe, quamvis forsitan peritos, seditiosos tamen, et invidia, atque ambitione caecos* =, subdit: = *Scimus*, NIHIL *horum placere divo* IMPERATORI, MAJORIQUE PRINCIPUM *parti, quorum mentibus nihil suaderi* NON DIGNUM SANCTUMQUE *potest* =. Vid. etiam *Epistolam*, quam eadem super re scripsit CALLIXTUS III. IMPERATORI FRIDERICO in alio volumine = *Æneae Silvii Opera Omnia* = Epist. 371. pag.840.

(72) Haec etiam erat *mens*, et *consilium* eorum, qui de nova ferenda *Pragmatica* cogitabant, quemadmodum CARD. AENEAS SILVIUS animadvertit, sic alloquens fautores: = *Vos non Sedis Romanae, si rectè intelligimini (nam illa, ut palam est, Vobis non plus imperat,* quàm

quae quanta quanta est, vestra est, VOS uno eodemque tempore *Actoris*, ac *Judicis* personam, vicemque sustinere [*].

37. Hae sunt *Spes Nostrae* firmiter, ut videtis, in Religione, ac Justitia UNIVERSI CORPORIS GERMANICI constitutae. Caeterum erratis quammaxime, cum dicitis, fore, ut *majora* Sanctae Sedis Jura a generalibus Comitiis *irrevocabili Sententia* evertantur, atque extinguantur. Etenim ipsae *Imperii Leges* (73), *Confessiones* vestrae (74), *Exempla* Annorum 1473., 1500., 1510., 1518., 1521., 1522., 1530., 1654., 1719., et 1764. (75), per Vos etiam in medium allata (76), ipsique *Scriptores vestri* (77) id unum ferunt, ac docent, ubi de *Religione* agitur, aut Juribus *Apostolicae Sedis*, non *aliam Comitiis Auctoritatem* inesse, nisi res ipsas ad *Imperatorem referendi*, eumque compellandi, ut officio suo ineundam, conciliandamque curet *amicam cum Sancta Sede Concordiam* [*].

38. Interea *Nobis* sane persuasum est, fore, ut si *Vos* liberi ab alienis insidiis parumper animum adjiciatis ad seriem il-

quàm DIVINÆ *leges ferunt*) *sed* PRINCIPUM *vestrae Nationis* IMPERIUM *effugere conamini, illos abjicere, illos sternere, atque conterere anhelatis*=cit. *Epist. Apologet.* pag. 678

[*] Quaestionem hujusmodi movet, ac pro *negativa* absolvit Auctor Opusculi *Riflessioni sul Pro. Memoria di Colonia* ad postrema ejus scripti verba pag. 222. *a.*

(73) *Capitulatio Caesarea Art. XIV.* §. 5.

(74) Vide litteras *Metropolitanorum* ad *Caesarem* datas *mense Novembri* 1786., quibus Illum orabant, ut se ipsos inter, et Romanum Pontificem *conciliationem* iniret. Cit. Opusc. *Risultato del Congresso di Ems.* n. III. §. V. M. I pag. 32.

(75) In Comitiis generalibus *Confluentinis*, *Augustanis*, *Wormatiensibus*, *Ratisbonensibus*, et in Conventibus *Electoralibus*.

(76) Vide cit. *Encyclicam* Electoris MOGUNTINI §. *Perinde*; et *litteras* ejusdem ad *Pontificem* datas die 26. *Novembris* 1788. §. *Quamvis*.

(77) BARTHEL *de Concord. German. Dis. generai.* Sect. III. num. 9. et 10., A. SCHMIDT *Distrib. de Imperat. Concordat, Protect.* §§ 5. 6. 7. 8. 9. in *Thesaur. Jur. Eccles.* Tom. I. Dis. VIII. pagg. 393., 394., 395; JO. MICH. DAHM, aut potius BEHLEN in cit. *Thes. Jur. Eccl.* Tom. V. Dis. II. *de Jur. Comit. circa Sacra* §§. 32. 42. 52. pagg. 56. 68. et 81.; RIEGGIER = *Principia Jurisprud. Germanic.* = § 171., et prae omnibus JO. WOLFANGUS TEXTOR in *Disputationibus ad Recessus Imperii anni* 1654.

[*] ADD. Hac quidem mente, et non alia certe de causa *Elector Palatinus* in litteris diei 4. *Aprilis* 1787. provocavit ad *Comitia Imperii generalia*; prout palam fecit Suffragantibus Comitiorum Generalium in cit. *Pro-Memoria Ratisbonae* distributo,

illam rerum gestarum, quae ingenuè, et sine fuco huc usque exposuimus, habita praesertim *Personarum*, *auxiliorum*, *consiliorumque* ratione, excitari illicò debeat Vestra Virtus, et *sponte* sitis ab incoepto destituri, quod tantis nominibus est Vestro Ordine, ac Dignitate prorsus indignum. Mementote, quaeso, Auctoritatem Vestram *Metropoliticam* non esse Divinae, sed *humanae*, atque *Ecclesiasticae* Institutionis, et Privilegiis niti a *Sancta Sede* profectis (78). = *Quomodo* (opportunè ajebat S. NICOLAUS I. ad *Hincmarum Rhemensem*) *Privilegia* TUA *stare poterunt*, *si ita Privilegia* ILLA *cassentur*, *per quae* TUA *Privilegia* INITIUM *sumpsisse noscuntur? aut cujus momenti erunt* TUA, *si pro nihilo* NOSTRA *pendantur?* = (79): qua quidem sententia sapienter usus est CARDINALIS ÆNEAS SILVIUS de Natione vestra optime meritus, dum ad THEODORICUM ARCHIEPISCOPUM COLONIENSEM ita scripsit: = *Oro, ne Tua circumspectio his aures adhibeat, qui* NOVITATES *efficere cupiunt, ut vel sic emergant. Namque si* ROMANÆ SEDIS *Auctoritas* DEPRIMERETUR, *credito, quia nec* TUA SALVA MANEBIT = (80).

39. Servate *Vos*, *Metropolitani*, eas praerogativas, quae Vobis concessae fuerunt, sed veremini salubres MATRIS Constitutiones perrumpere, atque infringere; et *honore* prosequimini in *Personis Nunciorum* APOSTOLICAM SEDEM, quae tanto Vos honore cumulavit. = *Nullus* (ajebat S. SIXTUS ad *Episcopos Synodi Thessalonicensis*, cum in *Anastasium* illius Urbis Episcopum solitas *Vicarias* facultates detulerat, quae ipsius etiam Antecessoribus concessae jam fuerant) *nullus obviet*

(78) Hoc ipsum fatetur *Auctor* Opusc. *Istoria Prammatica* §.24., et CRISTIANUS REINFELD in Libro = *Osservazioni sul Risultato del Congresso di Ems etc.* = n.81. vers. *Una questioncella*; idque magis magisque comprobat *Elenchus* Ecclesiarum, quae ad gradum *Metropoliticum* sunt a *Pontificibus* evectae, quaeque recensentur in cit. Libro = *Riflessioni sopra i 73. Articoli* = ad §.72. pag. 190., et seqq. Consule cit. Opusc. = *Defense etc.* = pag 35., ubi respondetur *Widerleger*, seu Confutatori P.135. 136. ejus Opusc. *Kurtze* etc., quod ineptissimè *risu* excipit hujusmodi *distinctionem*.

(79) Vide ejus *Litteras* apud LABBÆUM n.XXVIII. To.IX.col.1426.A.

(80) Cit. = *Opera Omnia* = *Epist.* 305. pag. 309., quae *epist.* refertur etiam ab HONTHEIM in *Prodrom. Hist. Treviren.* Tom. I. pagg. 726. 727. *b.*

viet salubribus CONSTITUTIS ; *nullus* PRÆCEPTIONIBUS HIS *resultet*. *Habeant honorem suum Metropolitani singularum*, SALVO HUJUS PRIVILEGIO, QUEM HONORARE DEBEANT AMPLIUS HONORATI =(81).

40. Considerate, ac memoria repetite diligenter eam, quam idem CARDINALIS ÆNEAS dedit monitionem MARTINO MEYERO, *Cancellario Moguntino*, qui animi sui sensus Eidem confidenter patefecerat. = *Equidem*, ajebat ille, INDIGNA *putavimus*, *quae* NOMINE ARCHIEPISCOPI *peterentur*, *nec arbitramur*, EOS BENE AGERE, qui ARCHIEPISCOPO EA PETENDA SUADENT : *quamvis nec suae menti*, *quae semper modestissima fuit*, *talia credimus esse persuasa*. SUÆ *namque* DIGNITATI *id* SATIS *esse debet*, *ut* ANTECESSORIBUS SUIS ÆQUALIS *existat*. *Neque illa* QUÆRAT, *quae* ANTE CENTUM ANNOS NULLUS *obtinuit* ARCHIEPISCOPUS. RECTUM, *et* LAUDABILE *fuit propositum ejus*, *si neque* ROMANUM PONTIFICEM MINOREM, *nec* SE MAJOREM *suis Antecessoribus esse velit*. *Illud quoque attentè considerabit* QUISQUIS ECCLESIÆ MOGUNTINÆ *praefuerit*, *ut neque* ROMANA SEDES CONCULCETUR, *aut quovis modo* DAMNETUR. *Certum est enim*, *quia* LANGUENTE CAPITE *nequeunt* MEMBRA *consistere*, *neque possunt rivuli non arescere fonte siccato*. SALUS ECCLESIARUM OMNIUM PROFECTO EX ROMANÆ SEDIS PRÆCELLENTIA, ET SUMMA AUCTORITATE DEPENDET = (82).

41. Frequentes Metropolitanorum Reclamationes ad *Laicam* Potestatem, Potestatem *extraneam*, atque *illegitimam* in rebus *Ecclesiasticis*, non sustentant ECCLESIÆ Auctoritatem, sed *elevant*; imò ECCLESIAM ipsam in *captivitatem* reducunt, et turpiter *Episcopatum* dedecorant. = *Les Princes et les grands du Mond* (ajebat DUGUETIUS, cujus auctoritas *suspecta* esse non potest) *conoissent les obligations des Eveques*, *et n'estiment*, *que ceux qui les remplissent* . . . . *L'Autorité* SEUL DE JESUS-CHRIST *a formè l'Eglise*, *et la conservera*. *Un Eveque bien*

(81) Vide ejus *Litteras* in *Actis* ejusdem *Concilii Romani* III. n.XV. apud LABBÆUM Tom.V.col.855.C

(82) Cit. *Opera Omnia Epist.*338. pag.822.

Digitized by Google

bien instruit de son eficace, *et de son étendue*, *n' implorera point le* SOCOURS D' UN AUTRE . . . . *On a* AFOIBLI *l' Episcopat*, *en pretendant le soutenir par des apuis* ETRANGERS. *On s' est* LIE', *en crojant* S' AFRANCHIR. *On a apellé des* MAITRES, *en pensant n' accepter*, *que des* COADJUTEURS. *On' s' est jeté dans* MILLE PERPLEXITES, *et* MILLE INCERTITUDES, *en recevant sans necessité des guides*, MOINS INSTRUITS *du chemin*, *que ceux qu' ils conduissoient* = (83).

42. Minimè est, quod timeat ECCLESIA aggressiones atque invasiones *laicae* Potestatis, si *Membra* SUO CAPITI coalescant; at timet, defletque quodcumque calamitatis genus, ubi *Filii* bellantur adversus PATREM. = *Ceux maux* (ita loquebatur *Bajocensis Episcopus* in *Comitiis Provincialibus* A. 1765.), *qui nous viennent de la part des* NOVATEURS, *ou de celle des Tribunaux* SECULIERS, *ne sont pas ceux*, *qui nous affligent* LE PLUS: *tant que les* PRIMIERS PASTEURS *se tiennent* UNIS *par les sentimens d' une meme Foi*, *par le meme langage*, *la meme façon de penser*, *et la meme conduite*; L' ENFER *aura beau se dechainer*, *ses portes ne* PREVAUDRONT POINT, *l'* ERREUR *sera détruite*, *et la* VERITE' *triomphera*. *Mais les* COUPS, *qui nous sont portés par* NOS CONFRERES MEMES, *par ceux qui partagent le soin de l' héritage du Segneur*, *qui ont entre leurs mains le dépot de la Foi*, *l' enseignement de la vérité*, *le maintien de la Discipline de l' Eglise*, *et de la Hiérarchie Ecclesiastique*, VOILA LES PLAIES, *aux quelles nous devons etre* SENSIBLES, *et qui mettent le* COMBLE *a notre douleur*, *et a notre etonnement* = (84).

43. Et re quidem vera *Vos ipsi*, Ven. Fratres, *haud ita pridem* publicè ac palam professi estis, vehementer admirari,

E quod

(83) = *Explication du Livre de la Genese à Paris* 1732. = Chap. 33. vers. 15. Tom. IV. pagg. 312. 313. 314. Quae sententia deprompta, atque hausta ex S. HILARIO AD AUXENTIUM n. 3. refertur etiam a FLEURYO in Libro, cui titulus = *Moeurs des Chretiens Orientaux* = pag. 359. ADD. Id ipsum *ratione*, et *exemplis* cum antiquis, tum recentibus, atque etiam hodiernis, probat DOCTOR INGOLSTADIENSIS omnino legendus in *Colloq.* XVIII. a pag. 124. ad p. 133., pro coronide argumenti subjiciens oculis *Metropolitanorum*, quis sit in *Austriacis* Regionibus *praesens Episcoporum status*.

(84) Ita legitur in cit. Opusculo = *Supplement au veritable état* etc. = pag. 25.

quod non *inimici* modò, sed *ipsi* etiam *Ecclesiae Filii* moliantur evertere *immobilia S. Sedis fundamenta*; Tuque in primis, *Trevirensis Archiepiscope*, in *Pastorali* quadam Epistola ad Tuarum Dioecesum Populos sermonem convertens non dubitasti in has voces erumpere: = *Que les* ENNEMIS *de l' Eglise*, *couverts de le peau de brebis*, *se réunissent pour* DEPRIMER SES PREMIERS PASTEURS, *et pour surprendre la simplicité des fideles par une* APPARENCE DE REFORME, *et* DE ZELE; *que sous* PRETEXTE DE CORRIGER *les* ABUS, *ils sappent les* FONDEMENS DU SAINT-SIEGE, *qui est le Centre de l' Unité*; *Nous en* GEMIRONS *sans etre surpris*. *La chaire de S. Pierre surtout leur a toujours été odieuse*, *parce qu' elle leur a toujours été redoutable*; *et jamais nous ne craindrons pour elle*, *parce que celui qui l' a fondée*, *ne lui refusera point l' assistence*, *qu' il lui a promise*. *Mais ce que nous ne* SAURIONS ASSEZ DEPLORER, *c' est de voir ceux*, *qui se disent encore* ENFANS DE L' EGLISE, *se* JOINDRE A SES ENNEMIS *pour faire revivre leurs* INVECTIVES CONTRE SOUVERAIN PONTIFE, *et répéter des* CALOMNIES CENT FOIS REFUTEES = (85). Tu quoque, *Moguntiae Elector*, declarare non dubitasti *pseudo-canonico medio* uti eos, qui ad *Saecularem coactionem* confugiunt (86).

44. *Vos ipsi nunc quoque* diffiteri minimè potuistis, quam absurda res sit, indecora, et scandali plena, ut = *inter* CAPUT, *et* MEMBRA *Ecclesiae Catholicae beata . . . in Imperio* HARMONIA . . . *non sine maxima animorum offensione interrupta fuerit* = (87). *Vos ipsi* affirmastis *auxilia*, seu *media* per Vos adhibita esse Vobis *indigna*; = *Ast ingenuè fateor* (tua haec sunt verba, Ven. Frater *Elector Coloniae*) *non sine maximo moerore id factum fuisse*; *quod* ADVERSUS COMMUNEM FIDELIUM PATREM, *quem summo semper amore*, *ac*

(85) Haec *Pastoralis* Epistola ex *germánico* sermone in *gallicum versa* typis edita fuit *Lutetiae Parisiorum chez Laporte* 1782. *I. vol. in* 12. *pag.* 69., referturque etiam in cit. Lib. = *Coup de Oeil etc.* = pag. 71. *a.*

(86) Cit. *Encyclica* §. *Insuper placeat.*, ubi minus vere vitii hujus insimulat personas a Nuncio Monachiensi *delegatas*.

(87) *Litterae* Electoris TREVIRENSIS diei 18. *Novembris* 1788. §. *Deus pacis*.

Digitized by Google

ac summa pietate veneror, *ad* EJUSMODI MEDIA *recurrendum fuerit* = (88).

45. Quae si unumquemque ex Vobis, Venerabiles Fratres, minime decent, multo sanè magis *Te ipsum* dedecent, MOGUNTIÆ ELECTOR, utpote qui die 2. *Maii* 1787. obstrictum Te Nobis esse velle declarasti = AD VERAM AMICITIAM, *ac* UNIONEM *cum Aula Romana ineundam*, AD OMNES DISCORDIAS, *quae in Ecclesia Germanica praesertim* CIRCA NUNCIATURAS, *Principiaque* IN CONGRESSU EMS *stabilita fervent*, AMICE' *tollendas*, *ad Auctoritatem Pontificiam, Romanaeque Sedis Jura in Germania* CONSERVANDA = (89). Quod quidem onus a Te ultro susceptum, *Sibi* etiam imposuit BARO DAHLBERG nunc Tuus in Archiepiscopatu *Coadjutor* (90), et pro utroque *Sponsorem*, ac *Praedem* Se dedit inclytus BORUSSIÆ REX. Marchio enim LUCCHESINIUS, *Curator Negotiorum* a Rege selectus, declaravit habuisse se = DALLA MAESTA' DEL RE DI PRUSSIA *suo Signore* ORDINE ESPRESSO *di farsi per eſſa* MALLEVADORE, *che il Sereniſsimo* ELETTORE DI MAGONZA, *attualmente Regnante*, *come pure il di lui* COADJUTORE BARONE DI DAHLBERG *non saranno* NE' PROMOTORI, NE' FAUTORI *delle Convenzioni del* CONGRESSO DI EMS, *e con questo stesso conserveranno lo* STATU QUO *a tenore delle Credenziali dell' Elettore di Magonza dirette al Marchese Lucchesini in data del dì* 2. *Maggio* = (91).

46. Equidem Obligationem hanc Tuam occultam, ac tectam Nos semper habuissemus, nisi non sine admiratione ad Nostras aures accidisset, eam fuisse *per Germaniam vulgatam* una cum quadam *Notula*, a Tuo Ministro exhibita die 3. *Novembris* 1788. Ministro *Regis Borussiae* eo consilio, ut illi persuaderes tum *Obligatio-*

E 2 *nem*

(88) *Litterae* Electoris COLONIENSIS die 2. *Aprilis* 1787. in cit. Lib. = *Coup d'Oeil* = pag. 38.

(89) Ita solemniter professus est in litteris *Credentialibus* MARCHIONIS LUCCHESINII *die* 2. *Maii* 1787. exhibitis ab eodem LUCCHESINIO die 14. *ejusdem* mensis CARDINALI A SECRETIS STATUS.

(90) In suis *litteris* ad Electorem MOGUNTINUM datis die 4 *Maii* 1787., eidemque CARDINALI exhibitis.

(91) ITA LUCCHESINIUS in suo Epistolio ad dictum CARDINALEM a SECRETIS STATUS dato die 14. *Maii* 1787.

nem Tuam, tum ejusdem *Regis Sponsionem* cessavisse, quasi per *novitates* a Nobis invectas *status quo* fuisset *immutatus* in grave Episcopalium, atque Archiepiscopalium Jurium detrimentum; et quasi per Nos sublata, atque eversa esset *Conditio*, quam Declarationi suae LUCCHESINIUS adjecerat (92). Sed hoc novum genus est, quo Nos lacessis, injuriae, et quo pro certo habemus, minime passurum Se *decipi*, atque *eludi*, ea qua praestat fide, consultissimum *Borussiae Regem*. Ad *Nos* enim quod attinet, summa equidem religione servabimus *imposterum*, non secus atque *hactenus* factum a Nobis fuit, eam *Conditionem*, de qua sermo est. Quas autem in medium *Tu* profers *novitates*, ad ostendendum Nos conditioni defuisse, eae fere omnes Tuam Promissionem, ac Regis Sponsionem *antecesserunt*; et si accuratè singulae perpendantur, ne paulisper quidem eum statum *immutant*, quem justissimus *Rex* Se defensurum pollicitus est; veluti manifestum mox erit ex *disquisitione*, et *examine* singularum hujusmodi novitatum, quibus *Tu*, et *Vos Metropolitani omnes* vestram agendi rationem *excusare* conamini, perinde ac si id feceritis adstricti *necessitate*, et *justa de causa* a Nobis oblata. Nam agnita etiam *ex ore vestro mediorum indignitate*, finem huic *Capiti* imponimus, et eo jam progredimur, ut *justam causam habuisse Vos nullam* demonstremus.

(92) Haec *Notula Ministri Moguntini* HAZFELD apud Aulam Borussiae relata fuit in *Diario Politico Hamburgensi A.* 1789. *num. XII. mensis Aprilis*, et in Opusc. = *Defense des Réflexions etc.* = n. VII. pag. 102. et seqq.

CAPUT II.

DE CAUSIS,

ex quibus hujusmodi turbae excitatae asseruntur,

et *primo*

de querela *Communi Nomine* proposita

SUPER

INSTITUTA MONACHII NUNCIATURA

PRO DITIONE PALATINO-BAVARA.

§. 1. TAli equidem Nos, ac tanto afficeremur dolore, nulla ut posset consolatione leniri, si conscii essemus, *novis* hisce perturbationibus vel *minimam Nos causam* praebuisse. Sed certum Nobis, exploratumque est, Nostram agendi rationem Deo, atque hominibus probari. *Vos*, qui estis *Accusatores*, vestras *nulla probatione* defenditis accusationes; eas tamen Nos funditus evertendas curabimus, nihil aliud agentes, quam eas ipsas causas ad *examen* revocare, quibus justè animos vestros concitari potuisse putastis ad tam graves injurias, in Nos vel jam illatas, vel, ut vestrae minantur *litterae*, inferendas.

2. Harum porrò *causarum* aliae sunt unicuique *Vestrum Communes*; quales sunt *Nunciatura Monachii* nuper constituta, *Delegatio* Ecclesiasticorum Virorum ROBERTZ, et HENNING per Nuncium *Palatino-Bavarum* facta pro Palatinatu Rheni, et pro Territoriis Juliacensi, et Montiensi, *Encyclica* denique per *Coloniae* Nuncium ad *Vicarios*, et ad *Parochos* missa super Matrimoniorum Dispensationibus: aliae vero *Peculiares*, et uniuscujusque propriae, quarum altera, quae ad *Te* unicè spectat, Ven. Fratres *Elector Coloniae*, est *negata Tibi novi Tribunalis erectio*, et institutio, quod ex Judicibus Pro-Synodalibus coalesceret; *altera* autem, quae ad *ambos Vos* aequè pertinet, *Salisburgensis*, et *Trevirensis Archiepiscopi*, sunt *Nostrae Litterae in forma Brevis* ad Nuncium ZOLLIUM missae *cum facultate prorogandi* solutionem quarumdam Decimarum, ipso Electore *Palatino* petente, ac postulante.

3. U

3. Ut a *Nunciatura Monachii* initium sumamus, quae est *prima* Querelarum causa, ut diximus, Vestrum unicuique *Communis* (1), animadvertimus sane, *varii* generis vestras hac de re fuisse querelas. Doluistis enim *primo*, fuisse illam erectam *praecipitanter* non sine vestro detrimento, et *nullo dato responso* reclamationibus per Vestros Ministros ad Nos delatis (2). At certiores deinde cum facti essetis, diu multumque hac de re actum fuisse inter Aulam Palatini Electoris, ac Nostram, cumque Vobis patuisset, non unam, sed *duas* per Nostros Ministros fuisse vestris querelis datas *Responsiones*, quarum paulò ante meminimus [Cap. I. §. 2.], tunc in *ipsas* Responsiones invehi coeptum est, jactatumque satis injuriose, non alio eas fundamento niti, quam illo = *stat pro ratione voluntas* = (3), a qua certè sententia ita Noster abhorret animus, ut nihil supra.

4. Profectò vestra concertatio omnis huc tandem recidit, ut Nunciatura Palatino-Bavara sit *recens* invecta, et *nullo* sit *Jure Possessionis* suffulta; proindeque adversetur *Imperii Legibus*, quae *novas* invehi Jurisdictiones vetant absque Principum placito, et Comitiorum generalium consensione. At Responsio Nostra vestrarum concertationum *fundamenta* ipsa subvertit, atque delevit: brevi enim, sed ineluctabili oratione evicimus, Palatino-Bavaram Nunciaturam verè appellari *novam Jurisdictionem* non posse; quam enim *Jurisdictionem* exercebat *prius* Apostolica Sedes in Ditione Palatino-Bavara per *Nuncios Vindobonensem*, *ad Tra-*

(1) Elector MOGUNTINUS in cit. *Encyclica* §.1., et §. *Charitati*, et in *litteris Pontifici* datis §. *Meminerit*, et §. *Haerebit*; TREVIRENSIS in suis *litteris* §.1.; COLONIENSIS in suis §.1., et in = *Pro-Memoria* = §.51. in cit. Opusc. = *Riflessioni etc.* = pag. 129.; Archiepiscopus verò SALISBURGENSIS in *litteris* eidem Pontifici datis §. *Doleo.*, et §. *Quod si*. Has *Metropolitanorum* querelas praeivit A. 1785. Auctor ANONYMUS Opusc. = *De Legatis, et Nuntiis Pontificum* = §.41. pag. 97., & mox renovarunt inter caeteros *Germanicos* Scriptores JOSEPH HERMANN in Liberculo = *Riflessioni sopra una Lettera etc.* = §§. 47. 48. pag. 30., et seqq.; nec non ANONYMUS *alter* in Opusc. = *Istoria Prammatica contro la neo-eretta Nunziatura di Monaco* =; JAC. ABEL in = *Disquis. circa usurpat. Nuntior. Pontific. Juridict.* = Sect. IV. §§. 136. 137. 138., et FLORIANUS DALHAM in cit *Appendic.* pagg. 655. 656.

(2) Vid. cit. Opusculum = *Riflessioni etc.* =, HERMANN. §. IV. pag. 5. et Opusc. = *Istoria Prammatica etc.* = §. 5.

(3) Idem HERMANN loc. cit.

Digitized by Google

Tractum Rheni, et *Helveticum*, *eam* exercet *modo* ad majorem POPULORUM commoditatem per *Nuncium* in Civitate *Monachii* commorantem (4).

5. *Alia* porrò res est novae Jurisdictionis invectio, et alia *veteris* Jurisdictionis *divisio*. Si Ditio Palatino-Bavara *nulli* ante hoc tempus obnoxia fuisset Apostolico Nuncio, tunc sane Nunciaturae hujus introductio *novam* Jurisdictionem praesetulisset; at si Ditio hujusmodi, ut certo constat inter omnes, partim Nuncio *Vindobonensi*, partim Nuncio *ad Tractum Rheni*, et partim *Helvetico* Nuncio *antea* subdebatur, hujus certè *antiqua* Jurisdictionis *partitio*, atque *divisio* comprehendi nequit omninò sub *novarum* Jurisdictionum prohibitione; cum *eadem* semper sit Jurisdictio. Hac autem posita antiquae Jurisdictionis *nova divisione*, jam nemo non videt, Nunciaturam Palatino-Bavaram nihil esse *aliud*, nisi Nunciaturarum *antiquarum* veluti *ramum* decerptum a planta, et quemdam quasi rivum a fonte deductum; quemadmodum agnovit *Consilium* ipsum *Aulicum*, Legum Germanicarum peritissimum, in suo VOTO, quod ad CÆSAREM dedit [C. I. §§. 27. 28.], quodque frustra occultatum in auras tandem erupit.

6. Haec verò Jurisdictionis *divisio*, quae non rem, (res enim remanet in quo erat statu), sed *Personas* tantum immutat, quemadmodum fieri solet a Principibus *laicis* quoad Causas *profanas*; ita ejusdem usus vetitus omninò esse non debet APOSTOLICÆ SEDI quoad *Ecclesiasticas* Causas (5); nec ab alio potest

(4) Eodem hoc argumento usus est BAVARIÆ ELECTOR in suis *litteris* diei 4. *Aprilis* 1787., et 27. *Augusti* 1788. ad *Caesarem*, et ad *Comitia Ratisbonensia*; utrobique docens, Nunciaturam *Monachiensem* nihil *novae* Jurisdictionis praeseferre [C. I. N. 56. 57.]. Testem hac de re damus ipsum COLONIÆ ELECTOREM in cit. = *Pro-Memoria* = §. 57. in Opusc. = *Riflessioni etc.* = pag. 148. ADD. Id ipsum luculentius probat DUX BAVARIÆ in cit. *Pro-Memoria* nunc Ratisbonae distributo.

(5) Audi VAL AFRIDIUM STRABONEM in Lib. *De rebus Ecclesiast.* Cap. ult. ita ajentem: = *Ordinationes* MUNDANÆ *sapientiae in* SPIRITUALEM *universalis* ECCLESIÆ *Rempublicam* SACRIS *distinctionibus praecedentibus* COMMUTATÆ *fuerunt* =; CLEMENS autem IV. Cap. *Legatos. 2. de Offic. Legat. in 6.* verba faciens de *Legatis*, = *quibus in certis Provinciis committitur Legationis officium* =, eos reputat tamquam ORDINARIOS *ad instar* PROCONSULUM, *caeterorumque* PRÆSULUM, *quibus certae sunt decretae* PROVINCIÆ *moderandae* =.

potest in controversiam adduci, nisi ab eo, qui et esse, et nominari velit hostis publicorum commodorum: ab his enim velut a fonte manarunt omni aetate *tot divisiones Jurisdictionum*, REIPUBLICÆ bono in usum receptae, et ab IMPERATORE JUSTINIANO commendatae, quippe qui *exempla* imitatus *Praefecturarum Orientis*, atque *Illyrici*, instituit CARTHAGINE *novam* AFFRICAE *Praefecturam*, *pluresque Judices* pro rei opportunitate *pluribus in locis* collocavit (6).

7. Hinc est quammaxime a veritate alienum, nullum S. Sedi Possessionis Jus esse quoad Palatino-Bavaram Nunciaturam: quam enim Jurisdictionis Possessionem *habuit* Ipsa ante plura saecula in hac Ditione per suos Nuncios Vindobonensem, Coloniensem, et Helveticum, eamdem exercet modo per *Nuncium Monachii* degentem. Juris est enim non ambigui, mutatione Personae, quae delegatur ad Jurisdictionem exercendam, antea per alium exercitam, Possessionem non immutari, quae favet *Deleganti*. Quemadmodum autem Nuncii omnes non sibi possident, sed SANCTÆ SEDI, *cujus vices* funguntur, ita si placuit Ipsi Jurisdictionem suam *uni* potius, quàm *alteri* tradere, *eadem* semper est S. SEDIS *Possessio*, veluti *idem* est Jurisdictionis fons, et origo (7).

8. Non est ergò, cur amplius queraris, *Moguntiae Elector*, quod = *omnis Responsio* (Nostra) *consistebat in eo, quatenus Nuncius* ZOLLIUS *eamdem Jurisdictionem, uti Nuncius Coloniensis, exercendi potestate polleat* = (8). Etenim si *vim* Nostrae Responsionis paulò diligentius perpendes, intelliges profectò

(6) L. *Quas gratias* 1. §. 2. *Cod. de Offic. Praef. Praet. Africae*. Simile quid statuit idem IMPERATOR pro = ÆGYPTIACO *tractu*, *vel adjuncta ei utraque* LYBIA, *pro* ASIANA *Dioecesi*, *vel* PONTICA, *et pro toto* ORIENTALI *tractu* = in *Novel.* 13. Cap. 34., quae refertur etiam in *Decreto* GRATIANI *Can.* 2. *Qu.* 6. *Can. Anteriorum.* 28. vers. *Illud*.

(7) Idem ferunt RR. I. C., atque IMPERATOR JUSTINIANUS quoad *Praetorem Urbis*, *Praefectum Augustalem*, virosque Spectabiles, Comites, vel *Proconsules* in *Provinciis* in l. *Quaecumque*. 1. §. 1. *de Offic. ejus, cui mand. est jurisdic.*, *l. etsi Praetor.* 3. eod. tit, l. *Breviter. un. de offic. Praef. Praet.*, et in cit. *Novel.* 23. Cap. 3.

(8) Cit. *Encyclic.* §. *Nec minus*; eamdem querelam *Archiepiscoporum*, *Episcoporumque* nomine repetit Auctor Opusculi = *Istoria Prammatica* = §§. 13., et 15.

etò, eam esse ejusmodi, ut nulla replicatione potuerit adhuc, aut possit imposterum labefactari, et everti. Necessarium itaque minimè esset aliud addere iis, quae jam dicta sunt. Verum ut magis magisque rei veritas pateat, atque splendescat, *petimus a Vobis*, si quis Vestrum, aut alius quispiam per Germaniam Episcopus, cujus Dioecesis longè lateque pateat, vellet *plures* Vicarios in *diversis* Dioecesis partibus constituere ita, ut quae prius Jurisdictio per *unum* exercebatur, ea pro majori Populorum commoditate, mox divisa, ac dispertita esset in *plures*; esset ne id *Legibus Imperii* contrarium? Minimè quidem. Quamvis enim *specie tenus Judices*, et *Tribunalia multiplicari* quodammodò videantur, Jurisdictio tamen in *plures* divisa semper est *eadem*, atque illa, quae penes *unum* antea residebat; *Vicariatus* verò, quantumvis in varias Personas divisi, pro *uno* tantum sive Episcopi, sive Archiepiscopi *Tribunali* habentur, et sunt.

9. *Quot* revera per Germaniam Episcopi suorum Populorum bono consulentes in variis peramplae Dioecesis suae Locis *varios* invexerunt, et habent *Vicarios*, *Officiales*, seu *Decanos* (9), absque eo, quod insimulati, aut accusati unquam fuerint, tamquam *Constitutionis Germanicae violatores*, etiamsi ad id *explicita Imperii Sanctio* minime accesserit? Verum enim verò si permissum est *Episcopis* in *plures* Vicarios *Ordinariam* illam Jurisdictionem dividere, quae ab *uno* exercebatur; licitum non erit SANCTÆ SEDI *Apostolicam suam Jurisdictionem*, ab *uno*, alterove prius exercitam, *pluribus* subinde *Nunciis* delegare; cum *Nuncii* denique ii sint, qui Apostolicae Sedis *Vicarias vices* gerunt?

10. Hunc quoque pertinet, et majori quidem ratione, *Dioecesum divisio*, et *novorum Episcopatuum institutio* facta per Ger-

F ma-

(9) Archiepiscopus TREVIRENSIS *duos* habet *Officiales*, alterum in Districtu *Trevirensi*, alterum in *Confluentino*, ut testatur HONTHEIM in *Histor. Trevir.* Tom. II. pag. 8., et 41. Item COLONIÆ esse *plures* Decanos, et Judices *inferiores* patet ex ipsa *Ordinatione Coloniensi diei* 18. *Septembris* 1745., ac LEODII simultaneam *Scabinorum*, et *Officialium* Jurisdictionem introductam esse ad *faciliorem*, et *celeriorem Litium expeditionem* testatur *I. C. Leodiensis* in *Narrat. historic. de Jurisdictione Officialis Leodiensis*, quae refertur a GEORG. MELCH. DE LUDOLFF = *Variar. Observation. forens.* = Par. I. pagg 386. 387.

maniam *ab Apostolica Sede sine ulla Imperii Sanctione* tum saepè *alias*, tum *his* prasertim *temporibus*, nunc uno, aut altero Imperii Principe postulante, nunc sponte sua, et quandoque etiam Episcopis dissentientibus (10). Ignorat autem nemo, *novae Ecclesiae institutionem* aliquid *longe majus* praeseferre, quam simplicem divisionem Ordinariae, aut Apostolicae in plures Vicarios, et Nuncios Jurisdictionis. Hoc enim *differt institutio* novae Sedis a simplici Jurisdictionis *divisione*, quod haec pristinum rerum statum non immutat; *immutat* autem *illa*, utpotequae *novum* constituit *Pastorem*, *novumque Tribunal*. Sed quemadmodum novus Pastor, novumque Tribunal non *aliam* Jurisdictionem exercet, quam *quae* exercebatur ab Episcopo, a quo decerpta fuit pars Dioecesis in novam Cathedram evecta, ita jurè, ac meritò *novi Episcopatus institutio* nunquam per Germaniam ita habita, atque accepta fuit, perinde ac si *nova* esset *Jurisdictio*, quam *Imperii Leges* vetarent.

11. Illud *denique* hoc loco addendum arbitramur, non ad Defensionis quidem necessitatem, sed ut detur veritati locus, quòd IMPERII LEGES, ad quas appellatis, tamquam novis Jurisdictionibus adversantes, *contrariae* Nobis minimè sunt. Illae enim, aut *verba* ipsa inspiciantur, aut *contextus*, et *continuatio* verborum, aut denique illorum *vis*, ac *natura*, ad eas *tantum* novas Jurisdictiones referuntur, ac pertinent, quae *immutare* quodammodo possunt *formam*, et *constitutionem Imperii*, *Supremorum* scilicet *Tribunalium* CAMERÆ VETZLARIENSIS,

(10) Constat ex *Indice* Ecclesiarum ad gradum *Metropoliticum* evectarum, qui prostat in cit. Opusc. =*Riflessioni sopra i 73. Artic.* = ad §.72. pag.202., et seqq. *Artic.4.*, cui Titulus = *Contradictiones non attentae* =, et *Artic.5.*, cui Titulus = *Mutationes quoad Ecclesias Germaniae* =. Huc quadrat Responsio cum *documento V.* Opusculi = *Defense des Reflexions etc.* = pagg 32. 94. 95. 96., et *sententia* *ibidem* relata cujusdam *Scriptoris*, minimè quidem de tuenda Ecclesiae, et Nunciorum Jurisdictione soliciti, qui = *L'Electeur*, inquit, *de BAVIERE, comme FILS OBEISSANT et CHERI' DE L'EGLISE auroit bien dû OBTENIR DU PAPE un EVEQUE PARTICULIER POUR SES ETATS. Il a jugè apparemment que ce remede ètoit trop bruyant. Il a MIEUX AIME' avoir un NONCE A' MUNICH ...... Il leve peutetre par là plus promptement divers autres obstacles dèsagréables, que ce conflit de pouvoir lui suscite.* = Vid. Cap.I. §.25.

SIS, et AULICI CONSILII: haec enim Tribunalia *omnium Principum consensu* constituta ad quodcumque controversiarum genus dirimendum, quae Ipsos inter oriri aliquando possent, immutari ullo modo *nequeunt*, nec quoad *numerum*, nec quoad *formam*, nec quoad *auctoritatem*, nisi prius *Comitiorum generalium* deliberatio, et ipsorum *Principum consensus* accedat.

12. Ad *Ecclesiastica* autem Tribunalia quod spectat, quae nihil habent cum *Civili* potestate commune; *Imperii Leges* eo semper, quo decet, obsequio sunt prosecutae Auctoritatem Ecclesiae, atque Apostolicae Sedis, *nihilque* unquam de horum *numero*, aut *forma* oblocutae sunt. Immo commemorantes hae *Leges* NUNCIATURAS APOSTOLICAS, illud *tantum* in votis habuerunt, ut Nunciorum Jurisdictio ad *solas Ecclesiasticas* Causas ex Canonum praescripto coerceretur, quemadmodum *inferius* demonstrabimus, ubi de Sanctae Sedis Jure generatim disseremus.

13. Interea ipsa *rerum Historia* satis superque docet, juxta *Germanicas Leges* opus minimè esse, tametsi de *nova* prorsus instituenda *Nunciatura* ageretur, *explicita* Imperii Sanctione, sed *liberum* esse Principibus petere ab Apostolica Sede Nuncios, eosque in suas *Ditiones* recipere; veluti probavit *Elector Palatinus*, expensis *Imperii Legibus*, *Juribus Territorialibus*, *et constanti Observantia* (11). Latae jam erant hae *Leges*, cum *sine ulla Imperii* SANCTIONE, ipsis petentibus *Austriae Principibus*, ante plura Saecula instituta est *Nunciatura Vindobonensis*, caeteris antiquitate, et dignitate eminentior (12); cumque pariter *sine Imperii Sanctione*, petente *Duce FERDINANDI I. Filio*, erecta est *A.* 1564. *Nunciatura Graeciensis*, in qua Bavariae Electoratus, et Archidioecesis Salisburgensis includebatur, quae Nunciatura *ad annum usque* 1621. circiter perduravit; tunc enim, rebus immutatis, ad Nunciaturas Vindobonensem, et Helveticam adjecta est (13). Item *sine* hujusmodi *Sanctione*, auctore

(11) In cit. *litteris* A. 1787. ad CÆSAREM, et A. 1788. ad COMITIA RATISBONENSIA.

(12) *HOLL* in *Statistica Ecclesiae Germanicae. Heidelbergae* 1779. To. I. Par. I. Cap. 6. §. 36., et Opusc. = *Riflessioni sul Pro-Memoria* = ad §. 69. = pagg. 173. 174., et ad *conclusionem Scripti* pag. 221. *b*.

(13) Consule idem Opusc. = *Riflessioni sopra i 73. Artic.* = ad §. 69 pag. 173., et ad cit. *Conclusionem* pag 221. *b*

ctore S. CAROLO BORROMÆO erecta fuit A. 1579. *perpetua Helvetica Nunciatura* (14), et A. 1584. *Ordinaria Nunciatura ad Tractum Rheni, et ad inferiores Partes Germaniae* (15). Si itaque *Imperium* tamquam *legitimas* agnovit omni tempore has Nunciaturas *sine ipsius Sanctione* per Germaniam invectas [*], multò potiori ratione pro *legitima* debebit agnoscere *Nunciaturam Palatino-Bavaram*, quae nihil aliud est, nisi quidam quasi surculus ex veteris Jurisdictionis planta desumptus.

14. Sed

(14) Cit. *Statistica* eod. loc. § 38., Praesul SCOTTI in LIBRO = *Helvetia Sacra* = *Maceratae* 1632. pag. 12., et luculentius JO. PETRUS GLUSSIANUS, sive BARTHOLOMÆUS RUBEUS = *De vita, & rebus gestis S. Caroli Borromaei. Mediolani* 1751. = Cap. XII. Integrum locum refert Opusc. = *Defense des Reflexions etc.* = pag. 54.

(15) Constit. GREGORII XIII. diei 19. *Januarii* 1584., quae incip. = *Romanum decet* =, de qua agit Opusculum = *Riflessioni sopra i 73. Articoli* = ad §. 18. pag. 52., et seq.

[*] ADD. Ita de *Vindobonensi*, et *Coloniensi* Nunciaturis ratiocinatur D. INGOLSTADIENSIS: = *Nonne a* FERDINANDO I. ad JOSEPHUM II., *sub decem scilicet Caesaribus permanens fuit Vindobonensis Nunciatura? nonne Coloniensis ab Apostasia GHEBARDI* TRUCHSES *ad* MAXIMILIANUM *usque hodiernum Electorem?* = *Colloqu. XVIII.* pag. 22. Hujusce rei rationem tradit A. SCHMIDT *Instit. Jur Eccles. German.* Par. 1. Cap. 2. Sect. 3. §. 73. Tom. I. pag. 209. = *Quod si vero* PONTIFICI *Jus perfectum eos mittendi denegari a* CATHOLICO *non possit*; HUIC *vicissim ex altera parte respondebit* OBLIGATIO *in* THESI *saltem certa*, NE LEGATOS EJUSMODI AB INGRESSU *in Terras* SUAS PROHIBEANT, *aut legitimis eorum* FUNCTIONIBUS *in salutem animarum necessariis sese* OBSTACULO *ponant* =; et in not. = *neque hic argumentum duci poterit a* LEGATIS *aliis, cum jam per se se sat luculentum appareat* DISCRIMEN: NULLI *quippe Principi Supremo quidpiam in* ALTERUM *itidem talem, ejusque Terras, juris competit*; *cum contra* PONTIFICI *vi* PRIMATUS *cura* TOTIUS ORBIS CHRISTIANI *incumbat, atque in rebus ad salutem animarum pertinentibus ejus sese* JURISDICTIO UBIQUE *protendat* =. Quod autem hic in *Thesi* certum esse pronuntiat, idem ex *Consuetudine* confirmat BARO DE SPON, Auctor certe minime *suspectus*, in *notis* ad Librum = *La Capitulation de l'Empereur Francois combinee avec la Capitulation de l'Empereur Charles VII. etc. A Francfort sur le Meyn.* 1746. =, ubi ad *Artic. XIV.* §. 6. cum quaerat, num = L'AUTORITE' *et la* JURISDICTION *des Nonces Apostoliques peuvent elles avoir lieu* EN EMPIRE *avant que l'*EMPEREUR *ait été* PREVENU, *et ait donnè* SON CONSENTEMENT? =, respondit = *Les* LEGATS, *ou* NONCES APOSTOLI-

14. Sed quid est, quod diutiùs immoremur in vindicanda *Monachii Nunciatura*, semel ac Illa, instituta *Loci Domino ac Principe postulante*, non modò est Religioni utilis, sed etiam Populorum bono accommodata, *nihilque Vobis* affert detrimenti, quemadmodum *Dux* ipse *Bavariae* cum *Caesari* (16), tum *Comitiis Ratisbonensibus* (17) dilucidè demonstravit. Potuit profectò cum hac emendicata causa fucus fieri aliquibus tunc, cum, quò consilia Vestra spectarent, ignorabant. Nunc autem nemo est, qui nesciat (18), nihil Vestra interesse *Monachii Nunciaturam*, si *alias omnes* Germaniae Nunciaturas jamdiù receptas, probatasque, et a cunctis pro legitimis habitas, unà evertere nequeatis, quo *liberum Vobis* aliquando sit nefariis *Conventiculi novitatibus* sine ulla offensione aditum patefacere.

15. Id prae caeteris (19), Tu, *Moguntiae Elector*, declarasti non modò in *litteris* ad Nos scriptis (20), verum etiam in *Encyclica* Epistola ad *Suffragantes generalium Comitiorum* data (21), et in *aliis scriptis* per Tuum Extraordinarium Oratorem exhibitis *Regi Borussiae*, Viro Priucipi longe eximio, et spectatissimo (22), ubi explanatè, et sine velamine ullo haec advertere non dubitasti = *Per prevenire* OGNI EQUIVOCO *sulla vera situazione dell' Affare*; *commanda S. A. al*

LIQUES *sont en* POSSESSION *d'y exercer* TOUTE *l'*AUTORITE' *annéxée a leur mission* SANS ETRE DANS L'OBLIGATION DE DEMANDER AUCUNE PERMISSION =.

(16) In cit. *Responsione* diei 4. *Aprilis* 1787.

(17) In *Declaratione* diei 27. *Augusti* 1788.

(18) Post *hortatoriam* Imperatoris Epistolam, post *Congressum Emsensem*, post anonymum Opusculum =*IstoriaPrammatica etc.*=, cujus nefarium propositum est *violenta Nunciorum omnium ex Alemannia expulsio*, ut exprimit §.73. ADD. Post duplex scriptum *Pro-Memoria* Archiepiscoporum *Coloniensis*, et *Salisburgensis* Vid. Libellum = *Riflessioni sul Pro-Memoria di Colonia* = ad *Conclusionem* pag.223., et seqq.

(19) Hoc ipsum significarunt *alii Metropolitani* in *litteris* ad *Pontificem* datis: Elector autem COLONIENSIS clarius id exprimit etiam in fine scripti, cui Tit. = *Pro Memoria* = in Opusc *Riflessioni* pag.213.; similiter et Archiepiscopus SALISBURGENSIS in = *Pro-Memoria* = passim.

(20) §. *Haerebit* vers. *Expectandum*, §. *Ecce*, et §. *Haec sunt*.

(21) §. *Innixus*.

(22) Cit. *Notula* D. HAZFELD [Cap.I. N.92.]

A. al suo Inviato Straordinario di aggiungere a tutto questo, che ripetendo l' Elettore il suo Padrone la sua richiesta presso S. Maestà, per il suo VOTO *nella Dieta dell' Impero* CONTRO LA GIURISDIZIONE DELLA NUNZIATURA, *non parli delle* SOLE *Nunziature di* MONACO, *o* DI COLONIA IN SPECIE, *ma dell'* OGGETTO DELLE NUNZIATURE IN GENERE; *che l'* IMPERO *non abbia da dare il* SUO VOTO *sopra* UNO, *o l'* ALTRO FATTO, *ma* SUL PRINCIPIO, *e che non possa essere la* QUESTIONE DA ALCUNE ECCEZIONI DALLA REGOLA, *quando si tratta di fissare la* REGOLA MEDESIMA = (23). Sed neque BORUSSIÆ REX peracris sane judicii, neque caeteri SUFFRAGANTES ea, qua pollent Justitia, *timendum* est, ut se decipi, et aliorsum abripi se sinant; imò *pro certo habendum*, fore, ut tam EXCEPTIONEM, quam REGULAM aequo animi horrore prosequantur.

(23) Ead. *Notula* §. penult.

CA-

CAPUT III.

De altera *Communi* querela QUOAD FACTAM A NUNCIO PALATINO-BAVARO DELEGATIONEM DUORUM ECCLESIASTICORUM VIRORUM PRO PALATINATU RHENI, et PRO DUCATIBUS JULIACENSI, et MONTIENSI.

1. INanior est altera a Vobis omnibus proposita querela de facta per *Bavariae Nuncium Delegatione* Praepositi ROBERTZ, et HENNING in Civitatibus *Dusseldorpii* et *Heidelbergae* A. 1786., perinde ac si hujusmodi Delegatione fuissent = MULTIPLICATA *in Germania Ecclesiastica Tribunalia*, *et constituti* INFERIORIS ORDINIS CLERICI, *qui suis invigilarent* EPISCOPIS = (1). Si enim ROBERTZ, et HENNING, *Ecclesiastica* Dignitate fulgentes, fuerunt per Nuncium delegati = SEULEMENT *pour* RECEVOIR, *et* ENVOYER A MUNICH *les requetes et les affaires des mes sujets des ces Duchès*, *et ensuite leur* COMMUNIQUER *les resolutions portèes* =, ut *Elector Palatinus Caesari* testatus est, ad quem etiam *Decreti* misit *exemplum* (2), utque ipsis *Comitiis Ratisbonensibus* scripto declaravit (3); nemo non videt, Delegationem hujusmodi, in recipiendis, reddendisque *supplicibus Libellis dumtaxat* coercitam, non esse *veram* Delegationem cum *Auctoritate* conjunctam, sed simplex praeseferre *officium Actoris*, aut *Procuratoris*, quod per

(1) Archiepiscopus COLONIENSIS in cit. *epistola diei* 2. *Aprilis* 1787. vers. *Tantum enim* in Opusculo = *Coup d'Oeil etc.* = pagg. 38. 39.; in cit. *Pro-Memoria* §. 51. in Opusc. *Riflessioni* pag 129.: Archiepiscopus autem MOGUNTINUS in cit. *Encyclica* diei 20. *Septembris* 1787. §. *Insuper ruminationi*, et §. *Insuper placeat*; et in *epistola* ad *Pontificem* data §. *Haerebit* vers. *Verum quod*. Hoc ipsum *querelae* genus videre est in Liberculo J. HERMANN = *Riflessioni sopra una Lettera di Pio VI. al Vescovo di Frisinga* = §. VII. pag. 5., et in Opusc. = *Istoria Prammatica etc.* = §. 21.

(2) Die 4. *Aprilis* 1787. [Cap. I. §. 24]

(3) Die 27. *Augusti* 1787. [Cap. I. N. 56.]

per Leges tam *Communes* (4), quam *Germanicas* (5) potest *cuicumque* demandari. Multum itaque abest, ut hinc aut Tribunalia multiplicentur, aut inferioris Ordinis Clerici ipsis Episcopis praeferantur; quod quidem querelae genus *Nos a facti veritate alienum* quammaximè dicimus; *Elector* autem *Palatinus* in litteris ad Caesarem datis illud non immeritò appellavit = UNE CALOMNIE INDECENTE = [Cap. I. §. 24.].

2. Multo sane *majorem* potuisset Nuncius Auctoritatem conferre in suos Delegatos. Notum enim exploratumque est, *Delegatum Principis*, quales sunt *Nuncii Apostolicae Sedis*, posse *aliis* delegare non modo unam, aut alteram Causam, sed *Universitatem* quoque Causarum ex Juris *Civilis* (6), et *Canonici* (7) constitutione, quam laudant, commendantque omnes *Canonistae* (8), ne illis quidem exceptis, qui scientiam Canonum *Vindobonae* profitentur (9).

3. Ist-

(4) L. *Solet* 16., L. *Praetor* 17. ff. *de Jurisdictione*: Cap. *Cum te* 18. ibi = *Testium examinationem* =, Cap. *Super* 27. vers. *Intentionis*, et Cap. *Pastoralis* 28. vers. *Item. De offic.*, *et potest. Jud. deleg.*, = *Delegatus* CITATIONIS OFFICIUM *potest* CUILIBET *demandare* =.

(5) B. DE SPON. *in cit. Notis* ad *Capitulationem Caesaream Artic. XVI.* §. 17. pag. 324. quaerit 6. = *La* CHAMBRE *peut Elle* DELEGUER *ou* COMMETTRE *d'autres juges pour terminer les differens pendants par devant Elle? Cette delegation peut* BIEN *se faire ou quant à* CERTAINS *actes judiciares*, *ou quant à* CERTAINS INCIDENTES, *que des Commissaires sur les* LIEUX *peuvent* FACILEMENT *éclaircir*, *ou terminer* =.

(6) L. *Solet* 16. ff. *De jurisdict*, = *aut* OMNES *mandat*, *aut speciem unam* =, et L. *Quod dicitur* 1. *Quis*, *et a quo appelletur*, L. *Praecipimus* 32. §. *hacc* 3. *C. De appellat.*

(7) Cap. *Si pro debilitate* 3., C. *Quamvis* 6., C. *Cum te consulente* 18., C. *Super* 27. vers. *Nos autem*, vers. *Quod si*, et seq., ubi ita legitur = *Intentionis igitur nostrae fuit*, *quod*, *ut judicialis Auctoritas* LIBERIUS *valeat exerceri*, DELEGATUS *a* NOBIS LICITE *possit et* PRINCIPIUM, *et* FINEM, *et* MEDIUM *Causae sibi commissae*, *non solum* CONJUNCTIM, *sed etiam* DIVISIM *delegare* =; Cap. *Pastoralis* 28. vers. *Item*, C. *Quoniam* 43. *De offic.*, *et potest. Jud. deleg.*, et Cap. *Cum Causam* 62. *De Appellation.*, ibique *Gloss.* v. *Delegatus*, ubi de delegata *Causarum universitate*, Cap. *Quamvis* 6., C. *Si delegatus* 7. *De offic. Jud. deleg.* in 6.

(8) Inter *Germanos* A. SCHMIDT *Instit. Jur. Eccles.* loc. cit. §. 81. pag. 217.

(9) PEHEM *Praelect. in Jus Ecclesiast.* Par. II. Cap. IX. §. 445., et 493.

Digitized by Google

3. Isthaec autem delegandi facultas, quam Leges omnes sinunt in *dissitis praesertim Locis = ad parcendum laboribus Partium, et expensis =*, ut verbis utamur ALEXANDRI, et INNOCENTII III. (10), mirum in modum cohaeret, et *consona* est Decretis *Basileensis Concilii* (11), quae tantis per *Vos* laudibus efferuntur, et *expressa* legitur in *Brevibus Facultativis veterum Vicariorum Apostolicorum* (12) eo fere modo, quo expressa etiam nunc legitur in *Brevibus praesentium Nunciorum* (13), qui in locum hujusmodi Vicariorum suffecti sunt; fuitque *semper*, et *ubique* Locorum, ac etiam per ipsam *Germaniam* ab Utrisque exercita, *videntibus*, et *probantibus* non Principibus Imperii modò, sed *Archiepiscopis* etiam, et *Episcopis*. Id enim Delegationis proprium est, ac peculiare, ut nec *numerum* augeat Tribunalium, nec *novam* ullam Jurisdictionem praeseferat; quippe quia, ut probatum est [Cap.II. §.7.], Delegati Judices *ea* utuntur Jurisdictione, *qua* Delegans ipse uteretur.

4. Nec si Judex Delegatus *inferior gradu* est ipsis Episcopis, id in eorum recidit *injuriam*, aut *vilipendium*. Non enim, *quo gradu* sit Delegatus, inspicitur, sed *dignitas* spectatur, et *ampli-*

(10) Cit. Cap. *Cum te consulente* 18., et C. *Super* 27. *De offic. Jud. deleg.*

(11) Sess. 31. in Decreto *de Causis, et Appellationibus*, quod incipit *= Ecclesiasticae solicitudinis studium=* vers. *Inoleverunt* apud LABBÆUM T. XVII. col. 371. A.

(12) Vide *Litteras* Summorum Pontificum Saeculi V. ad *Vicarios Apostolicos, et Episcopos Illyrici*, videlicet INNOCENTII I., S. BONIFACII, et S. SIXTI ad RUFUM *Vicarium Thessalonicensem*, et *ad Episcopos per Macedoniam, Achajam etc. constitutos*, et *ad Synodum apud Thessalonicam congregandam*, in *Actis* cit. *Concilii Romani III.* num. V. X. et XV. apud LABBAEUM Tom. V. col. 845. 850. 855., nec non *Epistolam* 32. S. GREGORII *ad Romanum Defensorem Siciliae* relatam in Can. *Pervenit.* 39. Cau. 11. Qu. 1., ubi haec *delegandi* facultas iisdem confertur.

(13) *Nunciis* conferri *solet* in *Apostolicis Brevibus* facultas tum = VISITANDI *loca, et Personas Ecclesiasticas per Te ipsum, vel* ALIUM, *seu* ALIOS *probos Viros* =, tum = CAUSAS *audiendi, et terminandi, seu* ALII, *vel* ALIIS *idoneis pariter audiendas, et terminandas* DELEGANDI =, tum generatim = *in* TOTO, *vel in* PARTE COMMITTENDI *Judices Assistentes*, *Commissarios, et Exequutores pro praedictarum, et Tuarum litterarum* EXECUTIONE, *et* OBSERVATIONE DELEGANDI = : sunt ipsissima verba *Brevium* hujusmodi per *Germaniam* notissimorum.

amplitudo Delegantis, cujus *vices* gerit, et *Auctoritate* fungitur *Delegatus* (14). Ipsi etiam Judices *Synodales*, quibus praecipit Tridentina Synodus, ut a S. Sede Causae in Partibus delegandae committantur (15), sunt Clerici *inferioris Ordinis* (16); decorati tamen *delegata S. Sedis Auctoritate* Sententias Episcoporum, atque Archiepiscoporum examinandas suscipiunt, quin unquam *Patribus Tridentinis* venerit in mentem, id fieri non posse, nisi cum *Episcopalis Dignitatis injuria*, atque *dedecore*. Memento, quaeso, *Coloniae Elector*, Te *novum Tribunal Archiepiscopalis Officialatus* instituere nuper molientem [*a*], de quo suo loco dicemus, non Clericos tantum *inferioris Ordinis*, sed aliquot etiam LAICOS designavisse in Judices *Commissarios*, sive *Assessores*, qui latas ab *Episcopis Suffraganeis*, et ab ipsa *Tua Curia* Sententias *novo examini* subjicerent, atque cognoscerent.

5. Hinc tantum abest a vero, ut *Nuncius Palatino-Bavarus per arrogantiam* fines excesserit suarum Facultatum, quemadmodum Tu, *Moguntiae Elector*, affirmas (17), ubi in duos Ecclesiasticos Viros ROBERTZ, et HENNING officium contulit *Procuratoris*, et *Commissarii*, ut imò inficiari nequeat nemo, *satis cau-*

(14) Peculiaris in hanc rem est responsio ALEXANDRI III. data *Carnotensi Episcopo*, et relata in Cap. *Sane* 11. *De offic. Jud. delegat.*, ibi =*Tuae* QUÆSTIONI *duximus respondendum*, *quod Judex a* NOBIS DELEGATUS *vices* NOSTRAS *egerit*: *unde in Causa* ILLA SUPERIOR *est*, *et* MAJOR ILLIS, QUORUM CAUSAM SUSCEPIT TERMINANDAM =.

(15) Sess. 25. de reform. Cap. 10.

(16) Cap. *Statutum* 11. *de Rescriptis* in 6., et *Tridentinum* cit. loc. Hinc non alios, nisi Clericos *inferioris Ordinis*, videlicet = CLEMENTEM AUGUSTUM MARIAM DE MERLE, GERARDUM JOSEPHUM DE HERRESTORFF *Ecclesiae meae Metropolitanae* CANONICOS CAPITULARES, *nec non* JOANNEM MATTHIAM MAYER, HERMANNUM JOSEPHUM ZAAREN, JACOBUM GUIDONEM SCAAFF, JOANNEM MICHAELEM DUMONT, *et* BALDUINUM NEESSEN *J. U. respectivè Doctores*, *et Licentiatos* = idemmet COLONIÆ *Elector* in Judices *Pro-Synodales* elegit, ac Summo Pontifici adprobandos *proposuit* in *litteris* Eidem datis *Bonnae die* 10. *Maii* 1785.

[*a*] Hoc super Tribunali *Officialatus* consule Litteras Summi *Pontificis* die 24. *Martii* currentis anni 1790. datas Arch. et Electori *Coloniae*, additas in calce pag. 337., easque hic confer praesertim a §. 1. ad §. 12.

(17) In cit. *Encyclica* §. 1., et §. *Putabatur*.

tautè, et *moderatè* Illum egisse, semel ac constat, licuisse Eidem sine offensione cujuspiam praedictos *Ecclesiasticos* Viros non tamquam Procuratores, et Actores, sed tamquam *Judices* delegare.

6. Nova autem, et absurda prorsus est contentio illa tua, *Coloniae Elector* (18), quod neque *Nuncius Palatino-Bavarus*, neque Viri ab Eo *delegati* possint ullam excercere in *Ducatu Juliacensi*, ac *Montiensi Ecclesiasticam* Jurisdictionem, eo quod illa Jurisdictio *privativè* quoad alios omnes, hac S. Sede, ejusque Nunciis minimè exceptis, ad *Te* spectet tam in prima, quam in *ulterioribus* Instantiis; perinde ac si id exigat, postuletque *Declaratio* facta *die* 20. *Septembris* 1550. a DUCE GUILLELMO tunc Possessore Ducatuum Clivensis, Juliacensis, et Montiensis, et ab Eodem subindè confirmata per *Legem*, seu *Ordinationem diei* 20. *Martii* 1551., et perinde ac si id ipsum pariter exigat, postuletque *Conventio* inita die 28. *Julii* 1621. inter FERDINANDUM ELECTOREM COLONIÆ, et WOLFANGUM GUILLELMUM Possessorem Ducatuum Juliacensis, et Montiensis, a quibus eo tempore divisus jam fuerat Ducatus alter Clivensis (19); in qua quidem Conventione cautum est, ut quae *die* 20. *Martii* 1551. a DUCE GUILLELMO pro *tribus* Ducatibus simul conjunctis fuerunt praestituta, ea omnia pro *duobus* Ducatibus Juliacensi, et Montiensi servarentur.

7. Nova, inquimus, et absurda contentio. Nam si res sit de *Declaratione* DUCIS GUILLELMI diei 20. *Novembris* 1550., haec nihil est aliud, nisi significatio animi quaedam, qua Dux *permittebat Electori Coloniae super Ducatibus* liberum Ecclesiasticae Jurisdictionis exercitium, = *com' era stato accordato da' Sovrani suoi Antecessori per la gloria di Dio, per l'avanzamento*

(18) Cit. ejus = *Pro-Memoria* = §§.58. 59. 60. 62. 63., et 64. in Opusc. *Riflessioni etc.* pag. 149., et seq.

(19) Post varias contentiones exortas, et tractatus initos inter Gentem *Brandeburgicam*, et *Comitum Palatinorum, Neoburgicorumque* Familias super horum trium Ducatuum Successione, eo quod JOANNES GUILLELMUS A. 1609. obierat, *nulla* post se *Prole* relicta, = *tandem A.* 1666. DUSSELDORFI *pactis ita conventum inter utrosque, ut* PALATINUS JULIACI, *atque* MONTANI *Ducatuum particeps fieret*: BRANDEBURGICA GENS CLIVIAM *acciperet*, MARCAM, et RAVENSBERGAM: *quem rerum ordinem Regiones* HACTENUS *servant* =. LUD. PETRI GIOVANNI = *Germania Princeps* = Lib II. Cap. 2. Tom. I. pag 283.

to di una buona riforma , e per l'estirpazione delle novità = (20) Haec porrò permissio *Ordinariae* Jurisdictionis exercendae impedire , ac prohibere nullo modo potest Auctoritatem APOSTOLICÆ SEDIS , quae vi , ac ratione *Primatus* Jus habet exercendi Auctoritatem super *singulas* Dioeceses , eas ipsas ob causas in GUILLELMI Declaratione memoratas , *ob majorem* nempe *Dei gloriam* , *ob Reformationis incrementum* , *et ob novitatum eversionem*; ita ut *quibusvis* in Locis CATHOLICA floret RELIGIO , et *Ordinaria* viget *Ecclesiastica* Jurisdictio , ibi APOSTOLICÆ SEDIS Auctoritatem praeeminere Catholici omnes profiteantur . Fieri enim non potest , ut , salva Corporis integritate , Membra a Capite suo dividantur , ac divellantur .

8. Si autem de *Lege* loquimur , ab eodem DUCE GUILLELMO lata *die* 20. *Martii* 1551., quae fuit postmodum confirmata in Conventione *diei* 28. *Junii* 1621., per id nempè temporis , quo Ducatus Clivensis ab aliis duobus Ducatibus divisus jam fuerat , haec pariter minimè quidem *excludit* Jurisdictionem APOSTOLICÆ SEDIS , sed illam luculenter praesefert , favetque plurimum iis *Delegationibus* , de quibus hic agitur . Vetat enim , ne ii , qui sibi subsunt , in *prima* Instantia ad externa Tribunalia avocentur , praecipitque , ut illorum Causae cognoscantur = *giusta l' antico costume dagli Arcidiaconi* , *o dai loro* SUDDELEGATI, *e dai Decani Rurali* = (21) . Permittit autem , ut a Decani Sententia provocetur ad Archiepiscopum , et a Sententia *Archiepiscopali* = *ex causa legitima* SECUNDUM TERMINOS JURIS = (22) ; ad APOSTOLICAM scilicet SEDEM , ad quam Causae per Archiepiscopos definitae *de Jure* devolvuntur .

9. Perspicuae huic , atque obviae interpretationi etiam *Observantia* respondet . Etenim , *Te ipso fatente* , scimus , eumdem DUCEM GUILLELMUM A. 1575., , paucis nempe Annis post suas Declarationes , et leges , rogasse GASPAREM GROPPERUM *Nuncium Coloniensem* , ut Capitulorum suae Ditionis *Visitationi* operam daret (23) . Scimus pariter , neque a Te negari id posse arbitramur , Apostolicos Nuncios *post* illa etiam tem-

(20) Sunt verba *Declarationis* , quae refert idem *Coloniae* Elector cit. = *Pro-Memoria* = §.59. in eodem Opusc. *Riflessioni* pag. 150.

(21) Sunt verba *Legis* GUILLELMI ab eodem *Coloniae* Electore relata in = *Pro-Memoria* = §.62.loc.cit.p.155.

(22) *Ibidem* §.62. pag.155.

(23) Cit. = *Pro-Memoria* = §.61. pag.153.

Digitized by Google

tempora in *his ipsis Ducatibus*, de quibus loquimur, Sanctae Sedis nomine *Jurisdictionem* jugiter exercuisse (24).

10. Sed quoniam ad Leges Nos provocas, ab antiquis horum Ducatuum Principibus latas, ignorare Te minimè arbitramur ea, quae ab *hodiernis Ducibus* sunt constituta, ab *Electore* scilicet *Palatino*, ad quem pertinent Ducatus Juliacensis, et Montiensis, et a *Rege Borussiae*, cujus Ditioni subest Ducatus Clivensis. Horum *Primus* Tuam sane super Ducatibus Juliacensi, et Montiensi *Ordinariam* agnoscit Jurisdictionem; sed eo, quo praestat in Ecclesiam studio, et obsequio, jubet, ut in *universa Ditione ab omnibus agnoscatur Apostolici Nuncii Auctoritas*, et *Delegatorum officium* (25). E contra *Secundus* edito *die* 14. *Maii* 1787. Rescripto = *A la Regence du Pays de Cleves* =, inhaerens aliis Rescriptis diei 9. *Januarii*, 3. *Februarii*, et 17. *Martii* ejusdem anni = *concernant la* NONCIATURE PAPALE, *et les* PRETENSIONS DE L' ARCHEVEQUE DE COLOGNE, *dans le* PAYS DE CLEVES =, *negat*, aliquid esse Tibi facultatis, aut Jurisdictionis in *Ducatu Clivensi*, eo maximè nixus fundamento, = *qu' en vertu d' une Bulle du* PAPE EUGENE IV. *de l' A.* 1444. *ce Pays est* INDEPENDANT *de tout Diocese; et que nous avons le droit de faire faire les fonctions Episcopales par un Evèque Titulaire, et consequemment par* TOUT EVEQUE *voisin* = (26). Hanc autem Ordinariam Jurisdictionem dum Tibi negat, permittendum Sibi esse putavit = A NOS SUJETS CATHOLIQUES DE S' ADRESSER DORENAVANT AU PAPE, A SON NONCE A COLOGNE = (27).

11. Si igitur hodierni Principes, non secus ac veteres praesti-

(24) PETRUS ALOYSIUS CARAFA Apostolicus Nuncius *ad Tractum Rheni* visitavit *Heinsbergae* Ditionis *Juliacensis Parthenium Caenobium Ordinis S. Norberti*, missis etiam Apostolicis *Commissariis*, et *implorato* contra nonnullas Sanctimoniales rebelles *Ducis Neoburgici brachio Saeculari*. Vid. Librum = *Legatio Apostolica P. A. Carafae etc.* = *Leodii* 1634. §.26. pag.67., et seqq. Id ipsum generatim refert Opusc, = *Riflessioni sopra i* 73. *Articoli* = ad §.59. pagg.150. 151.

(25) Consule cit. *litteras* datas *Caesari* die 4. Aprilis 1787., et *Comitiis Ratisbonensibus* die 27. *Augusti* 1788. ADD. Celebre scriptum *Pro-Memoria* A. 1789. *Ratisbonae* distributum.

(26) In Opusc. = *Coup d' Oeil* = pag. 92., et *italicè* in alio = *Riflessioni sopra i* 73. *Artic.* = ad §.1. pag.5.

(27) In cit. Opusculis pag. 91., et pag 5.

stiterunt, sartam, tectamque tuentur *S. Sedis*, et *Apostolicorum Nunciorum Auctoritatem*; qui fieri poterit, ut Tu, Elector *Coloniae*, Tuique Collegae bellum huic Jurisdictioni indicatis sine manifesta tum S. Sedis, tum ipsorum Principum offensione? Quo in loco illud tacere omnino non possumus, quod Tu ipse a Nobis petiisti, ut ratione habita *Locorum distantiae*, quae intercedebat inter Territorium *Juliacense*, et *Montiense*, ac *Monachii* Civitatem, Sedem Nuncio Palatino-Bavaro designatam, praedicta duo Territoria *sejungeremus* a nova Nunciatura, eadem relinquentes ob *majorem propinquitatem* sub Jurisdictione *Nuncii ad Tractum Rheni*. Dum tuae istae ad Nos petitiones pervenerunt, *instituta* jam erat *Nunciatura* cum mutua *Utriusque Partis* consensione. Cum itaque maxime dedeceret, ut res *sine Alterius placito* immutaretur, haud destitimus Tui gratia adhibere officia, et studia omnia *apud Territorii Dominum*, cujus *praecipua* cura esse debebat, ut ejus Populi eo, quo minori possent, incommodo uterentur; unàque simul datis ad Te litteris peramanter Tibi significandum duximus, = *Cognitione desiderii tui nunc primùm accepta, quod salva dignitate Nostra fieri modò potest*, ID ULTRO AGGRESSOS NOS *esse* = (28). At *Elector Palatinus* ad minuendum, tollendumque suorum Populorum *incommodum*, et *dispendium* arbitratus est, illam *Delegationem* sufficere, de qua sermo est. Tanto ergò minus decet, ut Delegationem reprehendas, cui Tu *occasionem* quodammodo praebuisti, animadvertens magnam Locorum distantiam, et grave Populorum incommodum, quae duo habita semper fuerunt *pro justis causis* dividendi Jurisdictiones, Judices dandi, ac *Delegatos* constituendi.

(28) In cit. *Litteris* diei 8. *Octobris* 1785. vers. *At cognitione*.

CA-

CAPUT IV.

De altera querela *Communi* Electorum Ecclesiasticorum Nomine proposita SUPER LITTERIS ENCYCLICIS A NUNCIO AD TRACTUM RHENI MISSIS AD SUFFRAGANEOS, VICARIOS, ET PAROCHOS ARCHIDIOECESUM MOGUNTINAE, TREVIRENSIS, ET COLONIENSIS.

1. SAtiùs profectò fuisset, si Vos, Venerabiles Fratres, alto praeteriissetis silentio *Encyclicam Nuncii super Dispensationibus Matrimoniorum*, quae *tertia* denique causa est Communium Querimoniarum Vestrarum (1). Etenim tantum abest, ut vel minimum *Vobis* sit inde allatum *injuriae*, ut imò *Auctoritas S. Sedis*, cujus praecipua cura esse debet de SACRAMENTORUM VALIDITATE adlaborare, indignè fuerit *violata*, ac pessumdata; cujus quidem injuriae gravitas, atque indignitas ut clarè elucescat, satis est ea commemorare, quae consultò praenarravimus [Cap. I. a §. 5. ad 19.], quaeque vel *ante* Encyclicae missionem acciderunt, vel *postea* sunt consecuta.

Do-

(1) Hac super *Encyclica* Electores *Ecclesiastici* suas *Caesari* detulerunt querelas *Communi* Nomine *die* 22. *Februarii A.* 1787. [Cap. I. N. 45.]: easdem refricavit COLONIENSIS Elector tum in Epistola *Pastorali* 4. *Februarii* 1787. §. 1. vers. *Mais comme*, et §. *Si donc* in cit. edit. gallica *Dusseldorpii* pagg. 1. 2. et 19., tum in *litteris Pontifici* datis die 2. *Aprilis* 1787. vers. *Hoc ab aequa*, et seqq. = *Coup d' Oeil* = pag. 37. 42. et seqq., et in *Pro-Memoria* §. 55. in Opusc. = *Riflessioni etc.* = pag. 136. Idem praestitit Elector MOGUNTINUS in cit. *Encyclica* §. *Charitati* vers. *Imò*, in dicta *Notula* §. *Così comanda*; et in *litteris Pontifici* datis §. *Haerebit* vers. *Accessit*. Querelis Electorum accesserunt querelae plurium *Germanicorum Scriptorum*, inter quos Auctor *Anonymus* Opusc. = *Istoria Prammatica etc.* = §. 20., et alterius Opusc. = *Relation du different elevè depuis peu entre les Archeveques* etc. *et les Nonces du Pape, a Munich, et a Cologne* =.

2. Dolet Vobis, quod Praesul PACCA Archiepiscopus *Damiatensis Encyclicam* jusserit circumferri, quodque *Dispensationem* concesserit in *secundo Consanguinitatis gradu* tamquam *Apostolicus Nuncius*, antequam Nostras ad Vos Litteras *exhiberet*, quae de ejus Apostolico munere isthic obeundo fidem facerent (2); quibus *aliqui* Scriptores Vestri illum etiam *caruisse falsò* affirmarunt (3). Sed ignotum Vobis esse non potest, quanto cum studio, et labore Praesul BELLISOMIUS cum Electore *Coloniensi* egerit, ut novum Nuncium, sibi *Successorem* designatum, *solito ritu* reciperet (4); et quàm saepe Praesul PACCA, Nuncio BELLISOMIO suffectus non postulaverit modò, sed etiam flagitaverit, ut ad *Electorem* sibi *aditus* pateret, utque eo, quo fieri solet, ritu posset *Litteras* Eidem ostendere indices, atque testes sui Apostolici muneris, satis caeteroquin aliundè jam noti (5); ut *Cardinalis a Secretis Status* scripto jam per Germaniam vulgato significavit Electoris Ministro (6). Si igi-

(2) Cit. *Pro-Memoria* Electoris COLONIEN. §.55. in Opusc. *Riflessioni etc.* pag. 136., et in Opusc. Germanico = *Kurtze Widerlegung* = pagg. 46. 47.

(3) HEIMBURG, et JO. ANDR. HOFFMANN. in cit. Disput. = *de Juribus Imper. circa Legat. et Nunc.* = §. 7.

(4) Consulenda Opuscula = *Coup d'Oeil* = pag. 45. *a*, et = *Defense des Reflexions* = pag. 16.: adeundus etiam D. INGOLSTADIENSIS *Colloq.* XIII. pagg. 91. 92.

(5) Pontificium *Breve* super suppressione cujusdam Coenobii Osnabrucensis cum *Epistola* conjunctum, quam *Pontifex* scripsit ad *Electorem Coloniensem* plenam officii, et magnae *benevolentiae* significatione refertam, misit *Nuncius PACCA ad Electorem* datis ad eumdem *suo* quoque *nomine* litteris obsequentissimis. Verum si quis scire cupiat, quomodò *Elector* cum *Nuncio* se gesserit, adeat Opusc. = *Coup d'Oeil* = pag. 46. *a.*, et *Colloqu.* XIII. DOCTORIS INGOLSTADIEN. pagg. 93. 94., ubi *dolenda* hujus rei historià universa narratur. ADD. Lex, et *Consuetudo* tradendi litteras, quas vocant *Credentiales*, in manibus Electoris vetabant Nuncio, ne eas ad Eumdem mitteret; quam legem *Imp. Justinianus* praescripserat *Praesidibus Provinciarum* his verbis: = *Mox autem ut ingredieris Provinciam, convocatis omnibus in Metropoli constitutis (dicimus autem Deo amabili Episcopo, et venerabili Clero et Nobilibus Civitatis) insinuabis haec nostra sacra praecepta sub gestorum insinuatione* =.

(6) Quae *Cardinalis a Secretis Status* scripsit *Romae* ad Electoris COLONIENSIS *Ministrum* apud S. Sedem die 26. *Decembris* 1788. legi possunt in duobus Opusculis inscriptis = *Documens importans pour servir d'un plus grand eclaircissement aux plaintes, qu'on fait en Allemagne contre les Nonciatures Apostoliques*,

igitur justis novi Nuncii petitionibus praefractè restitum est, si eidem *conditiones*, atque *obligationes* hujusmodi fuerunt ad adstipulandum propositae [C.I.§.12.], quae se *omni Jurisdictione* vacuum declararent, suumque officium omne redderent irritum, atque inane (7), non *Vobis* profectò, sed *Nobis* illata *injuria* est; et *Litterae Nostrae*, quae *vestra culpa* nunquam potuerunt exhiberi, perinde habendae sunt, ac si *exhibitae* forent. Quod adeò verum est, ut non *Episcopi* (8) modò, et *Principes Imperii* (9), sed ipsum etiam *Consilium Aulicum* [C.I.§.20.] habuerint *Archiepiscopum Damiatensem* pro *vero*, ac *legitimo Nuncio*, itaut, quoties illum nominarunt, NUNCIUM APOSTOLICUM compellarint.

3. Eo vel magis, quia Archiepiscopus *Damiatensis* et Encyclicam misit, et Dispensationem concessit, non vi suarum Facultatum, quibus muniri solent Nuncii, sed *speciali Jussu Nostro* ad Ipsum dato (10), ut ipsa *Encyclica* praesefert (11): quod fieri a Nobis po-

ques. 1778. = num.III. pag.9., et = *Defense des Reflexions etc.* = num.II. pag.79. Confer hic alia Opuscula = *Riflessioni sopra i 73. Articoli* = ad §.55. pagg. 136., 137., et = *Coup d'Oeil* = pag.45. *a*.

(7) Quot nominibus *iniqua* fuerit conditio *Nuncio PACCA* proposita, *nullam* prorsus exercendi *Jurisdictionem* probè declarat Opusc. = *Coup d'Oeil* = pag.52. et 53. *a*.

(8) Videlicet = *les Evêques de PADERBON, de HILDESHEIM, de SPIRE, de WIRTZBOURG, de RATISBONNE, de LIEGE, de FULDE etc. continuerent-ils a se conduire a l'ègard DU PAPE, & des NONCES COMME CI-DEVANT* =, ut his verbis testatur idem Opusc. = *Coup d'Oeil* = pag.90.

(9) Id latis etiam *Decretis* professus est inter caeteros *Elector Palatino-Bavarus*, idque apertè quoque declaravit *Rex Borussiae* in cit. Rescripto diei 14. *Maii* 1787. [C.III.§.10.], cujus egregiae Declarationis robur, ac vim non sentire non debuit cum universa Natione Germanica *Anonymus Auctor* Opusculi = *Istoria Prammatica* =, qui ad Regis *confidentiam* imminuendam, et ad *invidiam* creandam adversus Pontificem tam multa commentus est §.65.

(10) Intellige hic Dispensationem a *secundo* Consanguinitatis gradu, quam *die 3. Novembris* 1786. *Comitissae* DE BLANKENHEIM, et *Principi* DE HOHENLOE impertitus est *Nuncius* PACCA.

(11) = *Quum ad* NOTITIAM SS. D. N. PII PAPÆ VI. *pervenerit*, DISTRICTE NOBIS PRÆCEPIT DIE 18. OCTOBRIS PROXIME ELAPSI, *ut* ..... *palàm omnibus faceremus etc.* =, quemadmodum incipit *Encyclica* in cit. Opusc. = *Veritable état. etc.* = pagg.3., 4.

potuisse et *Vos* non negatis (12), et *Vestri Scriptores* ipsi confitentur (13).

4. Dolet insuper Vobis, quod Encyclica, de qua res est, fuerit circumlata *nulla Vobis facta prius hujus rei monitione* (14). Sed qui fieri potest, ut justè conqueramini, si admoniti Vos Jussu Nostro a Nuncio Antecessore [C.I.N.16.], non solum captam deliberationem non deserendam putastis, *rationi* inimicam (15), *san-*

(12) Agnoscunt et ipsi *Metropolitani* in Summo Pontifice Jus *Extraordinarios* mittendi Legatos ad *Ecclesias*, *aliaque* in iis peragendi = *pro conservanda Religionis unitate*, *ac puritate*, *quoties, et ubi Ecclesiae necessitas postulaverit* =: sunt verba Electoris COLONIÆ in *litteris diei* 2. *Aprilis* vers. *Si Officio.* in Opusc. = *Coup d'Oeil* = pag 39, cui consonat MOGUNTINUS Elector in *litteris diei* 26. *Novembris* 1788. §. *Equidem*. vers. *Et id*.

(13) Inter caeteros recentiores videndus JAC. ABEL in cit = *Disquisit. circa usurpat. Nuntior. Pontific. Jurisdict.* = Sect. V. §. 139.

(14) Elector COLONIÆ in cit. *Epist. Pastorali* vers. *Tel etoit.* pag. 18; et in *litteris diei* 2. *Aprilis* vers. *Praeclarae etenim.* in Opusc. = *Coup d'Oeil.* = pag. 38.

(15) Certum est Juris Axioma = *unumquodque solvi eo modo, quo colligatum est* =; et in eo omnium sententia convenit, ut qui *inferior* est nequeat Leges solvere *Superioris* auctoritate conditas. Hinc est, ut nequeant *Episcopi*, uti *singuli*, Dispensationes concedere a Decretis *Synodi Provincialis*; multoque etiam minus a Canonibus Conciliorum *generalium*, ut fassi sunt *in Conventu Emsensi* Delegati ipsi Electorum *Coloniensis*, ac *Trevirensis*, qui non alia ratione quibusdam propositis, ac speciatim super *abstinentia*, novitatibus contradicere se posse putarunt, nisi quia = I VESCOVI *non poteano derogare ciò che avea .... la* SANZIONE *della Chiesa universale* =. Id agnovit etiam CHRISTIANUS REINFELD = *Osservazioni ecc.* = Artic. II. (*a*) num. 10. vers. *Ma qui.*, praeclareque quoad ipsas Dispensationes, de quibus agitur, agnovit ipse TREVIRENSIS Archiepiscopus in cit. *ad Albertum Saxoniae Ducem epistola* vers. *Ce n' est donc* = *Recueil des Representations etc.* = Par. Eccles. III. pag. 217., et inter caeteros Gallus Scriptor COMPANS in recentissimo Opere = *Traitè des Dispenses etc. a Paris* 1788. = Liv. I. Chap. II. n. 10. et seqq. haec disserens: = 1. *Quoi qu'un* EVEQUE *ait reçu de JESUS-CHRIST même un tres grand pouvoir dans l'Eglise, il n' a pas celui de* DISPENSER *sans exception des empêchemens dirimans du mariage*. 2. *il lui est* AVANTAGEUX *de ne l'avoir point* =. Et sane quò tandem *Ecclesiae unitas* abiret, si *singuli* Episcopi possent Leges *Oecumenicas* solvere? Vide Opuscula *Veritable état* = pag. 83. *b.*, & = *Coup d'Oeil* = ad Artic. II. pag. 153., ANTONIUM A TURRE in = *Expostulat. cum Bonnoso Reschampio etc. Montibus* 1789 = Cap. II. §. 1. pag. 67. et seq.

sanctioni Canonum, et *Decretorum* tam *particularium*, quàm *generalium Conciliorum* adversantem (16), *Vestris Factis*, *Scriptis-*

(16) Plures extant in Jure *Canones*, qui salvum voluerunt esse *Pontifici* Jus *privativum* dispensandi in iis, quae ad *Disciplinam* spectant *universalis Ecclesiae*, quique proinde multo magis salvum esse, saltem *tacitè*, voluerunt Jus privativum Pontificis dispensandorum *dirimentium* Matrimonii Impedimentorum. Hanc Ipsam dispensandi *privativam* Facultatem *Pontifici* inesse non tacitè, sed *explicitè* declarat Synodus *Provincialis Coloniensis* A. 1526. (Can. 46. Par. *VIII.*), aliaeque Synodi complures in *Gallia* praesertim habitae; quas inter memorari oportet *Turonensem* A. 1583., *Tholosanam* AA. 1590., et 1592., *Diamperitanam* A. 1599., et *Narbonensem* A. 1609. His apprimè cohaeret Concilii etiam *Tridentini* Constitutio, deprompta ex Oecumenica Impedimentorum *dirimentium Sanctione* (Can. 2. 4. 9. Sess. 24.), et ex Potestate illorum *solvendorum*, quae reservata fuit *Ecclesiae*, (d. Can. 3.) et *Pontifici*, cujus Auctoritatem *salvam in omnibus* esse jussit, (Sess. 13. Decr. de ref., Cap. 21. Sess. 25. de ref.), quaeque è *contra* post maturum rerum examen *denegata* fuit singulis *Episcopis* etiam in *quarto* Consanguinitatis gradu; veluti ex *Actis* eruitur hujus Concilii penes PALLAVICINIUM (Lib. XXIII. Cap. IX. num. 17., et penes SARPIUM Lib. VIII. n. 31. vers. *Molti sentivano*): quo in loco animadvertendum est, hanc dispensandi facultatem in *aliis* rebus quibusdam non solum denegatam *Episcopis* a Concilio non fuisse, sed fuisse *explicite concessam* (Sess. 23. de ref. Cap. 14., Sess. 24. de refor. Matr. Cap. 1. 6. 7.). Quae quidem *diversa* agendi ratio in *eodem* Concilio adhibita, et *proximis* etiam temporibus per plures *Declarationes* a S. Congregatione Concilii editas (in *Andrien.* diei 24. *Martii* 1592., in *Macharien.* 13. Aprilis 1630., in *alia* 22. *Decembris* 1640. et in *antiquioribus* inter Declarationes CARDINALIS BELLARMINI ad Cap. 5. Sess. 24. de ref) confirmata, et recepta, *radicitus*, ut ita dicam, evertit *Galli* cujusdam *Episcopi* sententiam, quam in sua *Pastorali Elector* COLONIENSIS amplectitur (vers. *Praetexat* pag. 9.) affirmans, Potestatem dispensandi non esse S. Sedi reservatam = *ni dans le Code de Droits Canon*, *ni dans le* CONCIL DE TRENTE =, eademque repetit in *epistola* ad *Pontificem* data *die* 2. *Aprilis* (vers. *Ex historia* = *Coup d'Oeil* = pagg. 40., et 55.). In hunc *Pastoralis* locum consule *Not. q.* pagg. 10. 11., et Opusculum = *Véritable etat* = pag. 84.; consule etiam *Litteras* in forma *Brevis* a *Pontifice* ad *Electorem* datas die 20. *Jan.* 1787. §. *Praemittimus*, et seqq. in cit. Opusc. = *Coup d' Oeil* = pagg. 2. 3. 4. 5., et in *Notis* gallice conscriptis pagg. 18 43. 55. 57., ubique lit. *b.*, vindicatas a calumniis P. JUNG in aliis *Notis* pagg. 59. 60., et seqq. Consule tandem cit. A TORRE in Libello = *Expostulat. cum Reschampio etc.* = dict. Cap. II. a pag. 58. ad pag 95. ADD. Hoc ipsum *privativum* Jus S. Sedis agnoscit, et *Archiepiscopis* opponit ELECTOR PALATINUS in cit. *Pro-Memoria*.

ptisque contrariam [C. I. §. *6*. N. 11. 12.], a *veteri Ecclesiae universae Disciplina* (17), ab ipsa *Archidioecesum Vestrarum Consuetudine* (18) , et a *longaeva S. Sedis Possessione* abhorrentem (19), et cum ipsa *Conventione* inter Caesarem, et Nos nuper inita pugnantem [C. I. §. *6*.] ; ut aliis etiam Nostris *Litteris* in forma *Brevis* demonstravimus (20): sed etiam *respondistis*, pro-

(17) Auctores, qui Potestati *Episcopali* plurimum favent, quique sunt Potestati *Pontificiae* infensiores, quos inter FEBRONIUS, PEHEM, et HEDDERICHIUS (*Element. Jur. Canon.* Par. IV. Tit. I. §§. 40., et 42.) fateri omnino debuerunt, ex inveterata *Consuetudine* esse = *Pontifici* RESERVATAM *Dispensationem in Impedimentis Matrimonii dirimentibus* =. Vid. COMPANS cit. loc. num. 13. ; L. WEISMANN = *Nuove Osservazioni* etc. = ad §§. 24. 47. , et Opusc. = *Coup d' Oeil* = pagg. 55. et 57., utrobique lit. *a*, et pag. 65. *b*.

(18) Ipsi *Rituales* Libri tam *veteres*, quam *recentiores*, qui in Urbe *Moguntina*, *Trevirensi*, *Colonienti*, *Salisburgensi*, *Monasteriensi*, *Vormaciensi* asservantur, dum casus praefiniunt certos, ac *peculiares*, in quibus *Episcopus* dispensare possit, caeteros *omnes* in Suprema *Pontificis* Potestate relinquunt. Vide Opusc. = *Supplement au Veritable etat* = a pag. 7. ad pag 11., et = *Coup d' Oeil* = ad Artic. II. a pag. 157. ad 161. ADD. Concilium Provinciale *Salisburgense A.* 1569 Constit. *II.* Cap. *6*. mandavit, ut *Liber Agendorum* mox in lucem edendus pro Sacramentorum administratione ab universis *in omnibus*, et *per omnia* observaretur : et Constit. XLII. Cap. 1. et 2. poenam adjecit *Privationis*, et *Suspensionis* contra *inobservantes*, declarans habenda esse contenta in *Agendario*, = *ac si huic nostrae sanctae Synodo ad verbum essent inserta* =. Vid. FLORIAN. DALHAM in cit. collectione *Concil. Salisburgen.* pagg. 367. 487. 488.

(19) A *priscis* Ecclesiae Saeculis ad nos usque *Apostolica Sedes* usa semper est facultate laxandi Impedimenta Matrimonium *dirimentia* sive per Se, sive per Episcopos a Se Delegatos ad *certum* tempus, et *certis* quibusdam conditionibus, data eisdem lege, ut *Delegationem* hanc ipsam exprimerent, = *aliàs Dispensationes nullae sint* =, ut fassi sunt ipsi *Metropolitae*, aliique *Episcopi* Germaniae, ac nonnulli Scriptores *Theutonici*, *Hollandique* ; quos videre est in Opusculo = *Veritable etat* = pag. 19. et seqq., quibus consonant quamplures *Galli* Scriptores, inter quos COMPANS cit. Chap. II. §. I. n. 12, vers. *Ce qui est*; et §. III. n. 34. Consuli etiam possunt *Notae in Pastoralem* Archiepiscopi *Coloniae* a lit. *k*. ad *p*. pagg. 8. 9. 10., aliudque Opusculum = *Coup d' Oeil* = pag. 62., et seqq. in *Notis*, in quibus *auctoritates*, et *exempla* in *Pastorali* Archiepiscopi Coloniensis adducta refutantur.

(20) Datis die 2. *Februarii* 1782. ad Archiepiscopum Electorem *Trevirensem*, quae prostant in cit. Lib. = *Recueil* = Par. Ecclesiast. III. a pag. 220.

propositum suscepisse Vos concedendi = *omne Dispensationum genus* = [§. 8.] ; adeoque auxiliis, seu mediis adhibitis, ipsimet Nationi invisis [§.9.], in id Vobis enitendum curastis, ut falsum hoc, novumque *Doctrinae* monstrum inveheretur, atque invalesceret. Hinc et *novi Nuncii* vocem audire detrectastis, ne monita *veteris Nuncii* fortasse Vobis repeterentur (21), et Vicariis, licet *justè* reluctantibus, praecepistis, ut Dispensationes hujusmodi *occultè* darent paucis ante Matrimonium horis, itaut illud *a Nuncio* intercipi, aut impediri non posset [§§.6. 7. 13.].

5. *Vestrae* ergo *culpae* vertendum unicè est, si Nos, *conatibus* omnibus Nostris apud *Vos* [§. 8.], apud *eos*, quorum vincula solvebatis [§. 13.], apud *Parochos* ipsos [§.14.] in irritum cadentibus, si Nos, inquimus, *necessitate* coacti ad tantam Canonum laesionem prohibendam (22), et ad retrahendos *ab errore Parochos*, qui, Nobis *tacentibus*, Dispensationes suorum Episcoporum *impune* exequi se posse arbitrabantur (23), Pontificum exempla, et Patrum documenta sequentes, consilium cepimus prae-

pag. 220. ad 230., et datis 20. *Januarii* 1787. ad Archiepiscopum Electorem *Coloniae*, quae prostant in alio cit. Lib. = *Coup d'Oeil* = a pag. 1. ad 36.

(21) Vid. Opusc. = *Veritable etat* = §. *Charles.* vers *Ceux du Nonce* pag. 2.

(22) Ita S. LEO in Proemio *Epistolae* I. ad *Italiae Episcopos*. = *Non levi nos* MŒRORE *contristat, quoties aliqua* CONTRA *constituta* CANONUM, *et* ECCLESIASTICAM DISCIPLINAM *praesumpta, vel commissa cognoscimus; quae si non, qua debemus*, VIGILANTIA *resecemus, illi, qui nos* SPECULATORES *esse voluit, excusare non possumus, permittentes* SINCERUM CORPUS ECCLESIÆ, *quod ab omni purum macula custodire* DEBEMUS, *ambientium* IMPROBA CONTAGIONE *foedari* = . *SS. PP. Leonis Magni etc. Heptas Praesulum Christiana. Edit. Rainaudi Parisiis* 1761. pag. 97. col. 1.

(23) S. CŒLESTINUS Pontifex quosdam reprehendens *Galliarum* Episcopos, quod *Sancti Augustini* defensionem non suscepissent adversus *Massilienses*, = *Timeo*, inquit, *ne* CONNIVERE *sit hoc* TACERE: *timeo magis* IPSI *loquantur, qui* PERMITTUNT *illos taliter loqui. In talibus causis non caret* SUSPICIONE TACITURNITAS; *quia occurreret* VERITAS, *si* FALSITAS *displiceret. Merita namque causa Nos respicit, si* SILENTIO *faveamus errori.* ERGO CORRIPIANTUR HUJUSMODI = . Epist. I apud LABBAEUM Tom. III. col. 470. *A.*; et S. CYPRIANUS ad *Demetrium* inquiebat: = *Tacere* ULTRA *non oportet, ne jam non verecundia, sed* DIFFIDENTIA *esse incipiat, quod* TACETUR =.

praecipiendi Nuncio, ut per *Tabellarios* (24), ea scilicet via, ac ratione, quae cuilibet privato homini permittitur, certam quamdam *Declarationem* in modum *Encyclicae* hac super re ederet, atque vulgaret [§. 15.].

6. Non equidem *Sacras Litteras*, et *Canones* ignoramus, ad quos provocatis (25) ad suadendum, non unas, sed *plures Monitiones* Nostras praecedere huic rei debuisse: sed non item ignoramus, horum Canonum sanctioni *tunc* esse locum, cum vel de *Poenis Canonicis* infligendis agitur, vel Monitionum repetitus *usus* potest sine *mali* periculo, et cum spe *boni* eventus adhiberi. Verum enim vero ubi res est de nuda, ac simplici *Declaratione*, ad Populos edocendos parata; ubi *certum*, ac *praesens* est mali discrimen; ubi remedium non est *profuturum*, vel *differri* nequit omnino *ob illius culpam*, cui est adhibendum; ubi denique malum ipsum in *aliorum* recidit detrimentum, Conjugum nempè, Reipublicae, et Ecclesiae; *tunc* et *Canones*, et EVANGELII *Lex* ipsa mandant, ut *Monitionibus praetermissis*, quae sunt *Charitatis* officia, ad ea deveniatur, quae ex *Justitiae* Lege praecipiuntur, ut *mala*, quo meliori fieri potest modo, avertantur (26).

7. Quamobrem si Nos eam rationem ineundam putavimus, quae simplicem *Catechesis* modum minime excederet, non *Vobis* conquerendum, sed *Nobis* habendae gratiae fuissent. Etenim si Nobis libuisset *rigore* uti, et nostrorum Antecessorum *Exempla* imitari (27), potuissemus equidem jure, ac meritò manus admovere

(24) = SANS AFFICHE, NI' PROCLAMATION AUCUNE, *avec si* PEU DE BRUIT *qu' aucune Gazette, Journal, Brochure etc. n'en a fait mention, jusque a* LA PUBLICATION DES DECRETS *des trois Archevêques, qui* SEULS *ont donné de l'éclat, et de la publicité à la chose* =, ut animadvertit Opusc. = *Véritable état* = pagg. 2. 3., et alterum =*Coup d'Oeil* = pag. 25. *a.*, repetitque D. INGOLSTADIEN. *Colloq.* XIII. pagg. 95. 96.

(25) Elector COLONIENSIS in cit. *Pastorali* §. *Tel etoit.* vers. *Et au cas* pag. 18., et in *litteris* diei 2. *Aprilis* vers. *Paaeclarae etenim*. In Opusc. = *Coup d' Oeil* = pagg. 38. et 46.

(26) Ita S. THOMAS 2. 2. Quaest. 33. Art. 4. et 7., cumque sequitur, declaratque CORNEL. A LAPIDE in Commentar. Cap. 18. vers. 15. *S. Matthaei edit. Lugdunen. A.* 1638. Tom. 1. pagg. 346 3 et seqq.

(27) Idest NICOLAI I. cum Archiepiscopis *Coloniensi*, ac *Trevirensi* GUNTHARIO, et THEUTGAU-

vere ad comminationem *Canonicarum Poenarum* tum adversus eos, qui Vicariis mandata dispensandi dabant, tum adversus eos, qui mandata hujusmodi exequebantur, tum denique contra Parochos ipsos, et contra illos, qui tali Matrimonio jungebantur. Nemo enim non videt, *excusari* aliquo modo eos nequivisse, eo quod Dispensationes hujusmodi a *suorum Episcoporum* Auctoritate proficiscerentur, = *quia si de* MANDATO ARCHIEPISCOPI *constaret, cum Illi hujusmodi Dispensatio* A CANONE MINIME SIT PERMISSA, IPSI OBTEMPERARI NON DEBUIT *in hac parte* =; veluti HONORIUS III. respondit, cum *Episcopum Trecen. suspensione* mulctavit, quamvis *Cassalensis Archiepiscopi*, *Metropolitae* sui Auctoritate munitum se fuisse affirmaret, = *ut Canonicum quemdam uno, et eodem die ad tres Sacros Ordines promoveret* = (28).

8. Ex quo facilè patet, quàm injustè doleatis, quod = *Nuncius*

GAUDO, qui *exauctorati* a Pontifice fuerunt in *Concilio Romano III. A.* 863., eo quod partem habuissent in *divortio Regis Franciae*, et *Imperatoris* LOTHARII (Can. *Scelus* 21. Caus. 2. Qu. 1., et melius in Actis ejusdem Concilii Can. 2. apud LABBÆUM Tom. X. col. 236.); Item EUGENII IV. cum THEODORICO, et JACOBO *Coloniensi*, et *Trevirensi* Archiepiscopis, qui pariter fuerunt è sua Sede *dejecti* tamquam fautores FELICIS V., pro quibus IMP. FRIDERICUS suas Pontifici preces adhibuit postulans, = *Episcopos* RESTITUI, *non autem* CASSARI *privationem* = (KOLLAR *Analec. monumen. Vindobonen.* Tom. II. col. 120. vers. *At Eugenius*, et col. 123. vers. *Videri*); Item PII II. cum DIETHERO Archiepiscopo, et Electore *Moguntino*, pariter Archiepiscopali Sede sua *privato*, nil aliud *praeter eversionem Primae* Sedis superbis consiliis agitante (*Card. Papien.* Epist. 282. post *Commentar. Pii II.* = *Jo. Gobellini* edit. *Francofurti* 1614. pag. 668.), et denique PAULI V., quo regnante Pontifice = VICARIUS *alter Episcopatus Leodiensis* FERME EXAUCTORATUS EST, *quoniam perinde* AUCTORITATE PROPRIA CIRCA MATRIMONIA DISPENSAVERAT =, ut indubiam fidem facit cit. = *Legatio Apostolica P. Aloysii Carafae etc.* = §. 19. pag. 42.

(28) Cap. *Dilectus* 15. De *tempor. Ordinat.* Id ipsum jam iisdem prope verbis declaraverat INNOCENTIUS III. *Regest.* 12. *Epist.* 194. inquiens: = *Cum illis* (Episcopis) *hujusmodi Dispensatio* MINIME' SIT PERMISSA, *quam ad* SOLUM R. PONTIFICEM *non est dubium pertinere* =. Unde eruditissimus GONZALEZ in cit. Cap. 15. cum *gravissimis Auctoribus* ad rem nostram sic ait; = DISPENSATIO *non est ex his, quae* COMPETUNT, *si non* PROHIBEANTUR, *sed ex his, quae non* COMPETUNT, *nisi concedantur* =: similique modo argumentatur COMPANS cit. Chap. II. § 1. n. 12. vers. *On dit.*

cius Litteras Encyclicas Pontificias , PRÆTEREUNDO DOMINUM ELECTOREM , AD SUBJECTOS ILLI ECCLESIASTICOS *ablegaverit* = (29) , ac si = *son but étoit de* SOULEVER *les* CURE'S *contre leur* PASTEUR *legitime* , D' AFFLOIBLIR *leur confiance reciproce* , *de* TROUBLER *l' ordre hierarchique* = (30) , ac praeterea = *di eccitare del tumulto nel Popolo* = (31) . Nam illud *primo* verum non est , quod Electores fuerint omninò *praeteriti*, semel ac inficiari potest nemo , *Encyclicam* hujusmodi fuisse eodem tempore missam ad *Curias Archiepiscopales*, sive ad *Metropolitanorum Vicarios* (32), qui *Archiepiscopales Curias* repraesentant (33) ; adeoque significatio *Vicariis* facta habetur , ac si *ipsis Archiepiscopis* facta fuisset . Hinc nonnisi ad *invidiam* conflandam obtruditur , mentem , et propositum S. Sedis fuisse , ut *inferiores* adversus *Superiorum* potentiam concitaret (34) . Novum enim profecto esset *seditionis* genus , eos de seditione *postulare* , contra quos irruitur . Multoque etiam minus licet in Apostolicam Sedem irruere , quod *Encyclicam* jusserit praecipuè ad *Parochos* mitti , utpote qui a *Conciliis* tam Generalibus (35) , quàm Provincialibus (36) jubentur *inquirere diligen-*

(29) Sunt verba CONSILII AULICI in cit. *Rescripto* super *Querelis* Electorum vers. *Rescribatur.* loc. cit. p. 3.

(30) Verba sunt Electoris COLONIENSIS in cit. *Epist. Pastorali* §. *Si donc.* pag. 19.

(31) Ita addit Elector idem COLONIENSIS in *Pro-Memoria* Comitiis Generalibus inscripto §. 55. Opusc. *Riflessioni etc.* pag. 136. , eumque sequitur Elector MOGUNTINUS in cit. *Encyclica* §. *Charitati.* in fine .

(32) Praeter Nuncium Pontificium in cit. *litteris* diei 14. , et 17. *Decembris* 1786. , id ipsum *sine ulla contradictione* significarunt plura per Germaniam vulgata *Opuscula* , quae indicantur *not. d.* ad = *Rescrit du Conseil Aulique* = pag. 6.

(33) Ut ipse agnovit Elector COLONIENSIS , dum ait , = *il n'auroit par conséquent point du* RECHERCHER L' ABOLITION *de ce prétendu abus du pouvoir Episcopal, prés des Pasteurs subalternes ; mais son devoir exigeoit qu' il s' adressat a cét effet* AUX EVEQUES , *et à leurs* VICAIRES = cit. *Pastoral.* §. *Tel étoit* pagg. 18. 19.

(34) Quot è *converso* , quamque *utiles* cum *Ecclesiae*, tum *Reipublicae* effectus ex *Encyclica* manarint legere est in Opusc. = *Coup d' Oeil* = pagg. 42. 43. *b.*

(35) *Lateranense IV.* Can. 51, apud LABBÆUM Tom. XIII. col. 987. , de quo in Cap. *Cum inhibitio* 3. *De clandestin. desponsat.*, et *Tridentinum* Cap. I. Sess. 24. de reform.

(36) *Coloniense* A. 1536. Par. VII. Can.

ligenter in ea omnia, quae ad *validitatem Sacramenti* sunt necessaria, et praecipue cognoscere, num *legitima* Dispensatio intercesserit; itaut = *cum probabilis apparuerit* CONJECTURA *contra copulam contrahendam* =, teneantur ipsi Matrimonii celebritatem *suspendere* (37).

9. Praeterea etiamsi Electores praeteriti, ut Vos affirmatis, fuissent, de nullo alio, quam de *Se ipsis* conqueri debuissent. *Ipsi* enim *Nos primitus* neglexerunt *Nos facto suo expoliantes privativo Jure* simul, ac *Possessione* hujusmodi Dispensationes concedendi, quin aliquid Nobis *antea* innuissent (38). Si igitur Eis visum est, collatis consiliis, *alienam* aggredi Auctoritatem, ut Vicarios, Parochos, aliosque Sibi subjectos inducerent ad *illegitimas* Nuptias celebrandas, nemo sane erit, qui non videat, planèque cognoscat, quanta Nostri muneris *obligatione*, et quam gravi *necessitate* teneremur *errore* deceptos a falsitatis semita revocandi, illique morbo occurrendi, qui *alia ratione* averti, ac dispelli omnino non poterat (39).

10. Nemini magis quàm Nobis curae esse debet, et est, ut qui *inferiores gradu* sunt, eo, quo decet, obsequio Auctoritatem vereantur Episcoporum, et Metropolitarum, ubi Episcopi, Archiepiscopique contineant Se *intra terminos a* PATRIBUS *constitutos* (40). Verum ubi hos fines *praetergrediantur*, sibi-

I que,

Can.46. LABB.Tom.XIX.col.1268., *Cameracense* A. 1586. Tit. XI. n.11. col. 1240., *Tholosanum* A. 1590. Par.II. Cap.8. n.3. et 4. col. 1290., *Mechliniense* A.1607. Tit.X. Cap.IV. col.1453., et *Narbonense* ejusdem, anni Can.22. vers. *Qui*. col. 1501.

(37) *Concil. Lateranen. IV.* dict. Can.51. loc. cit.

(38) Has, aliasque *novitates* ab Electore *Coloniensi* praesertim Invectas, posthabito, et neglecto Summo Pontifice, enumerat advertitque Auctor Opusc. = *Coup d'Oeil* = pagg.44. et 45. *a*. ad dispellendam, refutandamque objectam hanc *Metropolitarum* querelam.

(39) Id animadvertit Opusc. = *Supplement au veritable état etc.* = pag.13. his verbis = *Qu'il ait* ENFIN *averti les Archevêques, les Vicaires, et les Curés par une lettre* ENCYCLIQUE *après que* TOUS LES AUTRES MOYENS *de se faire entendre lui avoient été* ENLEVES =; et *alterum* = *Coup d'Oeil* = pag.42. *a*. ibi = *Il etoit dans le cas de dire avec* S. PAUL. *Si evangelizavero*, NECESSITAS *mihi incumbit*. VAE *mihi est, si non evangelizavero I. Cor.9.* = Consonat *Not. I.* ad *Epist.Pastoral.* pag.19., et DOCTOR INGOLSTADIEN. *Colloqu.* XIII.pag.94 et seqq.

(40) Ita S.GREGORIUS Lib.III. Epist.20., et 30. = *Sicut ab aliis nostra exigimus, ita singulis sua jura reservamus* =.

que arrogare contendant facultates a *Canonibus vetitas*, tolerare equidem non possumus *Christianitatis scandalum*, et eorum, qui subsunt, *deceptionem* (41); palamque declarare debemus (42), teneri eos in hac parte = *obedire magis* DEO, *et* ECCLESIÆ, *quam hominibus* = (43).

11. Quoniam verò contenditis, rationem per Nos Vobiscum initam = *omnibus retro Saeculis fuisse in* ECCLESIA INAUDITAM, *cujusque* NULLUM HISTORIA *refert* EXEMPLUM = (44), ita Nos, aliis missis Encyclicarum *exemplis*, duo

(41) Audi S. LEONEM M. in hanc rem ita scribentem cit. Epist. 24. ad ANASTASIUM *Thessalonicensem Episcopum* Cap. 22. pag. 155. = *Qui ergo scit, se quibusdam esse Praepositum, non moleste ferat* ALIQUEM SIBI *esse* PRÆPOSITUM, *sed* OBEDIENTIAM, *quam exigit, etiam ipse* DEPENDAT =; et S. GREGORIUM M. Lib. *II.* Epist. 52. = *Si Canones non custoditis, et Majorum vultis Statuta convellere, non cognosco, qui estis* =, et Lib. VIII. Epist. 28. = *Quanto cordi Nostro* LAETITIAM *Ecclesiae ordo inculpabiliter* CUSTODITUS *infundit, tanto* RESCISSUS TAEDIUM DOLORIS *imponit* =; nec non Pontificem SIXTUM ad PROCLUM *Thessalonicenem Vicarium Apostolicum* ita scribentem, monentemque, = *ut contra* SUBREPTIONES ALIQUORUM *circumspecta Sanctitas Tua facultatem non praebeat horum* INCONGRUÆ *voluntati, qui* ECCLESIIS *per se scandalum cupiant, et* DISCORDIAM *generare: volentes per* ECCLESIARUM PERTURBATIONES *crescere .... reverentiae vestrae in commune praestatur, si* ALTER ALTERIUS *honori debita, praevenientes invicem per charitatis gratiam, reservetis: discant omnes illius Provinciae* SACERDOTES, *tantae Fraternitatem Tuam esse* CENSURÆ, *ut* NON PERMITTAS *fieri, quod* NON LICET *a Sacerdote tentari* = LABB. Tom. IV. col. 856. n. XVI.

(42) Idem S. GREGORIUS Lib. IV. Ep. 47. = *Ante paratior sum* MORI, *quam B. Petri Apostoli Ecclesiam* MEIS DIEBUS DEGENERARE =.

(43) Ita respondit S. ANSELMUS *Archiepiscopus Cantuariensis* GUILLELMO *Angliae Regi* eum impedienti *Sedem Apostolicam appellare*, cogentique servare nonnullas Regni *Leges*, vel *Consuetudines*, quas *Deo, et rectitudini* Ipse proclamabat *contrarias*. BARON. ad A. 1095. n. 54., et A. 1097. n. 4. et 5. ADD. Hac ipsa sententia cum *Praedicantes* abusi fuerint adversus FERDINANDUM *Archiducem Austriae*, eadem contra ipsos egregie usus est idem FERDINANDUS in *scripto* diei *ultimi* Aprilis A. 1599., quod summatim refert HANSITIUS = *Germania Sacra. Augustae Vindelicorum* = Tom. II. Par. II. pag. 725., et seqq.

(44) Elector COLONIÆ in cit. *Epist. Pastoral.* §. 1., et §. *Tel etoit.* vers.

duo tantum indicabimus, quorum *primum*, utpote ab ipsis *Apostolicis* deductum *temporibus*, auctoritatem praesefert talem, ac tantam, ut nihil supra. Erat in Asia *ambitiosus* quidam *Episcopus* nomine DIOTREPHES, qui *primas* sibi arrogans *nulli* se submittebat, ne S. JOANNI quidem, qui licet Jure Episcopali praesideret alicui ex Ecclesiis, *Dignitate* tamen *Apostolica*, sive qua APOSTOLUS *praecellebat* in *omnibus Asiae*, imò *totius Orbis Ecclesiis*. Hic autem DIOTREPHES eò devenerat, ut contra *communem* aliorum Episcoporum, atque Ecclesiarum sententiam vetaret, ne, qui *Judaismum* ejuraverant, *hospitio* reciperentur, et eos, qui *contra* facerent, *Anathemate* etiam percelleret. Volens itaque JOANNES APOSTOLUS solitas tradere *Commendatitias* Epistolas *Hebraeis quibusdam*, qui se a *Judaismo* abdicaverant, timensque, ne *superbus* Episcopus ejus scripta in *Ecclesia legeret*, nec legi *permitteret*, et ne *susciperet Fratres a Se missos*; ac nolens *praeeminentem* Auctoritatem suam *in discrimen* adduci, in eam mentem venit, ut *praetermisso Episcopo* DIOTREPHE, et *ejus Ecclesia*, solitas Litteras *Commendatitias* mitteret ad CAJUM, pium quidem, ac religiosum Virum, sed *Episcopi ipsius Jurisdictioni subjectum*. Et ne ipsum *causa* lateret, cur ita agendum cum eo Sibi esse duceret, = SCRIPSISSEM (inquit *Apostolus*) FORSITAN ECCLESIÆ; SED IS, QUI AMAT PRIMATUM GERERE IN EIS, DIOTREPHES NON RECIPIT NOS = (45); reprehensionemque tali scelere, & homine dignam ad aliud tempus differens, haec praeterea subdidit = *Propter hoc*, *si venero*, COMMONEBO *ejus* OPERA, *quae facit*, VERBIS MALIGNIS GARRIENS IN NOS, *et quasi ei* ISTA *non sufficiant*, *neque ipse* SUSCIPIT FRATRES, *et eos*, *qui* SUSCIPIUNT, PROHIBET, *et* DE ECCLESIA EJICIT = (46).

12. *Alterum* exemplum, quod ad tempora pertinet paulò propinquiora, ECCLESIA GALLICANA Nobis suppeditat, ha-

bet-

vers. *Combien*. pag. 3. et 17., et *litteris* diei 2. *Aprilis* vers. *Praeclarae*. = *Coup d' Oeil* = pagg. 38., et 46.; Elector autem MOGUNTIAE in suis *litteris* §. *Haerebit*. vers. *Accessit*.

(45) *Epist*.III. S.JOANNIS *Apost. ad Cajum* vers. 9., ibique Interpretes CORNEL. A LAPIDE, et CALMET.

(46) Cit. *Epist.III*. vers. 10., ibique citati interpretes.

betque magnam cum re, de qua agitur, similitudinem. Legite, quaeso, ENCYCLICAM a CARDINALI PLACENTINO CLEMENTIS PAPÆ VIII., ac SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ in REGNO FRANCIÆ de LATERE LEGATO scriptam *X. Kal. Augusti A.* 1593. non *Parochis* modò, sed = UNIVERSIS EJUSDEM REGNI CATHOLICIS =, in qua metuens Ille, ne *quidam Praesules*, qui insimul *convenerant*, *Jura Sanctae Sedis* invaderent (47), = *quia in* ERROREM *facilè inducere possent eos praesertim*, *qui* IMBECILLIORIS *sunt judicii* =; idcircò, *Praesulibus illis omissis*, muneris sui esse duxit, = *ne quis* IGNORANTIÆ CAUSAM *praetexere possit*, OMNES, ET SINGULOS CATHOLICOS ADMONERE =; declaravitque = NULLUM, IRRITUM, ac INANE *quidquid super eo negocii a* PRÆLATIS *hujusmodi*, *aut aliis Personis Ecclesiasticis cujuscumque conditionis*, *dignitatis*, *status*, *praeeminentiae fuerint*, *ab eorum quolibet* ATTENTATUM, *vel* ACTUM *fuerit* =, prohibens, ne *Praesules* id facerent = PRO AUCTORITATE NOBIS AB APOSTOLICA SEDE CONCESSA =; quodque magis est, haec insuper addens = *Eos verò*, *qui* CONTRA *fecerint*, CONVENTUIQUE, *seu actui hujusmodi interesse non dubitaverint*, *cum* EXCOMMUNICATIONIS, *et* PRIVATIONIS *Beneficiorum*, *ac Dignitatum*, *quas forsan obtinebunt*, PERICULO *id facturos denunciamus* = (48).

13. De hac Epistola *nemo* conquestus est, nec *Episcopi* scilicet, qui *neglecti* esse videbantur, nec *Princeps*, de quo agebatur. *Episcopi* enim *litteras* dederunt *Pontifici* 8. *Idus Augusti ejusdem anni* obsequii plenas promittentes, Se missuros = STATIM *unum ex Nostris*, *qui*, *quae gesta sunt*, SANCTITATI VESTRÆ *amplius aperiat*, *et exponat*, *cognoscetque apertè S.V.*, OMNIA CUM DIGNITATE S. SEDIS, ET SANCTITATIS VESTRÆ REVERENTIA TRANSACTA, ET PERACTA ESSE (49) =, et cum expressa hac loquendi formula = SALVA S. SE-

(47) Agebatur de solvendo vinculo *Excommunicationis S. Sedi reservatae*, utpote ab Eadem inflictae contra HENRICUM IV. *Regem Galliae*.

(48) Insigne hoc Monumentum edidit AMELOTIUS DE LA HOUSSAJE in *Notis* ad Epistolas CARDINALIS D'OSSAT. *Amstelodami* 1732. Tom.I. pag.246., et seqq.

(49) Hae *Episcoporum* litterae legi possunt loc.cit. pag.250., et 251.

Digitized by Google

S. SEDIS APOSTOLICÆ AUCTORITATE = (50) : *Princeps* verò omnia Pontifici Summo obtulit *Apostolica Ipsius Auctoritate munienda*, ut ex Ejus *litteris* patet *diei* 18.*Augusti* 1593.(51).

14. Illud denique dolet Vobis, quod Matrimonia, sine venia Apostolicae Sedis contracta ultra Gradus Vobis concessos, non solum in *Encyclica* declarentur inania, et irrita, sed *illegitima* quoque declaretur *Proles*, = si *qua ex hujusmodi incestis Nuptiis prodierit* =, perinde ac si per hujusmodi Declarationis partem etiam = *in Jura Territorialia Statuum Imperii sine auctoritate invaderetur* = (52). Sed omnis conquestio penitus conticescet, semel ac animadvertatis, Declarationem hujusmodi non esse, neque *Nostram*, neque *Nostri Nuncii*, sed CONCILII GENERALIS LATERANENSIS IV. Hujus enim Synodi PATRES coercentes Impedimentum Cognationis ad *quartum* Gradum, non modò *irritum* voluerunt esse *Matrimonium* in Gradu prohibito initum, sed ILLEGITIMAM quoque declarant PROLEM ex tali Matrimonio susceptam, tam si Contrahentes Impedimentum scirent, quàm si illud ignorarent. Caverunt enim conceptis verbis, ut = *Si qui clandestina*, *vel* INTERDICTA *Conjugia inire praesumpserint*, *in* GRADU PROHIBITO, *etiam ignoranter*, SOBOLES DE TALI CONJUNCTIONE SUSCEPTA, PRORSUS ILLEGITIMA CENSEATUR, *de Parentum ignorantia nullum habitura subsidium*, *cum illi taliter contrahendo non expertes scientiae*, *vel saltem* AFFECTATORES IGNORANTIÆ *videantur*. *Pari modo* ILLEGITIMA PROLES *censeatur*, *si ambo Parentes*, *Impedimentum scientes* LEGITIMUM, PRÆTER OMNE INTERDICTUM *in conspectu Ecclesiae contrahere* PRÆSUMPSERINT = (53).

15. Hujus Concilii *Lateranensis* Sanctioni conveniens, et consona eſt CONCILII etiam TRIDENTINI Sanctio (54), quae *duo Generalia Concilia* vulgata, et recepta sunt non per *Ger-*

(50) Vide *Adnotationem* AMELOTII pag. 248.

(51) Hae *litterae* legi item possunt pag. 249. et 250.

(52) Cit. *Rescrit du Conseil Aulique* n.2. pag. 3., et *litterae* Electoris COLONIÆ 2. *Aprilis* cit. vers. *Hoc ab acqua* = *Coup d' Oeil* = pagg. 37. et 42.

(53) Can. 51. apud LABBAEUM Tom. XIII. col. 987., qui refertur in Cap. 3. *de cland. desponsat.*

(54) Ses. 24. de Ref. Matr. Cap. 1.

Germaniam modo, sed per omnes etiam Regiones *Catholici Orbis* sine ulla *Civilis* Potestatis querela. aut detrimento. Quinimo Concilium *Provinciale Coloniense* coactum A. 1536. ab HERMANNO *Coloniae Archiepiscopo*, atque *Electore*, cui Legati interſuerunt Suffraganeorum *Leodiensis*, *Monasteriensis*, *Osnabrucensis*, et *Mindensis*, in id maximè incubuit, ut quae ŒCUMENICUM LATERANENSE CONCILIUM edixerat, sanctè, religiosèque servarentur, utque peculiaris hac de re *Canon* ederetur, in haec verba conceptus= *Quod ad* GRADUS *Consanguinitatis, et Affinitatis attinet, qui Matrimonium contrahendum, ac contractum* DIRIMUNT, DECRETUM CONCILII GENERALIS OBSERVABITUR =; excepto dumtaxat casu, = *ubi* ROMANUS PONTIFEX DISPENSATORIO DIPLOMATE *Matrimonium secus contractum* ADPROBANDUM *jusserit* = (55).

16. Idem quoque constitutum scimus fuisse in Provinciali *Forojuliensi* Concilio, quod A. 791. PAULINUS *Aquilejensis Patriarcha* convocavit. In illo enim declaratum est, ut = *Filii de hoc tam* INCESTO *Conjugio nati* IMPROBI *habeantur*, NULLAMQUE RERUM *adipisci valeant* PARENTUM FACULTATEM = (56). Idem denique praescriptum fuisse constat tum a Synodo Provinciali *Turonensi* A. 1583. (57), tum ab *aliis* Synodis, a quibus commemorandis consultò abstinemus. In *Corpore* enim *Canonici Juris*, quod ubique pariter receptum est, integer extat *Titulus*, illud unicè ad inquirendum institutus, = QUI FILII SINT LEGITIMI = (58); Titulus, cujus finis, et scopus appellari non potest *merè Politicus*, semel ac in eo agitur de *Prolis legitimitate*, aut *illegitimitate*, non quoad effectus *tantum* Civiles, sed etiam quoad *Sacros Ordines*, quoad *Beneficia*, et quoad alios denique *effectus Ecclesiasticos* (59).

17. Quemadmodum autem apud *Catholicos* Proles legitima, aut

(55) Can.45.Par.II. LABB.Tom. XIX. col. 1268.

(56) Cap. 8. LABB. Tom. IX. col.45.

(57) Tit. IX. vers. *Cum Matrimonium* Tom. XXI. col.819. Vid. Opusc. = *Coup d' Oeil* = pag. 60. *a*

(58) *Decretalium* GREGORII IX. Lib. IV. Tit. 17.

(59) Cap. *Per venerabilem* 13. *Qui filii sint legitimi*. Conſule hac super re *notas* in = *Rescrit du Conseil Aulique*=pag. 6. *e*., et in *Epist. Pastoral.* pagg. 17. 18. *f*.

aut non legitima ita pendet a Sacramenti validitate, aut nullitate, ut ab eo nequeat separari; ita Ecclesia, ad quam *juxta Dogmaticos* TRIDENTINI CONCILII *Canones* Jus pertinet constituendi Impedimenta Matrimonium dirimentia (60), dum de Sacramenti validitate, aut invaliditate cognoscit, non potest simul non cognoscere etiam de *Prolis legitimitate*, aut *illegitimitate*. Nec tale Ecclesiae Judicium quidquam detrahit *de Jure Principum Territoriali*; quippe quia illud praecipuè versatur super validitate, aut invaliditate Sacramenti, quae est *causa* Prolis legitimae, aut non legitimae; cum nequeat effectus a causa separari, ac sejungi. Quod adeò verum est, ut *Scriptores Regiae* Auctoritati plus nimio faventes (61), et *laica* ipsa Tribunalia (62) non potuerint non fateri, necesse omninò esse, ut ad *Ecclesiasticos* Judices ablegarentur Causae praejudiciales SUPER PROLIS LEGITIMITATE, etiamsi de legitimitate non ageretur, nisi ratione *Successionum*, aut alterius effectus *civilis*, utpote a Sacramento profluentis, aut cum ipso Sacramento conjuncti.

18. Percurrite, quaeso, duas illas *Epistolas*, quas duo Vestri Confratres, Archiepiscopus nempe *Mechliniensis* (63), et Epi-

(60) Sess. 24. Can. 3., & 4.

(61) CHOPPIN *de Sacr. Polit.* Lib. II. Tit. I. n. 16., *Regens Neapolitanus* DE PONTE *de Potest. Proreg.* Rubr. Tit. VI. n 50., VAN-ESPEN *Jus Eccles.* Par. III. Tit. 2. Cap. 1. num. 4. 13. 14., *et* BOEHMERUS, = *Jus Eccles. Protestan.* = T. II. Tit. II. §. 25.; et seqq.

(62) *Concordatum* A. 1544. initum inter *Episcopum Leodiensem*, et *Carolum V. Imperatorem* Tit. II. Art. 1., *Regium Consilium Neapolitanum* dec. 219. apud MATTH. DE AFFLICTIS, REGENS DE FRANCHIS dec. 512. *Tom.* III., REGENS DE PONTE loc. cit., ubi testatur de antiqua Regni *Consuetudine.* Hanc ipsam Consuetudinem mirificè comprobat Causa *Successionis* ad Bona Feudalia *Marchionis* LUCAE DE PETIO, ab eodem *Regio* Consilio delegata ad Judices *Ecclesiasticos* ob *praejudicialem* quaestionem super PROLIS LEGITIMITATE subortam; quae quidem Causa *tribus* vicibus subiit *Romanae Rotae* Judicium, ut videre est in *ultima* Decisione, quae prodiit die 12. *Junii* 1690., quaeque est decisio 81. *cor. Caprara.*

(63) Die 28. *Septembris* 1784. cit. = *Recueil* = Par. Eccles. V. a pag. 318. ad pag. 323., et a §. *Les consequences* ad §. *L' Article* pagg. 320. 321. His consona sunt ea, quae *Belgica Natio* referenda esse duxit *Imperatori* adversus Edictum diei 28. *Septembris* 1784. = *Le quel depuis lors a jettè les Familles dans la CONSTERNATION la plus affligeante, et dans*

Episcopus *Antuerpienſis* (64) ſcripſerunt ad *Nationis Proceres*; et ad *Caeſarem* quoad Impedimenta Matrimonii, et quoad effectus etiam *civiles*, ex hiſce Impedimentis redundantes: percurrite ea, quae ad ipſum *Caeſarem* eodem exemplo ſignificanda duxit CARDINALIS DE BATHYAN Archiepiſcopus *Strigonienſis* (65); et Vos ipſi judicate, num *juſto* fundamento nitantur veſtrae querimoniae adverſus Declarationem *Encyclicae* ſuper Prolis illegitimitate; adverſus *Declarationem*, inquimus, *multo antea* jam factam a Conciliis tum Generalibus, tum Provincialibus, in omnibus Catholicorum Principum Ditionibus receptam, a Veſtris Confratribus vindicatam, ab Auctoribus Regiae Auctoritati faventibus, et a laicis ipſis Tribunalibus comprobatam.

19. Si nihil ergo Vobis cauſae fuit, cur de *Encyclica* conquereremini, ſive ipſius argumentum inſpiciatur, ſive modus ſpectetur, quo oportuit illam mitti, ac circumferri; magna è contra *Nobis* cauſa eſt, cur circa *rem ipſam*, et circa *modum* vehementer *de Vobis* conqueramur. Etenim ſi de RE loquimur, *Vos*, Venerabiles Fratres, *uni* eſtis, qui minimè cum Vobiſmet ipſis conſtantes, et cohaerentes, Auctoritatem eam aggrediendam ſuſcepiſtis, quam *nemo alius* aggredi auſus eſt ex *Archiepiſcopis*, et *Epiſcopis* GERMANIÆ, GALLIÆ, HISPANIÆ, LUSITANIÆ, *aliarumque* Regionum Chriſtiani nominis univerſi; Auctoritatem, inquimus, nullo Vobis modo *competentem* juxta Leges, communemque Eccleſiae Conſuetudinem; Auctoritatem, de cujus *exercitio* non *alii* tantum Epiſcopi (66), ſed Tu ipſe, *Trevirenſis Elector*, faſſus es, NULLUM OCTODECIM SÆCULORUM SPA-

dans l' incertitude la plus affreuse sur la VALIDITE' ou INVALIDITE' des LEURS MARIAGES, et conſequemment sur la LEGITIMETE' des LEURS ENFANS, & sur LEURS DROITS, ou Succession futures = pag. 240. in princip. ADD. *Quaeſtionem* ſuper legitimate Prolis, et Jure Succeſſionis ob *illegitimè* conceſſam a Vicariatu *Trevirenſi* Diſpenſationem coram Officiali *Leodienſi* actam refert D. INGOLSTADIEN. *Colloqu.* IX. pag. *66.*

(64) Die 31. *Mart.* 1782. cit. Par. Eccleſ. V. a pag. 312. ad pag. 318. §. *Mals Supposons*, et §. *Et bien* pag. 316., et 317.

(65) Vide cit. Librum = *Recuil* = Par. Eccleſiaſt. III. pag 251., et 252.

(66) Haec ſunt verba Archiepiſcopi MECHLINIENSIS = L'HISTOIRE *de* L' EGLISE *ne fournissant pas meme un* SEUL *exemple d' une* EVEQUE, *qui ait pris sur lui de dispenser* INDIFFEREMMENT, *et* DE SA AUTORITE' *dans les empechemens* DIRIMANS *du Mariage* = cit. *Recueil etc.* Par. Eccleſiaſt. III. pag. 190.

SPATIO AB ECCLESIASTICA HISTORIA EXEMPLUM suppeditari (67); Auctoritatem denique, in cujus occupatione nec animus *vester*, nec *eorum*, qui Dispensationibus indigent, vel eas *a Vobis* impetrarunt, potest ullo modò conquiescere (68). *Hi* enim *ad Nos* confugerunt, quo suis Matrimoniis robur adjungeremus *ex integro*: quin imò factum est, ut ex Archidioecesi *Moguntina*, *Trevirensi*, *Coloniensi*, potiusquam ad *vestram incompetentem Auctoritatem* confugerent, ad *Nos* venerint *bene multi*, quò *legitimas* a Nobis Dispensationes obtinerent (69). Vos autem *post* ipsum Conventum Emsensem, in quo communi consilio statueratis = *Non saranno PIU' chieste alla Corte di Roma le così dette FACULTATES QUINQUENNALES* (70) =, *post* hanc ipsam Nuncii *Encyclicam*; *post* tot, tantasque Querelas in illam effusas, *Vos*, inquimus, has ipsas FACULTATES *de more* postulastis, atque impetrastis ab Apostolica Sede (71); Tu quidem, Elector *Trevirensis, die* 17. *Januarii A.* 1787. tamquam Ecclesiae *Augustanae* Administrator (72), et

K Tu

(67) In cit. *epistola* data ad *Ducem Albertum Saxoniae mense Martio A.*1782., ubi haec ait = *il m' a eté par exemple* IMPOSSIBLE *de me persuader*, *que les* EVEQUES *ajent eu* ORIGINAIREMENT *le pouvoir d' accorder des Dispenses*, *dont* DIX-HUIT SIECLES *ne fournissent* PAS UN SEUL EXEMPLE = cit. loc. pag 216.

(68) Vide *Epist. Pastoral.* pagg. 3. 4. *c*.

(69) Constat ex Actis *Apostolicae Datariae* ab A.1785. ad totum mensem *Julium hujus A.* 1789. pro tribus Provinciis *Coloniensi*, *Trevirensi*, ac *Moguntina quatuor et octoginta* concessas fuisse Dispensationes: pro *Coloniensi* scilicet *quinque*; pro *Trevirensi quindecim*; *et sexagintaquatuor* pro *Moguntina*, quarum *una* pertinet ad Dioecesim *Wormaciensem*, *duae* ad *Moguntinam*, *septem* ad *Constantiensem*, *&* *quinquaginta quatuor* ad *Augustanam*. Hae porro Dispensationes prodierunt solitis praeeuntibus uniuscujusque Ecclesiasticae Curiae *Testimoniis*. Consule in hanc rem Opusculum = *Coup d'Oeil* = ad Artic. XXII. pagg 255 256. *a*., et DOCT. INGOLSTADIEN. *Colloqu. XX.* pag. 159. *a*.

(70) Art. IV. (1) in Opusc. = *Resultato etc.* = pag. 19., et apud DALHAM loc. cit. pag. 658. (*a*).

(71) Prout eruitur ex volumine inscripto = *Facoltà ordinarie di Propaganda* =, quod prostat in *Regestis Sac. Inquisitionis*.

(72) Id testatur etiam Opusc. = *Coup d'Oeil* = pag. 24. *a*., pag. 43. *b*, & pag. 86. *a*. inquiens = *L'Electeur de Treves sur une* FORTE REPRESENTATION *du* CONSISTOIRE D'AUSBOURG A REDEMANDE' *pour ce Diocese les* FACULTA-

Tu, *Moguntiae* Elector, *die* 9. *Augusti ejusdem anni* pro utraque Ecclesia, *Moguntina* scilicet, ac *Wormatiensi* (73). Has easdem Facultates pro Ecclesia *Osnabrucensi* Tu, Elector *Coloniae*, postulasti, et *die* 8. *Augusti* 1784. obtinuisti, non ut *testimonium* praeberes *alicujus reverentiae erga Pontificiam Sedem*, quemadmodum *Parochis Tuis* persuadere velle visus es (74), sed *necessitate* ipsa coactus, ceù *supplex Libellus* Tui nomine exhibitus praesefert (75), et ceù pariter non modo Elector *Trevirensis* (76), verum etiam alii Vestri *Confratres* declarant (77), uno Te, o *Salisburgensis Archiepiscope*, contumace, cui *Facultates* usque a *die* 23. *Junii A.* 1787. cessaverunt.

20. Si verò de MODO res sit, alium illo indigniorem, et majori cumulatum injuria excogitari profectò non posse arbitramur, semelac *Archiepiscopum Damiatae* appellare in *publicis Actis* non dubitastis = *Evêque* ETRANGER, *qui* SE DIT *Nonce Apostoli-*

TATES QUINQUENNALES, *et cela pour ne pas exposer à la* NULLITE' *le sacre lien du mariage; point de vue, que les* CONSISTORIAUX *avoient mis en* EVIDENCE =, et alterum = *Supplement au véritable état* = vers. *S' il avoit.* pag. 5.; et *not. a.* sic addens = *Pourquoi plutot pour AUSBOURG que pour TREVES? Un Archevêque a-t-il en ce genre plus de pouvoir qu' un Eveque? a-t-il PLUS d'autorité sur les loix de l'Eglise universelle; sur la validité des Sacremens etc.?.... Qui EXPLIQUERA de telles INCONSEQUENCES dans un Prince sage, religieux, juste, et pieux etc.* =

(73) Idem testatur Opusc. = *Coup d'Oeil* = in citatis locis.

(74) Cit. *Epist. Pastoral.* §. *Aussi l'introduction.* pag. 12.

(75) His verbis = *L' Elettore Massimiliano Francesco Arcivescovo Elettore di Colonia, e come tale Amministratore nato IN SPIRITUALIBUS del Vescovado, e Diocesi di OSNABRUG, trovandosi BISOGNOSO delle facoltà suddette per la spirituale Amministrazione di tale Diocesi, supplica la S. V. a volergliele BENIGNAMENTE concedere* =.

(76) In *epistola* ad *Pontificem* data A. 1782. §. *Non dubitamus*, in cit. = *Recueil etc.* = Par. Eccles. III. pag. 202., et in alia ad *Ducem Albertum.* §. *Il faudroit.* ibidem pag. 217.

(77) Archiepiscopi, et Episcopi *Austriaci* in cit. Conventu *Vindobonae* cum *Pontifice* habito die 20. *Aprilis* 1782., prout legitur in = *Recueil* = Par. Eccles. III. pag. 252. & seq., Archiepiscopus *Strigonien.* in quodam scripto *Imperatori* exhibito, quod summariè *ibidem* refertur pagg. 251. 252., et Episcopus *Antuerpiensis* in cit. *epist.* diei 31. *Martii* 1782. ad *Belgii Gubernatores* data Par. V. pag. 312., et seqq.

Digitized by Google

lique = (78); semelac *Catechesim*, *a Pontifice Summo* profectam in re *merè Spirituali*, esse ATTENTATUM proclamastis (79); quodque gravius est, *Parochis* jussistis, ut per *quos* Tabellarios Pontificiam receperant Epistolam, per *eosdem* illam remitterent (80), praecipientes eisdem, ne PASTORIS UNIVERSALIS (incredibile dictu !) HORTAMENTA, et VOCES audirent [C. I. §. 17.]. Quod quidem adeo multiplex injuriarum genus taciti ferendum duximus, et adhuc toleramus *ea spe* freti, fore, ut *Vos* insidiis tandem liberati, quae Virtuti Vestrae instructae, et paratae sunt, harum injuriarum gravitatem, horroremque agnosceretis, et *publicis Actis* eas *sponte* curaretis evertendas, atque delendas, ut *debitus ordo satisfactionis* exposcit

(78) Consule *Epistolam Pastoralem* pag.18. *g. h.*, et *Opusc.* = *Veritable etat.* = pag. 16. ADD. Sic *Apostolicum Nuncium* compellare ne FEBRONIUS quidem ausus fuisset, cujus haec sunt verba in opere *de Statu Ecclesiae* Cap.II.§.10. = *Papae .... incumbit cura, inspectio, et quaedam superintendentia in omnes Ecclesias, adeo ut is NULLIBI quoad hoc potest haberi PRO EXTRANEO* =.

(79) Quale erit imposterum *tam sanctum* Apostolicae Sedis Judicium, quod nefariam *attentati* notam non subeat, statimac *attentatum* dicitur *simplex Declaratio* ab . Eadem profecta in re *Sacramentum Matrimonii* respiciente? = *A quoi s'interessera le CHEF de l'Eglise Catholique, si la VALIDITE' des Sacremens, si la sainteté de l'union conjugale deviennent pour lui des choses* INDIFFERENTES? = ; ut probè animadvertit cit.Opusc. = *Coup d'Oeil* = pag.16. *a.* Vid. DOCT. INGOLSTAD. *Colloqu.*IX. pagg.64. 65., et *not. a*.

(80) Graviter questus est Pontifex S. GREGORIUS MAGNUS de MAXIMO *Salonitano* ob *minus grave* delictum his verbis: = *Quia dudum scripta tibi TRANSMISIMUS, ut quoadusque etc. ...., SOLEMNIA nullo modo celebrare auderes; sed tu elata mente egisti CALLIDE, ne eadem scripta SUSCIPERES; quae tamen eorum esset Sententia quoquomodo cognovisti, sed servare NOLUISTI* =. Lib VI. Epist. 25. Quanto *gravius* Pontifex questus fuisset, si et Epistolam ipsam MAXIMUS *remisisset.* Vid. Opusc. = *Veritable état* = pag. 13. *c*. ADD. In mandatis Archiepiscoporum illud etiam additum fuit, ut *Postarum*, seu Veredariorum administratores probarent Litteras Pontificias a se fuisse *retromissas*; uti narrat DOCTOR INGOLSTADIENSIS, qui *Vicariis* excessum hujusmodi attribuens = *Certum est*, inquit, *eorum METROPOLITAS hoc nequaquam aut dictasse, aut jussisse; sed conjicere licet, illos turpiter illusos, ac deceptos ad summum dissimulasse, vel non graviter satis inbibuisse* =. *Colloq.* XIII. pag.96.

scit (81). Similes enim contumelias, rarò quidem illatas, nec *Nostri* tulerunt *Antecessores*, Ætati huic penè suppares, nec antiquiora *Concilia* Provincialia, et Generalia.

21. Convertite oculos ad *Constitutiones* CLEMENTIS XI. (82), et BENEDICTI XIII. (83) contra eos, qui *Nuncios* recognoscere detrectarunt, habentes illos tamquam *extraneos*, prohibentesque cuilibet, non secus ac Vos praestitistis, quominus *coram Eis* sisterent se; atque intelligetis, *Archiepiscopos*, et *Episcopos* fuisse *Suspensionis* poena mulctatos (84). *Perpendite, rogo* (ita ajebat S. NICOLAUS A. 867. *ad* HINCMARUM, *et caeteros Episcopos, in Regno Caroli constitutos*, collacrymans ausus *Episcoporum Graecorum*, qui missos *abs Se Legatos*, suasque *Epistolas* recipere recusaverant), *perpendite, rogo, si* SEDIS APOSTOLICÆ MISSOS *a visione sua excludere, vel* EOS *aut* EPISTOLAS NOSTRAS *spernere debuerint* : *et* UBI SIT ALIQUANDO GESTUM, *quaeso, memorare contendite* . . . *Nam si* HUJUSMODI MOS *in Ecclesia* CHRISTI *fuerit exortus, videlicet ut* LEGATI, *seu* LITTERÆ *singularum Ecclesiarum, vel Personarum ab his, quibus mittuntur*, MINIME SUSCIPIANTUR, QUIS LOCUS RESTET SALUTI, NOS PENITUS IGNORAMUS = (85).

22. Concilium TURONENSE IV., sive, ut alii malunt, PARI-

(81) Exemplum imitantes S.THOMAE *Cantuariensis*, qui victus *insidiis* quorumdam Episcoporum Patriis *Consuetudinibus* subscripsit; sed statim *male* facti eum poenituit, et veniam postulavit AB ALEXANDRO III., *palam* faciens *Regi* non minus, quàm Episcopis, eas se observare non posse, utpote *Auctoritati Ecclesiae* contrarias (BARON., et SPONDAN. ad A. 1164.); nec non SABINIANI *Episcopi Tudertini*; quem pariter poenituit *adhaesionis* initae cum MAXIMO *Salonitano*, et cui ita S. GREGORIUS M. mox scripsit: = *STUDE itaque in culpas lapsos eruere*, STUDE *errantibus regrediendi viam ostendere*, STUDE *communione privatos ad communionis salubriter gratiam revocare*. *SIT CÆTERIS CARITATIS VESTRÆ REVERSIO EREPTIONIS OFFICIUM, SIT SALUTIS EXEMPLUM* = Lib. VIII. Epist. 17.

(82) *Alias ad Apostolatus*. diei 17. *Octobris* 1711. in *Bullario Romano* edit. Rom. *Mainardi* num 159. Tom.X. Par.I. pag.270.

(83) *In Supremo*. diei 25. *Septembris* 1728. in cit. *Bullar*. n.42. T.XII. pag.323.

(84) Cit. Constit. *In Supremo*. § 5. pag.324. col.2

(85) Apud LABBÆUM *Epist*.70. T.IX. col. 1491. B. C.

Digitized by Google

PARISIENSE A. 849., ut *Apostolicam Auctoritatem* vindicaret, datis *ad* NOMENOJUM *Ducem, et Britanniae Administratorem pro* CAROLO *Francorum Rege* Litteris *per duos et viginti Archiepiscopos, Episcopisque* subscriptis, Eumdem *acriter* reprehendere non dubitavit, eo quod *alia* inter facinora PONTIFICIAS quoque LITTERAS recipere renuisset; = *Sed* (haec sunt *Concilii* verba) *ad cumulum malorum auxisti temeritatem*, *et* OMNEM LÆSISTI CHRISTIANITATEM, *dum* VICARIUM B. PETRI APOSTOLICUM, *cui dedit* DEUS *Primatum in omni Orbem terrarum*, SPREVISTI : *cum* DIRECTIS LITTERIS (hortatoriis ipsius Pontificis), NE LITTERAS QUIDEM IPSAS RECEPISTI. *Et quia nolebas* A MALO *desinere, timuisti* BENE MONENTEM *audire*. *In eo igitur laesisti* APOSTOLOS, *quorum est Princeps* PETRUS. . MAXIMUM REATUM *Te contraxisse scimus, quod* EPISTOLAM SEDIS APOSTOLICÆ RESPUISTI =. Nec satis hoc: sed ipsum *monendo*, ut *imposterum* PONTIFICIAS RECIPERET LITTERAS, ad Monitiones etiam *Anathematis minas* adjecit, ubi Is in suo proposito perstitisset; = *Et propterea* (pergunt verba Concilii) *parati sumus, si vis*, *secundo* LEGATUM *Sedis memoratae* CUM SCRIPTIS TOTI MUNDO VENERANDIS, *dirigere* . . . *Si verò Nos* BENIGNE MONENTES *contempseris*, CERTUM TIBI SIT, *nunquam Tibi futurum locum in Coelum*, *et citò non futurum in Terra*; *quod* TUA CULPA *separatus ab Apostolica*, *et Nostra Societate Anathematis ultione*, *locum habebis*, *quod avertat Deus*, *in Tartaro* = (86).

23. Concilium vero CALCEDONENSE A. 451. edita Sententia dejecit ab *Episcopali Dignitate* DIOSCORUM PATRIARCHAM ALEXANDRINUM, Eumdemque omni *Sacerdotali Ministerio* exauctoravit, eo quod, inter *alias* causas, impedierat per *ambages*, et per *cuniculos*, non sine ipsorum *Imperialium Ministrorum admiratione*, quominus legeretur *Epistola Dogmatica* a S. LEONE ad FLAVIANUM scripta *Constantinopolitanum Episcopum*; illud praecipue animadvertens, quod tale impedimentum attulerat = *scandalum, et laesionem S. Dei Ecclesiae per totum Orbem Terrae* =. Quinimò ad scelus hoc improbum tanto exarserunt horrore hujus Synodi PATRES, ut illud *pari lance* exaequandum esse putaverint cum *Haeresi* ipsa, quam DIOSCORUS fuerat profes-

(86) Apud eumdem T. IV. col. 1056., 1059., et 1060.

fessus, et cum *Anathemate*, quo Sanctum Pontificem percellere *ausus* fuerat, perinde ac si hujusmodi culpae *eadem* essent poena plectendae (87).

24. Jam verò si ita judicatum est a *Calcedonensi* Concilio adversus *Episcopum*, qui *impedimento* fuerat, quominus Pontificiae Litterae legerentur, et rursus si Concilium *Turonense* PRINCIPEM LAICUM *Anathemate* dignum reputavit, eò quod *illas recipere recusasset*; multo sanè acrius egissent PATRES utriusque Concilii, tam contra DIOSCORUM, quàm contra NOMENOJUM, si, ut a *Vobis* factum est, EPISTOLAS JAM LECTAS *ausi* fuissent *publicè*, *ac palàm praecipere Suis*, ut eò, unde venerant, *remitterent*, et *inanes* relinquerent. Hoc enim contemptus, ac scandali genus multo majorem praeseferre videtur improbitatem.

25. Nec Vobis admirationi sit hujusmodi poenarum severitas; utpote quae criminum gravitati respondet. Tolerari enim nequit, non dicemus in *Ecclesiastico* Viro, et in EPISCOPO, sed in *Catholico homine quolibet*, ut EXTRANEUM appellare audeat ARCHIEPISCOPUM LEGATUM APOSTOLICÆ SEDIS, quae *communis Mater* est, quaeque, ut *Fidei Dogmate* edocemur, Potestatem habet *Jurisdictionis in singulas Catholici Orbis Ecclesias* (88); multòque etiam minus ferri potest, ut tamquam ATTENTATUM rejiciatur, ac proscribatur *Epistola*, *et Catechesis Pontificis in re mere Spirituali*, digna sane, quam *totus Orbis* obsequio, ac veneratione prosequatur, tamquam ab Eo profectam, cui Jus est, a CHRISTO ipso collatum, *docendi Populos*, *et confirmandi Fratres*, absque eo quod pendeat a *quacumque* Potestate, et a quovis *Principum placito*; quemadmodum Tu ipse, *Trevirensis* Elector, dilucidè demonstrasti tunc, cum Episcopalia Tua Jura es ad defendendum aggressus (89), et quemadmodum doctè, copiosèque demonstrarunt *alii Vestrae Na-*

(87) Actio I., et III. apud LABBÆUM Tom. IV. col. 898., et seqq. et col. 1303. D.

(88) Fatetur id et ipse FEBRONIUS in Opere = *De Statu Ecclesiae* = cit. Cap. II. §. 10. alibique: vid. Opusc. = *Veritable état* = pag. 16. l.

(89) In *litteris* diei 1. *Junii* 1781. ad *Caesarem* datis, quae leguntur in Opusc. = *Veritable état* = pag. 73. e., et cit. = *Recueil* = Par. Eccles. IV. pag. 122., et seqq.

Nationis Episcopi (90), ac multi per *Germaniam Scriptores* (91), *Elucubrationesque* complures, typis editae, ac per *Alemanniam* vulgatae (92). Si itaque Nos ab iis temperavimus, quae No-

(90) Archiepiscopus STRIGONIENSIS in scriptis ad *Caesarem* datis *A.* 1782., quae prostant in = *Recueil* = Par. Eccles. IV. pag. 129., et seqq.; Archiepiscopus MECHLINIENSIS in suis epistolis ad *Belgii Gubernatores* missis *die* 4. *April.* ejusdem *A* 1782., et *anno* 1786. §. *Enfin* et seqq.; et Episcopus NAMURCEN. in alia diei 16. *Novembris* ejusdem anni 1786. §. *Ces droits*, et seqq., quae pariter *ibidem* prostant Par. Eccles. II. pag. 139, III pag. 289., et V. pag. 260. cum seqq.: quin Archiepiscopus ipse SALISBURGEN., ejusque *Suffraganei* in *Congressu* A. 1772., et in *Gravaminibus* die 19. *Decembris* ejusdem anni oblatis *Duci Bavaro-Palatino*, quorum V. *generale* erat = *Circa Collegium sic dictum Electorale - Ecclesiasticum. VI. circa Placitum Regium, seu Ducale. VII. contra Recursum ad Principem, et Appellationem tamquam ab abusu* =, reclamantes = *JURA GERMANIÆ, USUMQUE ANTE, ET POST CONCORDATA VIGENTEM in rebus mere Ecclesiasticis, et Disciplinam utriusque Cleri concernentibus, SOLI EPISCOPATUS vi Institutionis, Ordinis, Jurisdictionis, et Juris Dioecesani propriis* =. Deprompsimus monumentum hujusmodi ex cit recentissima collectione *Conciliorum Salisburgen.* P. FLOR. DALHAM pagg. 642. 643., qui licet ad vindicandas suscipiat, praesertim in *Appendice*, Archiepiscoporum oppositiones adversus Monachii Nunciaturam, et Emsensis Conventiculi Deliberationes, praeclara tamen argumenta suppeditat, quibus peropportune ad rem nostram utemur, quae Jura Apostolicae Sedis confirmant, susceptamque Archiepiscoporum tuitionem evertunt.

(91) Sit instar omnium P. JOSEPHUS BERTIERI in suo recenti Opere *de Legibus* Lib. I. Cap. 17., ubi haec ait: = *Est in Ecclesia, prout Pastorum ordinem complecitur, Potestas ferendi Leges Ecclesiasticas; et haec potestas SUMMA est, et a POLITICA INDEPENDENS* =. Cujus Viri auctoritas nulli *suspicioni* obnoxia apud *Germanos* esse potest, quippe qui in *Lycaeo Vindobonensi Theologiam* professus *publicè* est, et in *Episcopum* vacantis Ecclesiae *Comensis* est a *Caesare* nominatus. ADD. BARO DE SPON ad cit. Art. XIV. §. 6 pag. 299. explicitè agens *de Principum placito* haec indubie tradit = *Les bref, ou les Bulles de Pape rendues sur matiers Ecclesiastiques ou de Religion peuvent elles avoir lieu en Empire avant que l' Empereur ait etè prevènu, et ait donnè son contentement? LES LETTRES D' ATTACHE ..... SONT INCONNUES EN ALLEMAGNE* =.

(92) 1. = *Lettre du R. P. François de Woelmont, Rècollet, a M. de Kutberg, President du Comitè etc.* 2. *NN. per la misericordie de Dieu, et par la grace du Saint-Siege Apostolique Archevêque (Eveque) et ***, au Clerge Seculier, et Regulier de notre*

Nostri Decessores, quaeque Concilia ipsa praestiterunt, id officii *Vobis* incumbit, Venerabiles Fratres, ut Nobis, et Ecclesiae *ultro* exhibeatis *satisfactionem dignam injuria*.

tre Dioecese salut, et benediction en celui, qui est la voie, la veritè, et la vie. 3. *Avis Doctrinal, sur l' indipendance du Pouvoir qu'a reçu l'Eglise, pour enseigner les verites de la Foi, avec une pleine libertè a l' occasion de la defense faite aux Evêques, de publier leurs mandemens sans en avoir obtenu la permission du Gouvernement*. 4. *Vrais Principes de la Constitution de l'Eglise Catholique, opposès aux speculations modernes destructives de la Hierarchie et de la Jurisprudence Canonique*. 5. *Reflexions sur l' Autoritè sèculiere dans les matieres qui concernent la Religion*=. Quae monumenta qui legere cupit, adeat cit. = *Recueil*= Par. Ecclesiast. I. pag.229., III. pagg.73. et 261., IV. pagg. 150. 207., et seqq. Id ipsum inter caeteros *Italiae* Scriptores solide probat *doctissimus Auctor* in Libro = *Opuscula ad Hierarchicam Ecclesiae constitutionem spectantia. Parmae ex Regio Typographeo* 1789 =Par.I. praesertim §. *Quod si*. pag.54., qui ita distinguit= *Haec itaque Imperantis Sanctio non ad id necessaria est, ut fideles parendi obligatione teneantur, sed hoc praestat; ut quae ante LEX PUBLICA erat tantummodo ECCLESIÆ, jam incipiat LEX etiam PUBLICA esse REIPUBLICÆ*=. ADD. Neque haec recens est opinio, sed antiquissima, et semper constans fuit in Ecclesia tam persecutionum tempore, quàm restituta pace; uti colligitur ex S. ATHANASIO, qui eamdem sequitur sententiam, atque confirmat. = *Si namque*, ait S.Doctor, *illud EPISCOPORUM decretum est; quid illud attinet AD IMPERATOREM? Sin IMPERATORIÆ MINÆ sunt, quid opus hominibus nuncupatis EPISCOPIS? Quandonam A SAECULO res hujusmodi audita est? quandonam Ecclesiae decretum AB IMPERATORE accepit auctoritatem, aut pro decreto illud habitum est? NUNQUAM IMPERATOR ECCLESIASTICA CURIOSE PERQUISIVIT., Ex Caesaris domesticis quidam PAULO APOSTOLO amici fuere.... sed nequaquam illos JUDICIORUM consortes admisit = Hist. Arian. ad Monachos* numer. 52.

CA-

CAPUT V.

De peculiari *Electoris Coloniensis* querela SUPER NEGATA SIBI FACULTATE EFFORMANDI EX JUDICIBUS PRO-SYNODALIBUS NOVUM TRIBUNAL CUM GENERALI MANDATO;

Et

DE INSTITUTO [a] PER EUMDEM ELECTOREM OFFICIALATUS TRIBUNALI.

1 A Communibus causis, et querelis ad *Peculiares* modò gradum facientes, illam *primò* putamus examini subjiciendam, caeteris antiquiorem, quam Tuo peculiari Nomine proponis *Coloniae Elector* (1), quod scilicet *negata Tibi fuerit facultas novum efformandi Tribunal ex Judicibus Pro-Synodalibus abs Te cum Capituli Tui consensu eligendis*, *et a Nobis Mandato*, *seu generali Delegatione muniendis*; itaut possent hi Causas *omnes* in gradu *Appellationis* cognoscere, quae *prius* aut *a Nunciatura*, aut *ab Apostolica Sede* cognoscebantur. Hujus autem Tribunalis *isthic* instituendi contentio Tua omnis *eo* nitebatur *fundamento*, quod Partes minori fatigarentur dispendio, quodque multò majori peritia Tui, quam Romani Judices praestarent, utpote qui isthic commorantes multo magis Patrias Leges, Consuetudinesque Germanicas callent (2).

2. Vix pervenit ad Nos ista Tua petitio, quam tuae Nobis lit-

[a] Vid.cit.novas Litteras *Pontificis* ad Electorem *Coloniensem* a §.1.*ad* 12.

(1) In *litteris* diei 2. *Aprilis* 1787. vers. *Verum* apud Opusc. = *Coup d' Oeil* = pag.38.; in = *Pro-Memoria alla Dieta* = §.50. loc.cit. p.127.; et in posterioribus *litteris* diei 28. *Novemb.* 1788. vers. *Neque*.

(2) Ita in *litteris* super petitione *Mandati Generalis* ad *Pontificem* datis die 11. *Martii*, 10. *Maii* et 20. *Novemb.* 1785., nec non in = *Memoire* = a Ministro Electorali data mense *Junio* ad Nuncium Pontificium, quae incipit = *S. A. S. mon tres gracieux* = ad 6.

litterae attulerunt datae die 11. *Martii* 1785., planè intelleximus, *eò* illam spectare, ut ad *Te*, et ad *Tuum Tribunal* Facultates *Apostolicae Sedis* transferres, et ut *Nunciaturam*, atque adeo *Sanctam ipsam Sedem Appellationum Jure* privares; jure inquimus illo, quod ab Ejus Primatu proficiscitur, tamquam a fonte, et quo pacificè, ac semper usa est. Intelleximus etiam, petitionem hujusmodi *novam* esse, atque *inauditam* non per Germaniam modò (3), sed per omnes quoque Catholici Orbis plagas. Auditum enim est nunquam, Judices *Synodales*, aut *Pro-Synodales* tum Archiepiscopis, tum Episcopis ipsis communes, *proprium*, ac *peculiare* constituisse *Tribunal*, et facultate praeditos fuisse suas in *qualibet* Causa Sententias ferendi; cum è contra indubitati Juris sit, non alia illos Jurisdictione pollere, nisi quam Eisdem in *unaqualibet* Causa aut S. Sedes, aut Apostolicus Nuncius deleget (4).

3. Perpendimus insuper, petitionem hujusmodi adversari penitus *Ordini Ecclesiasticae Hierarchiae*, quo semel turbato, nihil jam amplius intercedet Superiorem inter, atque Inferiorem *discriminis*

(3) Sedula animadversione digna sunt ea, quae disserit JACOBUS ABEL in sua = *Disquisit. circa usurpator. Nuntior. Pontific. in Caus. German. Jurisdict.* = Sect.IV. n.110. *tacitè* irruens his verbis contra hoc ipsum *Generale Mandatum*, = *quaeso!* QUIS *Appellationes, evacuata coram Metropolitanis Instantia, in Causis appellabilibus* ROMAM LEGITIME' DEVOLVI POST CONCORDATA NEGAVIT UNQUAM, *vel* NEGAT ETIAM NUNC; *dummodò per Judices in Partibus datos terminentur*; QUIS GERMANUS CONQUESTUS FUISSET, *si in his Appellationum Causis legitime devolutis vel* CURIA, *vel quod idem refert, ejus vice, atque auctoritate Nuncii Pontificii* JUDICES COMPETENTES IN PARTIBUS NOMINASSENT? = Idem sentit HERMANN *cit. Opusc.* = *Riflessioni* = §.43. *pag.*27.

(4) *Concil. Trident.* Sess. 25. de reform. Cap.10., Emi ejusdem Concilii *Interpretes* in Causa *Januen.* 15. *Maii* 1601. cit. a *BENEDICTO XIV. de Synod. Dioces.* Lib. II. Cap. V. num. 6. in *edit. Rom.* 1767. *pag.* 63., ibi = *Personas designandas in Synodo ANTE DELEGATIONEM NULLAM habere Jurisdictionem* = ; et *Auctor Belgicus* auctoritati Apostolicae infensus *BERN. VAN-ESPEN. Jus. Ecclesiast.* Par.III.Tit.V.Cap.3. num.31. 33., et seqq., potissimum ibi = *Litterae Delegationis non tantum NECESSARIAE sunt, ut Delegationem suam Delegatus probare queat, sed insuper, ut ex earum tenore auctoritatem, et potestatem suam metiri possit* =.

minis (5); adverſari *vi*, ac *naturae Appellationum*, quae sicuti in *Civili*, ita in *Eccleſiaſtico* Regimine ab Inferioribus aſcendant ad Superiores oportet (6); adverſari denique tum *Sacris Canonibus* (7), tum *Apoſtolicis Conſtitutionibus* (8), tum *inveteratae Eccleſiae Diſciplinae* (9).

4. Animadvertimus praeterea, rationem *ex minori Partium impendio* deſumptam, quemadmodum apta minime eſt auferendae

(5) S.LEO M. in *Epiſt.*14. al.12., et in cit. = *Heptas* = S4. ad *Anaſtaſium Theſſalonicen. Epiſc.* Cap. II. pag.355.; item S.GREGORIUS M. Lib.V. Epiſt.54. diei 12. *Auguſti* A. 594., data *Univerſis Epiſcopis Galliarum ſub Regno Childeberti*: = *Ad hoc diſpenſationis Divinae proviſio* GRADUS DIVERSOS, *et* ORDINES *conſtituit eſſe* DISTINCTOS, *et dum reverentiam* MINORES POTIORIBUS *exhiberent*, *et* POTIORES MINORIBUS *dilectionem impenderent*, UNA CONCORDIÆ *fieret ex diverſitate* CONTEXTIO, *et* RECTE' *Officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum. Neque enim* UNIVERSITAS ALIA *poterat* RATIONE *ſubſiſtere*, *niſi hujuſmodi* MAGNUS *eam differentiae* ORDO *ſervaret* =. Conveniunt quicumque Primatum JURISDICTIONIS in R. Pontifice agnoſcunt, non excepto novatore FEBRONIO, ejuſque Sectatoribus. Conſulenda in hanc rem *Epiſtola Apologetica* CARDINALIS ÆNEÆ SILVII in reſpons. ad Par. II. cit. loc. pag. 726. et ſeqq.

(6) Leg. *Appellandi* 1. *Si quis* 3., L. *Imperatores* 21. *ff. de Appellat*, L. *Praecipimus* 32. *Cod.* eod. Tit., et diſtinctim JUSTINIANUS in *Novell.* 23., quam Imperialem Sanctionem Jus *Canonicum* eſt amplexum in Cap. *Anteriorem* 28. §. *Illud etiam.* Cau.2. Qu.6. illis praeſertim verbis = *Cum non oporteat ad* COMPARES *Judices Appellationes referri*, *ſed a* MINORI *Judicio in* MAJUS *Tribunal aſcendere* =.

(7) Cap. *Ut debitus* 59. *de Appellat.*, C. *Nonnulli* 28. *de Reſcript.*; C. *Cordi* 1. *de Appellat.* in 6., C. *Statutum* 11. *de Reſcriptis*, et Clem. *Appellanti* 5. *de Appellation.*, quae *Jura* plerumque edita a Pontificibus in *Generalibus* Conciliis praeſeferunt *Delegationes* factas, et faciendas in *ſingulis* Cauſis: conſonant his Statuta in Concilio *Provinciali Moguntino* A.1310. Tit. *de Reſcriptis*, in *Dioeceſ. Argentin.* A.1435. Can.92., et in *Herbipolen.* A.1446. Tit. *de Reſcript.* Prae omnibus autem habenda eſt Sanctio Concilii *Tridentini* in cit. Cap.10. Seſſ.25. de reform.

(8) Has inter praecellet Conſtitutio BENEDICTI XIV. = *Quamvis Paternae* = diei 26. *Auguſti* 1741. in ejus *Bullar.* Tom.I. num.XXVIII. pag.68.

(9) Eruitur haec ex longa *Canonum* ſerie, quos retulimus in proxima N.7., nec illam diffiteri valet P. HEDDERICH, ſive quis alius Auctor *Anonymus* = *Tractat. Jur. publ. de Appellat.*, *et Avocat. ad Cur. Rom.* = §.30., quae refertur Tom.II. = *Concordat. Nat. Germ. int.* = num.III. pag.193., et ſeqq.

dae a *Suprema Civili Poteſtate* Jurisdictioni, adeout nequeat *Principis* Curia Causas *profanas* in gradu Appellationis cognoscere; ita apta, idoneaque non est huic eidem Juri auferendo *Supremae Ecclesiae Poteſtati* in Causis *Ecclesiaſticis*: cum Jura haec *utriusque* Potestatis ex eodem *Superioritatis* fonte dimanent (10).

5. Eò vel magis, quia, praeter *alia* rationum momenta (11), ad parcendum potissimum expensis, et ad majorem Populorum commoditatem inventae fuerunt, ac petitae, et institutae *Nunciaturae*, missique a S. Sede *Legati* (12). Hi autem consultò electi inter *peritiores* Legum Communium, et Consuetudinum in illis Regionibus vigentium, ad quas sunt destinati, *iisdemque* in Locis, in quibus Vestri Judices degunt, commorantes, et selectis praeterea *Aſſeſſoribus*, ac *Miniſtris* etiam *Indigenis* adjuti, evadunt *Legum* etiam, et *Consuetudinum Germanicarum* peritissisimi; itaut si ipsis Vestris Judicibus non antecellant, iis certe sint pares. Caeterum cum Locorum Usus, et Consuetudines a *Defenſoribus Partium* comprobentur, et cum plerumque Legibus *Ecclesiaſticis*, atque *Communibus* (13) consentanae esse so-

(10) Idem dicas de *Metropolitanis*, atque *Episcopis* quoad inferiores, de quibus haec ait CARD. ÆNEAS Par. II. *Epiſt. Apologet.* pag. 688. = *Aſpice Metropoliticas Curias; quis Pontifex nec acerbo audit animo Dioecesanos suos ad Archipraesulem evocari, argentumque apud illum relinquere? At quemadmodum* EPISCOPI IN SUOS METROPOLITANOS, *pari modo et* PLEBANI *in suos latrant* EPISCOPOS: *sed* NECESSARIUM *est, ordinatam esse Rempublicam, et* MINORES *Curias subesse* MAJORIBUS =: de *expensis* vero Judiciorum haec inquit pag. 685. = *Eſt illud* SINGULARE, *ut quamvis* LONGINQUIS *è Regionibus huc* (Romam) *litigaturi decurrant* (Germani) *saepè tamen Litem hic, quam domi*, MINORIS *faciunt. Tanta eſt aliquando apud eos non Tabellionum tantum, sed etiam Judicum ingluvies, ac rapacitas* =. Videant tandem *Metropolitani*, quam perperam, et inconsulto suam agant Causam.

(11) Quae legi possunt in cit. *Epiſtola Apologetica* CARDINALIS ÆNEÆ ad II., et III. Part. pagg. 685. 687. 688. 705. 711. 731. et seqq., apud JO. A CHOKIER in Libro = *Vindiciae Libertatis Ecclesiaſticae* = Cap. 33., et apud JOS. SACRIPANTEM in alio Libro = *Defenſio Jurisdictionis Ecclesiaſticae* = Cap. XIV.

(12) THOMASSINUS = *Vet. et nov. Eccles. Diſcipl.* = Par. I. Lib. I. Cap. 18. num. 8.

(13) Hae Leges potissimam in Judiciis omnibus *Ecclesiaſticis* etiam *Germaniae* partem habent. Impp. enim *Fridericus II.*, et *Rodulphus* sanctionibus suis jusserunt, ut res, et Judicia *Ecclesiaſtica Ecclesiaſticis*

soleant, satis superque cognitae, perspectaeque sunt non modò *Nunciis*, verum etiam apud *Urbis Tribunalia* (14), et praesertim apud ROTAM, Tribunal caeteris praestantius, in quo perpetuus sedet ad judicandum unus *ex ista Natione Praesul*, a Capite Imperii nominatus, qui Praesul possit Collegas suos, ubi res postulet, *Patrias Consuetudines* edocere, vel eas eisdem enucleare.

6. Graves itaque erant, nexuque inextricabili implexae, quae undique occurrebant *difficultates*. Volentes tamen Nos agi Tecum majori, qua fieri posset, indulgentia, ac benignitate, mandatum dedimus Praesuli BELLISOMIO Archiepiscopo Thianensi, tunc *Nuncio*, ut Tecum de tali negotio ageret, Tibique propensiorem animi in Te Nostri significationem patefaceret; quoad *Judices Pro-Synodales* Nos promptos esse eorum *Electioni probandae*, semel ac Ii necessariis dotibus praediti fuissent ipsorum

sticis Legibus absolverentur; atque hinc est, ut *Tribunalia Germaniae* sequantur *Corpus Juris Canonici*, prout narrat BARTHEL in *Corollariis* post Diss. = *De eo, quod circa libertatem exercitii Religionis ex Lege Imperii justum est* = §. VII. n. 4.: idem ferè testatur ipsemet *Auctor* Opusculi = *Istoria Prammatica etc.* = §.40. Atque hinc etiam est, ut Concilium *Provinciale Salisburgense* A. 1569. postquam *Constit.XIX. Cap.*1. retulerit, morem esse = *in nonnullis nostrae Provinciae Cathedralibus Ecclesiis, ad majorem* SACRORUM CANONUM *observantiam, suo* OFFICIALI *alium*, UTRIUSQUE TAMEN JURIS *peritum, tamquam* CONSULTOREM *assignare virum, quem* ASSESSOREM *vocant, qui* OMNIBUS *actionibus* OFFICIALATUS *assistere debet* (cum voto tantum consultivo), *ut suo consilio, atque peritia* NIHIL *fiat, vel statuatur, quod* SACRIS *contrarium videatur* CANONIBUS =, declaraverit *Cap.*2., non *aliam* tum in *Officialibus*, tum in *Assessoribus*, quam *Juris Canonici* scientiam desiderari, iis verbis = *Assessores Officialibus in supplementum quoddam sunt adjuncti. Nam si Officialis esset JURIS CANONICI satis peritus, Assessoris opera minimè indigeret.* = DALHAM in cit. Opere = *Concilia Salisburgensia etc.* = pagg.400. 401.

(14) Audi CARD. ÆNEAM ita ajentem ad Cancellarium MEJERUM = *Si velis conferre simul omnia, et minores sedes pro suis portionibus comparare majoribus*, NULLAM *invenies Curiam, in qua magis ex ordine, rectoque instituto, quàm* IN HAC ROMANA *rès gerantur; nec usquam terrarum tantam doctrinam, tantam rerum experientiam, tot bonarum artium studia, tot Viros sanctimonia vitae praeclaros, quot in* ROMANA *reperias Curia, ut rectè hic esse* DOMICILIUM *Litterarum, et* OFFICINAM *virtutum quis affirmaverit.* = Cit. *Epist. Apologet.* Part.II. pag.685.

rum officio accommodatis; quoad *Mandatum generale* verò *aegrè* Nos quidem ferre, quod illud concedere *nullo modo* possemus *multis de causis*, quas Tibi jussimus aperiendas (15); sed aliam Nos ultro offerre Tibi *liberalem Concessionem*, quae et tuis Votis satisfaceret, et salva Apostolicae Sedi Appellationum Jura relinqueret; *spondere nos*, scilicet, SINGULAS PAUPERUM CAUSAS, *et eas*, *quae* CERTÆ *summae non excederent modum*, *delegaturos uni*, *aut pluribus ex Judicibus Pro-Synodalibus*, potius quam illae *Romae* retinerentur, vel relinquerentur *Judicio Nuncii* definiendae, aut' *Ordinariis* committerentur (16).

7. Si ea in memoriam revocabis, quae Jussu Nostro scripsit Tibi Nuncius diebus 16., et 25. *Maii*, et diebus 21., et 23. *Julii* A. 1785., quaeque Tu eidem rescripsisti diebus 18. *Maii*, 23., et 25. *Julii* ejusdem Anni; si mente repetes, quae Nuncius cum Te ipso est Mense *Junio*, et *Augusto* iterum iterumque collocutus, quaeque per Ministros ultro citroque scriptis consignata, et mutuò subinde communicata sunt mensibus *Junio* et *Julio*; si denique Tecum reputes, quae Nos ad Te scripsimus Litteris in forma *Brevis* datis die 24. *Septembris ejusdem anni* 1785; non poteris non intelligere, *ista* plane *ratione* fuisse tuam a Nobis postulationem exceptam.

8. Sperabamus sane, *satisfactum* Tibi cumulatè fuisse (17): sed

(15) Id praestitit *Nuncius* per *litteras* diei 25. *Maii* 1785.

(16) Ut addit *idem* Nuncius n.3. et 4. = *Pro-Memoire* = exhibit. Ministro *Electorali* sub initium mensis *Julii ejusdem anni*, utque significavit *litteris* diei 7. *Julii* ad *Pontificem* datis.

(17) Supplex petiit, & libentissimè accepit JOANNES *Trevirensis Archiepiscopus* Indultum A.1533. *a* CLEMENTE VII. (non aderat tunc temporis in Germania Nuncius *Ordinarius*) *delegandi* per se ipsum illas in *secunda* Instantia Causas, quae *certam* summam minimè excederent, relictis *aliis* praefinitam summam superantibus *Apostolicae Sedis Judicio*. Habes hac de re monumentum apud HONTHEIM *Histor. Trevir.* Tom.II. num 953. pag.648. *Romani* quoque *Imperatores* has *tantum* Causas definiendas relinquebant in *remotis* Provinciis a *Praefecto Augustali vice Sacri Cognitoris*, idque in *Africa* servari jussit JUSTINIANUS Imp., ut ex cit. *Novell.* 23. Cap.3. Quin = *Les Princes*, *et autres Etats*, *qui ont le meme droit* (de non appellando) *n' en jouissent*, *que par des concessions PARTICULIERS*, *et SEULEMENT jusqu' a la concurrence D' UNE SOMME ASSES MODIQUE* =, ut de

sed Nostra spes in irritum cessit. Denunciatum enim Nobis fuit, fore ut, *nisi Ducatus Juliacensis, et Montiensis disjungerentur a Nunciatura Palatino-Bavara*, quod novum erat a Te excitatum quaestionis genus, *Auctoritate tua Judicum Pro-Synodalium Tribunal instituteres*. Vix haec, praeter omnem Nostram expectationem, accepimus, alias ad Te scripsimus Litteras in forma *Brevis* die 8. *Octobris* 1785., de quibus *supra* facta mentio est [C. III. §. 11.], Tibique demonstravimus, quaestionem super Nunciatura Bavara *rem esse planè diversam* ab institutione Tribunalis, et Te rogavimus, ut ab *omni novitate* abstineres, resque relinqueres eo loco, in quo hactenus fuerant. Illud etiam abs *Te* voluimus = *animadverti, quod hi Judices Pro-Synodales, etsi* UNA *Fraternitatis Tuae* NOMINATIONE *suffulti Causarum cognitioni operam darent*, APOSTOLICA *tamen* DELEGATIONE *destituerentur; ac proinde* PERTURBATIONEM *potius, quam legitimam Juris tuitionem Eorum Responsa inducerent* = (18).

9. At Nostrae preces vim, impetumque cohibere nequiverunt, quo agi coeptum erat. Die enim 12. *Januarii* insequentis A. 1786. (19) editum abs Te est *Decretum Commune*, quo Tu *pro*

de praesenti *Germaniae* statu testatur Liber, cui Titulus = *Le Droit Public Germanique. Ou l'on voit l'Etat present de l'Empire etc. A Amsterdam chez Pierre Mortier* 1749. Tom. I. Chap. V. §. *Les Electeurs* pag. 196.

(18) *Litterae Pontificis* diei 8. *Octobris* 1785. vers. *Id unum*.

(19) Edita paulò ante fuere alia duo *Communia Decreta*; alterum die 19. *Decembris* 1785., quo = *singulis Praelatis, et Judicibus Ecclesiasticis, nec non Superioribus utriusque sexus Regularium etiam exemptorum Ordinum* (mandabatur), *ut nemo amplius ad Nunciaturam Coloniensem quibuscumque in Causis, quocumque nomine imposterum recurrat, sed ut OMNES recursum ad ORDINARIUM sumant* =; alterum verò die 28. *ejusdem Mensis* nuncupatum *Omnibus Curiae Assessoribus, Advocatis, et Procuratoribus* =, quo iisdem inhibebatur, = *ne in ULLA causa NUNCIATURAM adirent, neque in Causis coram Eadem HUC USQUE PENDENTIBUS ulla Decreta, vel Sententias SOLLICITARENT, vel ACCEPTARENT.* = [Cap. I. N.7.] ADD. die 23. *Januar.* 1786. aliud edidit Elector *Commune Decretum*, quo declaravit, = *UT NUNTIATURÆ Jurisdictio tamquam pro toto Romano Imperio sublata recipiatur* =; ac proinde *praecedentia Decreta* omnia intelligenda esse = *ne dum in Causis internis, sed et EXTERNIS* =, unde DOCTOR INGOLSTADIEN. ad document. VII. *a.* pag. 207. ita animadvertit = *Ergo Romanum Imperium non pro-*

pro extincto habens TRIBUNAL NUNCIATURÆ, affirmansque, non posse amplius ex illo obtineri *Appellationes = a Sententiis nostris definitivis, aut Decretis vim definitivae habentibus in prima, vel ulteriori Instantia =, Procuratoribus*, et *Advocatis* praecepisti, ut = *Commissionem* REVISIONIS *immediatè petant a Serenitate Sua* =, a qua *Commissarii* delegarentur.

10. Obtestari non destitit *Nuncius*, fieri id minimè posse, *firma* praesertim adhuc manente *Nunciatura* [C. I. §. 20.]; *impedimentum* verò proprio marte, et *sine Justa causa* (20) interjectum nil Juris posse *cuiquam* suppeditare arrogandae sibi illius Potestatis, quae ad Sanctam Sedem unicè spectat, quaeque ipsius Sanctae Sedis Nomine exercetur a Nunciis; itaut si Nunciatura defecisset, Commissiones illas Appellationum, quae prius a Nunciis facillimè impetrabantur, oportuisset ab *Ipsa S. Sede* impetrari (21); quemadmodum *Tu ipse* paulò post veritate convictus de-

protenditur ultra quatuor Metropolitanum Ditionem? Ergo Regis Borussorum, et Ducis Electoris Palatini Dominia, Urbium Imperialium territoria, Dioecesis Leodien., Spiren., Ratisbonen., Paderbonen, Hildesien. etc. sunt extra Romanum Imperium sita? Ibidem enim viget sacrae Nuntiaturae Juridictio . . . RISUM TENEATIS AMICI=. At quis non mirabitur *Coloniensis*, aliorumque *Metropolitanorum inconstantiam*, qui dum pro instituenda *Monachii* Nunciatura propugnant necessariam esse Nationis Sanctionem, sine hujusmodi Sanctione *evertere* se posse putant jamdiu *receptas* in Imperio Nunciaturas. Vid. Opusc. = *Riflessioni sopra i 73. Articoli* = ad conclusionem pag. 214., et *not. a.*

(20) *Encyclica Caesarea* diei 12. *Octobris* 1785., ad quam *appellabatur* in Decretis *Communibus*, erat simplicis *insinuationis*; nec *Metropolitanos cogebat*, vel cogere *poterat* ad declinandum a Nunciaturis jamdiu in Imperio receptis, quas proinde, ut *antea*, venerantur non modo plures Imperii *Principes*, verum etiam plerique *Episcoporum*, quemadmodum evincunt Opuscula = *Veritable état* = pag 16. *g.*, = *Coup d'Oeil* = pagg. 34. 48. utrobique *a.*, et pag. 88. cum seqq, *Epist. Pastoral.* pagg. 15. 16. *b*, et DOCTOR INGOLSTADIEN. pag. 207. *a.*, qui pag. 206. *a.* haec ad rem inquit = *Si extinctum* (Tribunal Nunciaturae), *cur igitur tot apud Comitia molitiones, ut extinguatur?* =

(21) *Episcopus Terracinensis Nuncius Apostolicus Hispaniarum* Jussu PII IV. respondit FRANCISCO REGI, qui quasdam super ea Nunciatura *novitates* moliebatur, = *Imponesse silenzio alla proposta d' Assessore, eleggendo come le paresse meglio, o che 'l Nunzio esercitasse le consuete sue Facoltà, o che per LE SPEDIZIONI SI MANDASSE A ROMA* =, ut refert PALLAVICINIUS in opere = *Istoria del Concilio di Trento* = Lib. XIV. Cap. 13. n. 4.

Digitized by Google

declarasti: scribens enim die 7. *Martii* ejusdem anni 1786. ad Episcopum, et Principem *Leodiensem* es illum hortatus, = *ut Commissiones in Partibus non amplius a Nunciatura Coloniensi, cujus omnis Jurisdictio sublata est, sed immediatè* A SEDE ROMANA *impetrentur* = (22).

11. Addidit ad haec *Nuncius*, multo consultius futurum, agi de Judicibus *Pro-Synodalibus* juxta *modum* a Nobis oblatum, adeoque id sibi negocii dedit, ut nova Scripta concinnaret, atque exhiberet hac super re. Sed omnia in irritum cecidere: *primo* enim respondisti, haec Scripta *ad Acta* relatum iri, cum de hujusmodi negotio agi nequiret, quousque controversiae *super Nunciatura Monachii* perdurassent, veluti *Nuncius* Nobis significavit (23); *deinde* autem curasti in tuas partes trahere inclytum *Clerum Leodiensem* pro Tribunali Synodali instituendo (24). Sed recusante, ac renuente *Illo* hisce ausis adhaerere, Tu, Nostro Nuncio, ac Nobis ipsis *penitus neglectis*, eò devenisti, ut Tua quadam *Ordinatione* ARCHIEPISCOPALE OFFICIALATUS TRIBUNAL institueres die 23. *Novembris* 1787. [a], adeoque non *Ecclesiasticam* modo, sed etiam *Imperialem Legem* violares, *novam Jurisdictionem* invehendo; Legem inquimus Imperii, quam paulò ante ad Coelum usque extollebas [C. II. §. 4.].

12. Si haec Tua nova Constitutio, et *Ordinatio* conferatur, ac comparetur tam cum *Lege Edictali* a CÆSARE edita die 21. *Julii* 1781. per Loca haereditaria Austriaca, quàm cum *Deliberatione* in CONVENTICULO EMSENSI capta, licet harum *utraque* nil habeat momenti pro Causis *Ecclesiasticis* in iis, quae ab Ecclesiae Lege dissentiunt (25); Tua tamen Constitutio multo sane *deterior*

M esse

(22) Ita retulit *Nuncius litteris* diei 18. *Junii* 1786.

(23) Aliis *litteris* diei 18. *Septembris* 1785.

(24) Missus hac de causa *Leodium* fuit quidam WREDEN, qui non in manibus, sed *domi* unius ex *Directoribus* Cathedralis Leodiensis reliquit *die* 26. *Decembris* 1786. quoddam scriptum, cui titulus = *Pro-Memoria* = seu = *Projectum Conventionis inter S. E. Arch. Colonien., et Cels. Principem Episc. Leodien. de Appellationibus ad Metropolitanum, et de erigendo Judicio Synodali* ABSQUE PONTIFICIS CONSENSU. =

[a] Consule cit. novas Litteras *Pontificis* Electori *Coloniensi* datas a §. 1. ad 12.

(25) Veluti demonstrarunt complures in *Belgio Episcopi*, et praeser-

Digitized by Google

esse comperietur. *Edictum* enim *Caesaris* liberum relinquit Jus *appellandi ad Sanctam Sedem*, ubi Sententiae Curiarum Episcopi immediati, vel Metropolitani fuerint inter se discordes, ac dissonae. Ad *Deliberationes* verò quod pertinet *Emsensis Conventiculi*, quamvis istae prohibeant = *ogni ricorso a Roma ad esclusione del proprio Pastore* =, illud tamen declarant, quod = *non vien tolto di servirsi gradatamente del mezzo dell'* APPELLO *ne' casi, che sono* DI RAGIONE *secondo la Costituzione Germanica* = (26); eo scilicet ordine, ut Causa deferatur primò ad Ordinarium cujuscumque Dioecesis, deindè ad Metropolitanum, et tandem ad *Sedem Romanam* devolvatur (27).

13. Illud etiam *Deliberationes Emsenses* cujusdam *consilii* loco proponunt, quod = *più utile, e più tendente al vero fine sareb-*

sertim Archiepiscopus MECHLINIENSIS, et NAMURCENSIS Episcopus una cum BRUGENSI Clero in suis elaboratis Commentationibus AA. 1785., 1786., 1787. ad *Belgii Gubernatores*, ubi tanto animorum studio certatum est adversus *Edictum* in Belgio vulgatum die 27. *Septembris* 1784. super cognitione Causarum *Matrimonialium*. Huic eidem *Edicto* acriter adversatos fuisse plures *Status*, et praesertim NAMURCENSEM, ac TORNACENSEM satis ipsorum Scripta declarant, quae omnia legi possunt in cit. Libro = *Recueil* = Par. Ecclesiast. II. pag. 33., IV. pag. 193., V. pagg. 207. 208., 293., 331., et 338. cum seqq.. Hodiernus etiam SALISBURGENSIS Archiepiscopus cum *Suffraganeis* in cit. Congressu, et Gravaminibus *generalibus* A. 1772. reclamavit *Cap. III.* = *Circa Mandata Electoralia* DE SPONSALIBUS; *quibus declaratur: Sponsalia nihil Spirituale in se continere; ideoque cognitio, et judicium de ipsorum validitate RR. DD. Ordinariis contra doctrinam uniformem S. Ecclesiae, a primis ad nostra usque saecula propagatam, contra usum, et observantiam, imò leges ipsas, non Imperii Germanici solum, sed ipsius etiam Bavariae eripitur.* = Cit. *Concil. Salisburg.* pag. 642., et *Cap. VII.* Gravam. *particular.*, ubi *n.6.* pro *fundamento* Gravaminum affertur, = *Haec omnia facta, et ordinata fuisse* SINE PRÆSCITU ORDINARIORUM, SINE CONSENSU PONTIFICIO, *et ultra.* = Loc. cit. pag. 647. Sed tanti in *Principe* illo valuerunt querelae *Archiepiscopi*, et *Suffraganeorum* super argumento *Sponsalium*, ut de eorum = *cognitione fuisse conventum* = referat idem FLORIANUS DALHAM cit. pag. 647. col. 1.

(26) Cit. Artic. I. (2) in Opusc. = *Resultato* = pag. 17., et *latine* apud DALHAM in cit. collectione *Concilior. Salisburgen.* pag. 656. (*b*).

(27) Non aliter intelligi potest haec, quae *gradatim*, et *ex Jure* fieri debet Appellatio, quaeque ab inferioribus ad Principem usque provehitur; atque hunc in modum eam accepere adeo commendati Canones *Basileenses Sess. 31. de Causis*.

rebbe, se ogni Vescovo cercasse di erigere un proprio Tribunale Sinodale Provinciale per la terza Istanza per poter ivi giudicare tutte le Cause di Appello = (28). Sed *malignum* hoc consilium (29), quod nunquam excogitari debuisset, utpote contrarium *Constitutioni Hierarchicae*, *et S. Sedis Primatui* (30), quem hujusce Consilii Auctores agnoscunt, et ipsis, quas adeo verentur, et praedicant, *Imperii Legibus* (31), negant *executioni* posse committi = SENZA IL CONSENSO DE' SUFFRAGANEI . . . . *per mezzo di una* COMMUNICAZIONE . . . *L' Arcivescovo potrebbe nominare per questo Tribunale il Direttore, ed alcuni Assessori, e ciaschedun Suffraganeo uno, o due Assessori da mantenersi a proprie spese* = (32). Quae quidem conditio ampliata etiam fuit a *Caesare* tunc cum Tibi, caeterisque Metropolitanis rescribens apertè affirmavit, *executionem* harum Deliberationum pendere = *in gran parte dal* CONSENSO *fermo, e costante degli Arcivescovi cogli Esenti, con i loro Suffraganei, e con quelli Stati dell' Impero, ne' Paesi de' quali si estendono le loro Diocesi* = (33). Hic autem *consensus* si justus, et necessarius visus est quoad *Suffraganeos*, *Exemptos*, ac *Status*; multò sane magis *necessarius*, ac *justus* debebat esse quoad APOSTOLICAM SEDEM, de cujus *Jure* potissimè agitur; ut appositè

M 2 obte-

(28) Cit. Artic. XXII. (5) Opusc. = *Resultato* = pag. 28., et apud DALHAM pag. 665. (c).

(29) Hujus Tribunalis *novae* institutioni non modo contradixit Episcopus SPIRENSIS *litteris* datis Electori *Moguntino*, ac in publicam lucem editis, *n. 22. E.*, sed etiam L. WEISMANN in suis ad Congressum *Emsensem Animadversionibus eod. n. 22. E.* addit. = *In hoc non consentient Episcopi exempti Directorium* =, idque probat multis, et validis rationibus; id ipsum generatim sentit etiam REINFELD, Auctor in Sedem Apostolicam admodum infensus, in citat. Opusculo = *Rifiessioni* = num.80., ibi = *Questo progetto non verrà eseguito* = et rursus = *In somma questo progetto ha l'odore della* VOGLIA DI DOMINARE, *la quale non soffrirà sì facilmente* UN SIGNOR PRINCIPE VESCOVO TEDESCO =. ADD. Opusc. = *Osservazioni Storiche sul Congresso d' Ems etc. Francfort e Lipsia* 1787. =

(30) Vid. Opusc. = *Defense etc.* = pag. 35. ad *Pag.*137., et pag.98. *a*.

(31) Ad has pertinent *Concordata Principum*, quibus contraire Tribunal hujusmodi idem *Episcopus* SPIRENSIS, et L. WEISMANN apertè affirmant, et probant juxta *Germanorum* sententiam in *citat. locis*.

(32. Cit. Artic. XXII. (5) pag.28., et apud DALHAM cit. pag.665. (c).

(33) Ita legitur in Opusc. = *Resultato etc.* = n. IV. §.*Sopra* pagg. 34. 35. Vid. C.I. §.10.

obtestatum est *Capitulum Metropolitanum Mechliniense apud Belgii Gubernatores* (34).

14. *Tu* vero è contra, cum manifesta *S. Sedis dissensione*; sine ulla *Suffraganeorum scientia* (35), quorum aliqui suas querelas apud Caesarem detulerant adversus Emsenses Deliberationes [Cap.I. §.10.], et absque *Statuum consensu*, instituisti TRIBUNAL [*a*], non pro illa tantum parte Dioecesis, quae Tuae Ditionis Electoralis ambitu continetur, sed pro illis etiam partibus, quae *alienae Ditioni* subjiciuntur, et pro Dioecesibus quoque Ecclesiarum *Suffraganearum*, quae in Ditione *alieni Principatus* existunt.

15. Tu ne verbum quidem facis de Judicibus *Pro-Synodalibus* [*b*], sed *Officialem* tantummodo, et *Assessores* nominas, et eos quidem tum Ecclesiasticos, tum *Laicos*; utrisque *pariter* tribuens Jus ferendae Sententiae, etiam in Causis *Ecclesiasticis* (36), sive res spectent, sive Personas respiciant, sive crimina comprehendant (37), adversus omnium *Canonum* sanctionem (38).

16. Tu Officiali, omnibusque Assessoribus praecipis, ut *Juramenti* vinculo promittant, servaturos se = *Ordinationes tam* fa-

(34 In *Notula* eisdem data, signataque die 22. *Junii* 1787., quae prostat in cit. = *Recueil.* = Par. Ecclesiast. III. pag. 9. et seqq. = *Nous croyons* DEVOIR *reclamer aussi celle des Juges Synodaux établis et en* USAGE *dans ce Pays depuis un tems immemorial; et si nous avouons volentiers, qu' il convienne, qu' il soit fait une réforme salutaire dans le nombre des sentences de ces Juges, requis pour mettre fin a l' appel, nous pensons avec raison, que la* JUSTICE *exige, que le* SOUVERAIN PONTIFE, *l'Archeveque, et le Chapitre Metropolitain y interviennent* =.

(35) Vide cit. Opusc. = *Defense etc.* = pag. 98. *a.*

[*a*] Confer cit. novas *Pontificis* Litteras a §. 1. ad 12.

[*b*] Vide cit. Litteras §§. 4. 5. 6. 11.

(36) *Ordinationis* Tit. I. §. 4., Tit. VII. §§. 14. et 16.

(37) Tit. II. §. 7., Tit. XVI. §. 69. et seqq., Tit. XVII. §. 74. et 75.

(38) Adeò *Canones* arcendos curarunt *Laicos* a Judiciis *Ecclesiasticis*, ut ne *Episcopi* quidem possint illos ad Judicia hujusmodi *advocare*, vel *Clericorum* Causas sive Civiles, sive Criminales, ac multo magis *Ecclesiasticas* eisdem sive solis, sive *una simul* cum Clerico *delegare* judicandas ad *Text.* in Cap. *Decernimus* 1. *de Judiciis*, C. *Cum Laicis* 12. *De rebus Eccles. non alienan.*, C. *Si diligenti* 12., C. *Significasti* 18. *De for. competen.*, et C. unic. *de Cleric. Conjugat.* in 6. Id ipsum vetuit Concilium *Salisburgense* A. 1569. *Constit. XXXIX.* Cap. 4. jubens, ut Consistorii *Ecclesiastici* = *Judices ipsi* ECCLESIASTICI *sint aetatis maturae* .... *et in* SACRIS *constituti* = cit. DALHAM pag. 452.

factas, quam faciendas = (39): Tu Assessoribus, praesertim *secundae* Instantiae, prohibes [*a*], quominus permittant, ut = *propter aliquam in Officialatus Tribunali pendentem, vel decisam Causam a quoquam, vel minimum quocumque modo appellari possit* = (40): Tu denique Assessores adstringis ad omnia definienda = *secundum Synodalia Statuta, veteres, et novas Reformationes Curiae nostrae Archiepiscopalis Colonien., et in Edictorum collectione contentas, ad* OFFICIALATUS TRIBUNAL *concernentes Archiepiscopales, et Electorales Ordinationes* =(41); caeteras *abrogando* Ecclesiasticas Leges Constitutionibus hisce adversantes; = *Quod verò*, inquis, *in his non est praescriptum, vel imposterum non ulterius ordinabitur, hisce exclusum, iisque derogatum esto* =(42).

17. Ad evellendam autem è Populorum mentibus quamcumque speciem *antiquae*, et legitimae formae Judiciorum, et ad longius arcendam quamlibet sive *Nunciaturae*, sive *S. Sedis* mentionem, *abolenda* censes tum *Monitoria*, tum *Citationes* typis impressas, *novasque* formulas in usum vocas (43); et Officiis *Notariorum* deletis, novam instituendam curas *Cancellariam* (44); *Procuratores* denique cogis, ut eadem Juramenti lege se adstringant, qua supra diximus Officiales, Assessoresque colligatos (45).

18. Ad *Tua Jura* quod pertinet *Dioecesana*, atque *Metropolitica*, sive ex Jure Communi descendant, sive ex *nova* etiam, ac Legibus *contraria* Consuetudine [*b*] proficiscantur, edicis, ut *integra* omnia, et salva maneant: praescribitur enim a Te novo huic Tribunali = *universalis in* PRIMA *Instantia cum omnibus in iis per specialia Privilegia non exemptis Judicibus Dominis subordinatis, et Tribunalibus* CONCURRENS JURISDICTIO=[*c*]; Jurisdictio, inquimus, cujus origo petitur a quadam *Ordinatione* diei 18. *Septembris* 1743. (46); idque praecipitur, locum habere in Causis etiam *criminalibus* per haec verba, = *Quantum ad Cognitionem super* DELICTIS ECCLESIASTICORUM *servabitur, quae hactenus in usu fuit*, CONCURRENTIA *cum* De-

(39) In *Appendice Ordinationis* num.I., et II.

[*a*] Consule novas *Pontificis* Litteras §.16.

(40) Cit. *Append.* num.III.

(41) *Ordinationis* Tit. XIX. §.87.

(42) Cit. §.87. in fine.

(43) Tit.V. §.12.

(44) Tit.VIII. §.29.

(45) Eod. Tit. §.30.

[*b*] Vide cit. novas *Pontificis* Litteras a §.4. ad 7.

[*c*] Vide cit. Litteras §.14., et 15.

(46) Tit.II. §.7.

Decanis Capitulorum, *et Ruralibus* = (47). Imo vis, ut firma atque intemerata maneat *Officialatus* facultas relaxandi *Mandata poenalia* adversus ipsa Tribunalia *minora*: haec enim jubere pergis; = *maneat, quae hactenus in usu fuit*. CONSTITUTIO, *serveturque facta clementissima* ORDINATIO *die* 18. *Septembris* 1743, *quod nimirum* TRIBUNAL OFFICIALATUS *ad* SUBORDINATA *Tribunalia in Territorio Coloniensi cis*, *et trans Rhenum* MANDATA PŒNALIA *mittere possit* (48).

19. Ad *Jura* autem *Sanctae Sedis* quod pertinet, nulla est tam sancta *Lex*, quae non violetur, nulla longaevae possessionis *Praescriptio*, quae non profligetur, atque evertatur, non sine manifesta, ac turpi *contradictione*. Ad *Te* enim *unum* Jura transferens, quae propria erant *Sanctae Sedis*, utque *omnes* Instantiae in Te uno deinceps cumulentur, atque uniantur, Legem *tertiae Appellationis* evertis; legem, inquimus, Jure tum *Civili* (49), tum *Canonico* (50) firmiter constitutam, et in *Tribunalibus* praesertim *Ecclesiasticis* tum *Galliae*, tum *Germaniae* constanti usu receptam (51). Nil enim considerans, num concordes sint, an *discordes* quae eduntur Sententiae, praecipis, ut = *a Sententiis in* SECUNDA *Instantia latis nulla* ULTERIOR *Appellatio, quam ad* REVISIONEM *locum habeat* = (52): quod quidem Revisionis remedium *extraordinarium* Principis proprium (53), nulloque Jure Tibi competens in Causis *Ecclesiasticis* (54) Tibi uni adhibendum reservas juxta *Decretum Commune* diei 12. *Januarii* 1786. (55).

20. Ex quo fit, ut si agatur de Causis Ecclesiasticis *Tuorum*

(47) Tit.XVI. §.73.

(48) Tit.XII. §.54.

(49) Leg. un. C. *Ne liceat tertio provocare*.

(50) Cap. *Sua nobis 65. de Appellation.*, Clementin. un. *de Sentent. et re judic.*

(51) ALTESERRA = *de Jurisdict. Ecclesiast.* = Lib.VIII. Cap.4., VAN-ESPEN. *Jus. Ecclesiast.* Par. III. Tit.X. Cap.I. num.34., et Cap. II. num.11. et 12.

(52) Tit.VI. § 13.

(53) Leg. *Si quis* 5. C. *De precibus Imperatori offerendis*, *et* BENDER *de Revision.* Conclus. I. num. 3. Juri *Communi* consona est Constitutio *Germanica*, expressa in *Capitulatione Caesarea* Artic. XVII. §. 10., ubi *Imperator Revisionem* Causarum *Civilium* certis sub *legibus* pollicetur.

(54) In his *Ecclesiasticis* Causis, sive *Ordinario*, sive *Metropolitico* Jure definitis gerere nequit *Archiepiscopus Elector* ea, quae *Romani Pontificis* sunt propria, qui est Ecclesiae *Princeps*, et Caput.

(55) Tit.XIV. §§. 60. et 64.

rum Dioecesanorum, Tuae sint *tres* Instantiae; *tresque* Sententiae; quarum ultima est omninò peremptoria; *prima* scilicet, quam Tuus fert *Vicarius Generalis*, aut *Officialis*; *secunda*, quae profertur in *Tribunali Officialatus* a Te novissimè instituto, quod in *prima* etiam Instantia potest aliquando *concurrere* [*a*], quodque Sententiam non dicit *sine speciali Commissione* Officialis, aut Capitis *Tribunalis* in *qualibet* Causa (56); *tertia* denique, quam *Judices* dicunt in gradu *Revisionis* a *Te deputandi*: si verò de Causis agatur *Dioecesum Suffraganearum*, praeterquam quod Tu in *prima* Instantia cum Judice primae Instantiae aliquando *concurris* [*b*], habes etiam reliquas *duas*, unam scilicet in gradu *Appellationis*, et alteram in gradu *Revisionis* (57).

21. Absurdissima haec *Constitutio* fuit sine mora Curiis Dioecesum Suffraganearum indicta, ne iis quidem exceptis, quae sunt *Exemptae*, qualis est *Curia Leodiensis*. BARO enim DE WALDENFELS, Tuus Minister die 2. *Aprilis* 1788. litteras dedit *ad Officialem Leodiensem*, eidem significans deliberationem abs Te captam de novo instituendo Tribunali = *ad effetto di giudicare in* ULTIMA *istanza le Cause Ecclesiastiche tanto dell' Arcivescovado*, *che delle Diocesi* DIPENDENTI, *com' è quella* DI LIEGI, *e le altre* =; et apertè declarans, id *consilii* ceptum unicè fuisse, = *affinchè per una terza*, *ed ultima Istanza non ci sia più* OBBLIGO DI RICORRERE A ROMA = (58). Qui-

[*a*] Confer cit. novas *Pontificis* Litteras §. 13.

(56) *Ordinationis* Tit. XIV. §.8.

[*b*] Confer easdem Litteras *Pontificis* cit. §.13.

(57) Utut *diversi* in *singulis* Instantiis sint Judices, *destinantur* tamen *ab eodem Electore*; *suspicio* hinc cadere potest, ut ii in rebus *dubiis* ex *Politica* potius, quam ex Legibus Jus *interdum* dicant juxta monitum D. SELCHOW (*Elem. jur. publ. German. Tit. de Observantia Imper.* §.256.). Suspicio haec *eo magis* invalesceret, si Judices Ecclesiastici, et Tribunalia Germaniae *hodierna*, quod non credimus, ejus essent *conditionis*, cujus erant *aetate* CARD. ÆNEÆ, qui ita eos objurgavit Judices = *Oportet et vos justos esse*, *non autem pecunia*, *aut odio*, *vel amore PAUPERIBUS Justitiae claudere januas. Vidimus et Nos Tribunalia Vestra*, *et quomodo praebeantur INOPIBUS aures non ignoramus*: *quid mirum si oppressos a suis Judicibus ROMANA SEDES audiendos*, *sublevandosque censet? patrocinium hoc Orbis terrae*, *ac refugium a Domino constitutum est*, *in quo PARI LANCE DEBILI*, *AC POTENTI Jus reddatur* = cit. *Epist. Apologet.* Par.II. pag.685.

(58) Ita legitur in Opusc. = *Riflessioni sopra i 73. Artic. etc.* = pag.96. *a.*, et fusius *gallicè* in alio Opusc.

22. Quicumque justus aestimator *conferat* una simul rerum gestarum seriem a *Nobis* sincerè expositarum cum illa rerum gestarum serie, quae multa arte conficta, summaque industria *Scriptis* mandata (59), *tuo Nomine Comitiis generalibus* fuit exhibita [C. I. §. 29. N. 63.], facili negotio intelliget, quàm manca, et injusta sit *tua reclamatio*; ac vehementer non admirari non poterit, quod *Tu* de ea re *conquereris*, quae multis nominibus suppeditat *Nobis ipsis gravissimarum querelarum argumentum*. Debuissemus equidem Nos istius Tui *Tribunalis fundationem* [a] rescindere, atque abolere, illamque *irritam* penitùs declarare una cum omnibus *Actis*, quae *postea* sunt consecuta. Quod si ad aliud tempus hujusmodi *Declarationem* differendam putavimus, accidit id quidem tum ex Nostra benignitate, tum ex *non dubia spe*, qua ducimur, fore, ut Tu sis Nobis spontaneam, condignamque *satisfactionem* praebiturus.

23. Ne patere, quaeso, Ven. Frater, ut in *errorem* inducare. Quam *Tu* nuper *quaestionem* excitasti adversus hanc *Apostolicam Sedem*, Jus Tibi attribuens *delegandi* Judices Appellationum, ac Revisionum in secunda, et in tertia Instantia a Sententiis tum Suffraganeorum, tum Tuae ipsius Curiae Metropoliticae, ea excitata *quondam* fuit *a Suffraganeis adversus Metropolitanos*. Contendebant enim olim *Suffraganei*, Jus esse sibi *delegandi* Judices in Causis *Appellationum* a Sententiis suorum *Vicariorum* in *secunda* Instantia, quae *de Jure* spectat *ad Metropolitanos*.

24. Ecclesiastica Historia exemplum Nobis suppeditat non absimilis controversiae inter *Archiepiscopum Rhemensem*, ejusque *Suffraganeos* exortae. Delata ipsa, ut par erat, ad judicium Sum-

Opusc. = *Defense etc.* = n. VI. p. 90. seqq. Quod ipsum Opusc. legi potest pagg. 35. 36. ad *P.* 137. *Confutatoris* super *ultimis* Epistolae *Baronis de Waldenfels* verbis, quae etiam *latinè* refertur a DOCT. INGOLSTADIEN. n. VIII. p. 208.

(59) Commentationis, cui titulus = *Pro-Memoria alla Dieta etc.* = auctor reputatur *P. HEDDERICH*, qua super re legendum Opusc. = *Defense des Reflexions etc.* = pag. 6. §. *Mais ce* : quale autem de HEDDERICHIO latum jam a S. Sede, et ferendum ab omnibus sit *judicium*, videre est in alio Opusc. = *Riflessioni etc.* = ad §. 73. p. 226. *a.*, et *Colloq. VI.* DOCT. INGOLSTADIEN. a p. 35. ad 41. ADD. *Disceptat. Foren.* I. et II. Viri Cl. GOS. JOS. DE BUININCK = *De illuminato crimine falsi Litterarii etc. Dusseldorpii* 1788. =, et novas *Pontificis* Litteras §. 18.

[a] Consule cit. novas Litteras *Pontificis* §. 13.

Summi Pontificis INNOCENTII IV. in generali Concilio *Lugdunensi I.*, post inspectam, et consideratam Appellationis naturam, et vim, non potuit communi Patrum sententia non rejici, ac non profligari contentio *Suffraganeorum*, ac una opera Metropolitarum Jus sequenti Canone non vindicari = *Cum* SUFFRAGANEORUM *Rhemensis Ecclesiae*, *suorumque* OFFICIALIUM (*qui generaliter de Causis ad ipsorum Forumpertinentibus eorum vices supplendo cognoscunt*) UNUM, ET IDEM CONSISTORIUM, *sive* AUDITORIUM *sit censendum*; *ab ipsis* OFFICIALIBUS NON AD DICTOS SUFFRAGANEOS (*ne ab eisdem ad se ipsos interponi Appellatio videatur*), *sed de Jure* AD RHEMENSEM EST CURIAM APPELLANDUM = (60).

25. Qui Canon adeo visus est *Ecclesiasticae Hierarchiae ordini* accommodatus, ut Concilia quoque Provincialia, et *Coloniensia* praesertim AA. 1423., et 1470, a FRIDERICO, et ROBERTO Tuis Antecessoribus habita, voluerint hujusmodi Canonem *nova Lege* firmare. Praeceperunt enim, ut = OFFICIALIS NOSTER COLONIENSIS, *qui fuerit pro tempore in Causis Appellationum*, *quae* AD CURIAM NOSTRAM AB AUDIENTIA SUFFRAGANEORUM *nostrorum*, *seu eorum* OFFICIALIUM *devolventur*, *seu hactenus sunt devolutae*, SERVET JURA COMMUNIA, *et maximè illa*, *quae introducta sunt per fel. rec.* INNOCENTIUM PAPAM IV. (Cap. Romana de Appellat. in 6.), *quae hodie sunt inserta Lib. VI. Decretalium*; ALIOQUI IPSUM OFFICIALEM NOSTRUM AB OFFICIO SUSPENDIMUS = (61).

26. Jam verò si adeo probata est, et etiam nunc probatur *Metropolitanis* Decisio INNOCENTII IV., et rursus, si *ratio* decidendi *contra Suffraganeos* pro *justa* habita fuit; non videmus sane, qui fieri possit, ut *Metropolitani*, modò constantes sibi esse velint, non fateantur in *simili Causa Suffraganeorum* suam quoque Causam non fuisse *pari Judicio definitam*, atque absolutam; *eadem* enim ratio, quae contra Suffraganeos faciebat, = *ne ab iisdem ad seipsos interponi Appellatio videatur* =, uno eodem

N

(60) Cap. *Romana* 1. *de Appellat. in 6.* apud LABBÆUM T. XVII. col. 89., simile sub Archiepiscopo *Roberto A.* 1470. *in Exordio* T. XIX. col. 362.

(61) Concil *Colonien.* sub Archiepiscopo *Friderico A.* 1423. Can. 3.

demque modo *contra Te* facit, et *contra Tuum Tribunal*, quod cum in *secunda*, et in *ulteriori* Instantia *Te unum* semper referat, et *tua vice* fungatur, = *unum et idem Consistorium*, *sive Auditorium est censendum* =. Quae quidem rationis eadem, ac par *similitudo* perpensa a *Patribus Tridentinis*, eos induxit ad statuendum *peculiari Capite* (62), ut = *Legati*, *et Nuncii Apostolici*, *Patriarchae*, *Primates*, *et* METROPOLITANI *in Appellationibus ad eos interpositis*, *in quibusvis Causis*, *tam in admittendis Appellationibus*, *quàm in concedendis Inhibitionibus post Appellationem servare teneantur formam*, *et tenorem Sacrarum Constitutionum*, *et praesertim* INNOCENTII IV., *quae incipit ROMANA* =, ne quisquam in sua *competenti* Jurisdictione laederetur.

27. Si *Pontificibus* religio fuit Metropolitica Tua Jura adversus Suffraganeos vindicare, grati animi officium, et Justitiae lex abs Te postulat, ut *Tu* obsequio prosequaris *Apostolicae Sedis Jura*, quae pejore, ac deteriore conditione esse nequeunt, quàm Jura Metropolitanorum; aliàs id sequeretur *absurdi*, ut si Tibi per novas Delegationes liceret Sanctam Sedem supremis Appellationum Juribus expoliare, licitum quoque *Suffraganeis* foret eadem via, ac ratione *Te Tuosque Collegas expoliare Juribus Metropoliticis*, itaut dum Tu moliris *nova* Jura nancisci, *vetera* amitteres.

28. Post haec, bona cum venia apertè dicimus, esse Te prorsùs indignam, quam desperatam suscepisti provinciam defendendi, potuisse *novum Tribunal* institui [a], absque eo quod *novus* S. Sedis consensus accederet (63). Nemo enim sibi persuadebit unquam, Te *exquisiturum* illum fuisse, si *necessarium* Tibi minimè esse putasses (64). Sed momenta expendamus novi hujus diffugii, a Te non alia ratione excogitati, nisi quia *consensus* iste, per se necessarius, & a Te expetitus, Tibi fuit a Sancta Sede *jure denegatus*. Quod quidem examen dum a Nobis instituitur, ut tuis ratiocinationibus fiat satis, erit sequentis *Capitis* materies. CA-

(62) Sess.22. de ref.Cap.7.

[a] Scilicet *Revisionis* juxta novas *Pontificis* Litteras §.7.

(63) Cit. *Pro-Memoire*, seu *Projectum Conventionis* Ministri Electoralis Deputato Cathedralis *Leodiensis* exhibit. §.*Ex his quoque*.

(64) Consule in hanc rem *notas* in *Epist.Pastoral.* pag.12. *r*.

CAPUT VI.

DE ARGUMENTIS,

quibus idem *Coloniae Elector* contendit,

NOVUM AB SE INSTITUI POTUISSE OFFICIALATUS [a] TRIBUNAL

SINE AUCTORITATE, ET CONSENSU S. SEDIS

in vim

ULT. DECRETI *Sess.31. de Causis* CONCILII BASILEENSIS,

INSTRUMENTI ACCEPTATIONIS, seu ADHÆSIONIS

Diei 26. Martii 1439.,

ET CONCORDATORUM GERMANIÆ, nec non TRIDENTINI CONCILII

CONSTITUTIONUM BENEDICTI XIV.,

, ET CONSUETUDINIS ALIARUM ARCHIDIOECESUM.

1. TOtum *novitatis* hujusce fundamentum *Decreto* innititur *Basileensis Concilii Sess. 31.* Contenditur ergo, in *acceptatione quorumdam dumtaxat* Decretorum hujus Concilii (1) fa-

[a] Sive potius *Revisionis* juxta novas *Pontificii* Litteras cit.§.7.

(1) Omnia *non* fuisse acceptata Decreta ipse refert *Adnotator = Fascic.III.Docum.ad Concord.Nat.Germ. integ.* = num.VI. pag. 83., inquiens de Concilio Basileensi, = *è cujus sessione prima solummodò decretum UNUM, ex undecim sequentibus NULLUM, ex duodecima UNUM, è Sessionibus decimatertia, et quarta NULLUM, è decima quinta tantum ALIQUA etc. admittuntur, et Decretorum MODIFICATIONES, DECLARATIONES, et LIMITATIONES adhuc reservantur* =, et P. HEDDERICH in Diss. *ad Concordat. German.* 1773. Par. I. §.VII. *, quae refertur in *Fascic.III. ad Concord. etc.* num.XIV.*p.*162.ADD.Paucis ab hinc mensibus CHRISTOPHOR. GUILIELMUS KOCH Instrumentum Acceptationis Germanorum enarraturus Librum edidit jam *adpromissum* ab aliis Germaniae Scriptoribus hoc Titulo = *Sanctio Pragmatica Germanorum illustrata. Argentorati typis Rollandi, et Jacobi* 1789. =, in quo haec ait de *acceptatione* Decretorum Basileensium = *Ordines decreta Concilii Basileensis numero circiter XXVI. . . . sibi acceptanda esse censuerunt. Ex his XXIII. ante dissidium Patrum cum Eugenio ab anno MCCCCXXXI. ad annum MCCCCXXXVI. condita; reliqua post enatas jam turbas anno MCCCCXXXVII., et sequenti fuerant conscripta* .=*Histor.* Cap.I.§.10.p.15.

cta cum *modificationibus* per ALBERTUM II., et *Germaniae Proceres* in instrumento *acceptationis*, sive *adhaesionis* diei 26. *Martii* 1439. comprehensum fuisse = *ultimum Decretum tricesimae primae Sessionis*, *disponens de Causis*, *et de Appellationibus etc. Quod incipit ECCLESIASTICÆ SOLICITUDINIS STUDIUM etc.* =; contenditurque praeterea, istam acceptationem *probatam* quoque fuisse ab EUGENIO IV., et A NICOLAO V. *confirmatam* subinde ad instar *Regulae* in *Concordato Aschaffemburgi* inito per *Annum* 1448. inter NICOLAUM, et FRIDERICUM III. IMPERATOREM, aliosque *Principes Imperii* per clausulam *IN ALIIS* ibi adhibitam; ac denique *commemoratam* in variis *Imperii Legibus*, ac *Comitiis*, in *Capitulatione Caesarea*, nec non in *Constitutionibus*, et *Litteris* plurium posteriorum *Pontificum*.

2. Cum autem Canones Basileensis Concilii in cit. *Sess.* 31. *de Causis* jubeant, ut *per Sanctam Sedem Causae ad se devolutae committantur ad Judices in Partibus*; hinc Tu, *Coloniae Elector*, argumentaris, *obligationem* delegandi Causas *ad Judices in Partibus a Sancta Sede susceptam*, tunc cum hujusmodi Decreta *approbavit*, CONSENSUM praeseferre quoad *omnes* omninò Causas delegandas, et cuidam MANDATO GENERALI aequiparari posse; itaut *inutile* prorsus sit, *novum* consensum exquirere, *novamque* Commissionem in *unaqualibet* Causa postulare (2).

3. Sed totum hoc ratiocinandi genus fallax est, atque insidiosum, utpote quod tam in *re proposita*, quàm in *inductione* vehementer errat. Nos in tanta quaestionum copia nolumus in rebus immorari minime necessariis; quemadmodum necessarium sane non esset, ad *rerum propositarum* confutationem descendere; cum satis superque esset ipsa *evidens inductionis falsitas*. Sed ne quid intactum relinquamus, breviter, ac per *summa* veluti *Capita*, dicimus PRIMO, objectum *Concilii Basileensis Decretum Sess.* 31. *de Causis* prodiisse A. 1438., eo scilicet tempore, quo expressa declaratione EUGENII IV. legitimi Pontificis praedictum Concilium jam *Schismaticum* evaserat (3), veluti solemni deci-

(2) In cit. = *Project. Conventionis* = Leodiensibus dato a §. *Primum* ad §. *Cum igitur*. ADD. cit. Epistolam *Baronis de Wandelfels* datam *die* 2. *Aprilis* 1788. Officiali *Leodiensi*.

(3) Ut observat. BINIUS in *notis* ad Acta Concilii Basileen. verb. *Oecumenicum* apud LABB. T.XVII.

decisione statuit *Concilium Lateranense V.* sub LEONE X.; illud appellans = *Conciliabulum*, *seu Conventiculum nullius roboris* = (4), ac veluti agnovit ipse Scriptor *Anonymus* = *de Legatis, et Nuntiis Pontificum* = (5), et ipse *Adnotator Fasciculi tertii Documentorum ad Concordat. Nat. German. integ.* (6).

4. SECUNDO; *dubitari* meritò posse de instrumenti acceptationis diei 26. *Martii* 1439. *authenticitate*, quae ab eo *probanda* est, qui instrumentum ipsum profert in medium, illoque utitur. Scimus enim, *post trecentos et amplius annos* sumptum hujusmodi instrumentum fuisse *occasione controversiae in Causa Styrum ex privato* Archivo, seu Chartario Collegiatae Ecclesiae *S. Mariae ad gradus Moguntiae* (7); unde mirum esse non debet, si de hujusmodi authenticitate dubitent Germani ipsi, quemadmo-

T.XVII. col. 1271., cum quo concordat Germanicus Scriptor GEORG. CHRISTOPH. NELLER in = *Dis. jurid. de certis S. Concilii Basileensis Decretis etc. Aug. Treviror.* 1764. = §. 16. in *Thesaur. Jur. Ecclesiast.* A SCHMIDT Tom. I. pag. 307., ab eoque non dissentit P. HEDDERICH in cit. Dis. *ad Concord. German.* Par. I. §. VI. ** pag. 156. ADD. CHRISTOPH. KOCH loc. cit., et *not. x.*

(4) Sess. XI. in *Bulla*, quae incip. = *Pastor aeternus* =, quaeque in eodem Concilio lecta, et a PP. probata refertur a LABBÆO T. XIX. col. 967. C. D.

(5) Cap. III. §. 22. pagg. 42., 43.

(6) Pagg. 82. 83. his verbis = *Quod Concilium Basileense primitus equidem legitimè congregatum, tandem verò in CONCILIABULUM desierit.* (subditque) *Decreta saepe fata non ut Decreta Concilii .... considerantur ... Quid enim authoritatis illud habeat Concilium?* = Id ipsum dilucidè probat ANDREAS DUDVALLIUS Sorbonae Doctor in Libro = *De Suprema Romani Pontificis potestate* =, inquiens contra *Vigorium* = *Basileensem hanc Congregationem non Concilium, sed EXERCITUM, non consensionem, sed CONTENTIONEM, non Ecclesiae subsidium, sed EXITIUM, nisi DEUS solita providentia succurrisset, extitisse* =, ac concludens, = *nemo ergò mentis COMPOS, et judicii illud vere Oecumenicum putabit, sed potius tamquam LATROCINIUM EPHESINO PEJUS exhorrescet, et execrabitur* =. Apud JO. TH. DE ROCCABERTI in *Bibliotheca Max. Pontific.* edit. *Rom.* A. 1698. To. III. pag. 416. col. 1.

(7) P. HEDDERICH = *Element. Jur. Canon.* = Par. II. pag. 120., et 190. ADD. CHRISTOPH. KOCH *cit. Opusc.* = *Sanctio Pragmatica etc.* = in *Historia* Cap. I. §. 23. *fff.* pag. 46.

Digitized by Google

admodum testatur idemmet Suffraganeus *Wormatienſis* WURDTWIEINIUS, qui apographum illud evulgavit (8).

5. TERTIO; Nihili prorsus faciendam esse *confirmationem* acceptationis, per EUGENIUM IV. factam in Constitutione = *ad Tranquillitatem* =, dum maximis premeretur *anguſtiis* (9), et per NICOLAUM V. *renovatam*, ut Ipse asseris; quid enim roboris habere potest *haec confirmatio*, semel ac probari *authentico* ullo monumento nequit, fuisse in actu confirmato comprehensum *Decretum Seſs. 31. de Cauſis*, de quo agitur?

6. QUARTO; Confirmationem ipsam EUGENII IV., a NICOLAO V. renovatam nec indefinitam, nec perpetuam fuisse, sed *conditionibus* alligatam, et *temporariè* factam, itaut cessare deberet, altera obveniente ex duabus conditionibus, ab EU-GE-

(8) Tom.VII. *Subſidiorum Diplom.* n.XLII. pag.330. ADD. WURDTWIENIUS editurum se monumentum hujusmodi publice professus jam erat in *Elencho Conciliorum Moguntin.*, quem A. 1761. *Moguntiae* typis vulgavit. Sed hujus promissa praevertit A. 1763. HORIXIUS, qui edito absque die et consule Libello, cui Titulus = *Concordata Nationis Germaniae integra* = hoc instrumentum edidit, quod iterum evulgavit in alia ejusdem Libelli una cum quibusdam *lucubrationibus* editione AA. 1771. et 1773. *Francfurti et Lipſiae*; quin tamen, *unde* monumentum illud deprompserit, *unquam* indieasset, ac probatum daret. WURDTWEINIUS autem A. 1776. instrumentum acceptationis, uti sumptum *ex Archivo Eccleſiae Collegiatae Moguntinae B. M. V. ad Gradum* edidit *Subſid. Diplomat.* loc.cit. Qui modo ad *authenticitatem* hujus instrumenti *probandam* superaccessit CHRISTOPH. GUIL. KOCH in cit. Libro= *Sanctio Pragmatica etc.* = omne se punctum tulisse arbitratur, eo quod duo protulit similia Instrumenti monumenta, quae prostant in *Moguntino*, et *Salisburgenſi* Archivo. Sed, ut alia mittamus, *diſcrepantia* quaedam hujusmodi exemplorum, et *errores*, quibus scatent, prout idemmet *editor* fatetur tam in *Praefatione*, quàm in *Notis*, fovent de falsitate suspicionem: praesertim cum validissimum accedat argumentum ex trium Saeculorum *ſilentio* desumptum; cujus vim perperam eludere conatur cit. KOCH falsas silentii causas effingens (*Hiſtor.* Cap.I. a §. 19. ad 22. pag. 38. et seqq.), quae rebus *vere* actis non conveniunt, et Apostolicam Sedem aequè ac *Caeſarem*, ejusque Oratorem ÆNEAM SILVIUM, nec non *Archiepiſcopos*, et *Epiſcopos* omnes Germaniae, qui Concordato a Natione cum Sede Apostolica inito accesserunt, *graviter* laedunt.

(9) Ad caeteras accedebat angustias *extrema* corporis *infirmitas*, qua pressus procumbebat in lecto, uti refert ipse NELLER in cit. = *Diſ. de certis etc.* = §.10. d. Tom.I. pag.278. ADD. Id ipsum narrat KOCH loc. cit. §.§. 12. 13. pag. 20., et seqq.

Digitized by Google

GENIO *distinctim* adhibitis per haec verba, = *donec per* LEGATUM *concordatum fuerit*, VEL *per* CONCILIUM, *quod convocare proponimus*, *aliter fuerit ordinatum* = (10); hac insuper adjecta animi sui *declaratione*, animadversione dignissima, = *Speramus autem*, *et a certo tenemus*, *dictos Regem*, *Archiepiscopum*, *Marchionem*, *et alios Principes*, *et Praelatos tamquam devotos ipsius Sedis non passuros*, *medio tempore Romanam Ecclesiam remanere in suis Juribus spoliatam* = (11). Jam verò non una tantum, sed *utraque* satis solicite obvenit conditio post mortem EUGENII mox insequutam. Etenim inter NICOLAUM V. ipsius Successosem, et NATIONEM GERMANICAM initum fuit *Concordatum*. Quare jam tum factus est *primae* conditioni locus, quae sola sufficiebat, ut confirmatio evanesceret, atque abiret in auras. Notum enim Juris Axioma est, ut duabus conditionibus disjunctim positis, *alterutrius* eventus sufficiat; adeo ut si *confirmatio* durare *tantum* debebat, = DONEC

(10) Indigitatur hoc loco maxime infensa S. Sedi collectio *Horixiana*, cum adjunctis *Fasciculis* Vid. *Concord. N. G. I.* Tom. I. num. V. §.4. pagg. 145., 146. Vim hujus *suspensivae* clausulae probè intellexere NELLER §. 14. * * pag. 282., et JO. HENR. THIERY in dis. = *De libertate Ecclesiar. German. Concordatis vindicata* = §. 13. *Fascic. III. ad Concord. Nat. Germ.* num. XVI. pag. 292., eamque *suspensivam* clausulam nervosè objicit contra *Protestantes* P. HEDDERICH in sua Dis. = *ad Concordata etc* = Par. II. §. 6. * pag. 105. ADD. ÆNEAS SILVIUS, PROCOPIUS, JOANNES DE LYSURA, FRIDERICUS SESSELMANNUS, quorum primi duo erant *Caesaris*, secundi vero *Principum Foederatorum* ad Pontificem EUGENIUM *Legati*, non aliud postulabant quam *temporariam*, et *conditioni alligatam* confirmationem Decretorum, uti aperte colligitur ex *Relatione* hujusce Legationis ab ÆNEA SYLVIO exarata A. 1447. ad FRIDERICUM III., in qua haec *Legatorum omnium* nomine reposita *Cardinalibus* ad Concordiam designatis fuisse narrat = *Nationes non posse exemplo uti nostro*, *qui TEMPORALIA*, *NON PERPETUA quaerebamus*, *ad futurum usque Concilium mansura* =, uti legitur apud KOCH in cit. Opusc. *Sanctio Pragmatica etc.* pag. 323., qui documentnm hoc ex BALUTIO desumptum integre refert in *Sylloge Documentorum* num. XXX. subdens loc. cit. *h.*= *Ex hoc Æneae loco intelligimus*, *eam vere tum fuisse Paciscentium mentem*, *ut pactum non perpetuum*, *sed TEMPORARIUM conficerent.* = V. cit. *Syllog.* num. VII. pag. 183. et seqq., ubi refertur *Bulla* EUGENII super confirmatione Decretorum Basileensium.

(11) *Concord. N. G. I.* loc. cit. pag. 146. ADD. KOCH loc. cit. pagg. 184. 185.

NEC *fuerit concordatum* =, ab ipsa die initi Concordati *cessaverit* [*].

7. Nec cessationi adversatur clausula = *In aliis* = in Concordato apposita, et in haec verba concepta = IN ALIIS *autem, quae per felicis recordationis Dominum* EUGENIUM PAPAM QUARTUM *pro Natione praefata usque ad tempus futuri generalis Concilii permissa, concessa, indulta, atque decreta, ac per memoratum Sanctissimum* D. N. PAPAM NICOLAUM *confirmata fuere, in quantum illa Concordiae praesenti non obviant, ista vice nihil extitit immutatum* = (12). Nam hujusmodi clausula congruè intelligenda est de *aliis* dumtaxat rebus, quae ab EUGENIO concessae, *et* a NICOLAO confirmatae quemdam quasi *nexum* habebant cum *Concordato*, cum *Re* scilicet *Beneficiaria*, quod *unicum* erat Concordati argumentum (13) in quan-

[*] ADD Celebris Auctor *Goettingensis* L.T. SPITTLER *Lutheranus in Dissertat.* relata in *Goetting. Historisch Magazin. Band. I. Stuck. II.* pag. 376. hoc ipsum propugnat; videlicet Decreta Basileensia non comprehendi in Concordato, verbaque Bullae EUGENII IV., qua Decreta firmantur, ita accipienda esse, ut consensum Decretis acceptatis accommodet tantum Pontifex, *donec* cum Legato ejus *concordetur*; pactoque *semel inito*, omnis horum Decretorum *obligatio cesset*; praesertim cum verbum *aliter* in Eugeniana Bulla, non Concordato ineundo, sed *Concilio* convocando famuletur: quae profecto Bullae lectio a Germanis *accepto habitae* praeferenda est verbis nonnullis, quae occurrunt in *Relatione Æneae Sylvii ad Fridericum III.*, quibusque abutitur KOCH in cit. *Historia* Cap. I. §. 24. pag. 49., et in *Summario*, sive Epigraphe cit. *Eugenianae* Bullae in *Sylloge Documentor.* num. VIII. pag. 183.

(12) Cit. Tom. I. Collect. *Horixianae* num. VII. pagg. 173. 174., ubi refertur Concordatum *sub imagine, et ratione Pacti*, prout scilicet initum fuit die 17. *Februarii* 1448. inter JO. CARVAJALEM *Cardinalem Legatum de Latere* missum, et *Nationem Germanicam*. Sub altera autem formula, videlicet *sub stylo Bullae*, quam rogatu Nationis pro confirmatione conclusi edidit NICOLAUS V. *Kal. Aprilis* ejusdem *anni* per Constit. = *Ad Sacram* =, refertur idem Concordatum in variis *collectionibus* Bullarum RR. PP., ac praesertim in *edit. Romana Mainardi* Tom. III. Par. III. Constit. I. *Nicolai V.* pag. 61. et seqq., ubi clausula *In aliis* legitur §. 6. pag. 63. Utramque formulam *distinguit* BARTHEL in Dis. III. = *de Concordat. German.* = Cap. I. §. 2. ADD. Concordatum sub *utraque* formula refert KOCH in *Syllog. Docum.* n. XIII. XIV. XV. a pag. 201. ad 244.

(13) Id *utraque* praesefert *Concordati* formula; in ea enim per *modum Pacti* ita legitur = *conclusa, laudata, et acceptata sunt Concordata* SUBSCRIPTA. *Sanctissimus D. N. Nicolaus*

quantum illa Concordiae praesenti non obviant ; dèmptis enim *Beneficiorum* pragmaticis , *reliqua* Conciliabuli Basileensis Statuta rejecta fuerunt , teste Cardinale ÆNEA SILVIO , qui , cum nomine Imperii Concordato interfuerit , est ejusdem Concordati *interpres* locupletissimus .

8. = *Erant* , inquit ille *ad Martinum Meyer* , QUI *decreta Basileensis Concilii* OMNIA *suscipienda contenderent* , *illisque salvis Papae obediendum* . *Contra* LEGATUS APOSTOLICUS *ejus Concilii Legibus* , *quod Romana Sedes refutasset* , NULLAM *inesse vim* , *ajebat* : ALII , *quibus* MEDIA *sententia placebat* , VERUM *Basilèae Concilium* ALIQUANDO *fuisse affirmabant*, EJUSDEM TEMPORIS *Constitutiones* HAUDQUAQUAM *rejicendas esse putabant* . POSTREMO *eo modo* CONCORDIÆ *locus fuit* , *ut Sententia* QUORUMDAM *Decretorum*

colaus Papa Quintus SUPER PROVISIONIBUS ECCLESIARUM , BENEFICIORUMQUE *quorumcumque utetur reservationibus juris scripti* , *et Constitutionibus* = Execrabilis = *et* =Ad Regimen = *modificatis*, *ut sequitur etc. item circa provisionem Apostolicae Sedi ordinandam* , *modus* ANNATARUM *hoc modo* CURRAT etc. = Sequitur mox clausula *In aliis autem etc.* = (Tom.I. *Concord. N.G.I.* n.VII. pagg.161.171.173.):in altera vero formula sub stylo *Bullae* sic = *Nos Statuta* , *Ordinationes* , *et Concordata praedicta* .... APPROBAMUS , *ratificamus* ... *juxta* MODUM , *et* FORMAM *subsequentes* . PLACET *Nobis* , SUPER PROVISIONE ECCLESIARUM, *et* BENEFICIORUM *Ecclesiasticorum quorumcumque provisionibus uti Juris scripti Reservationibus et* = Execrabilis =, *ac* =Ad Regimen = *Constitutionibus modificatis*, UT SEQUITUR etc. *Placet* SIMILITER *Nobis*, *quod circa* PROVISIONEM *dictae Sedis ordinandam* MODUS ANNATARUM *hoc modo* CURRAT etc. IN ALIIS AUTEM etc. = *Bullar. Roman.* loc. cit. in Constit.I. *Nicolai* V. §§.2.,5., et 6. pagg.61., 62., et 63. ADD. Audi , quid animadvertat KOCK ad cit. num. XIV. pag. 234 (85): = *ubi de vera lectione agitur* , *authenticam potius Germanicam Pacti*, *quàm Romanam Bullae Nicolai V. Pontificis esse attendendam* = . Inutile hic est, hanc refellere opinionem, cum ex ipsis documentis *ab Auctore* prolatis conficiatur , Germaniae Principes Concordatum suscipientes , Episcoposque illud in vulgus edentes respexisse *Bullam Nicolai V.*, non pactum cum Natione initum . At insuper extra controversiam est , nullam adesse lectionis *varietatem* inter *utramque* formulam tum in clausula *in aliis* , tum in caeteris Concordati partibus, quibus *Pontifex Summus* utitur hoc loco ad eamdem clausulam interpretandam .

torum Basileensis Concilii reciperetur, RELIQUA *verò* EJUS STATUTA REJECTA *viderentur* = (14). Si itaque *Sententia tantum quorumdam* Decretorum recepta fuit, RELIQUA verò ejus Concilii Statuta REJECTA; *recentes* Scriptores (15), *Delegatique Metropolitanorum* ad Congressum Emsensem (16) nemini poterunt adversus tam nobile testimonium suadere, Basileensia Decreta efficere REGULAM *Concordatorum*, cum è contra *vix Exceptionem* eorumdem efficiant in iis tantummodò partibus, quae *quorumdam* Basileensium Canonum *Sententiae* cohaerent.

9. Haud ignoramus equidem fuisse quosdam, qui contendant, = *plures in Concordatis materias contineri*, *quam vulgus existimat* . . , *etiam punctum* DE CAUSIS (HOC EST DECRETUM SESS.31. BASILEENSIS DE CAUSIS, ET APPELLATIONIBUS) *fuisse determinatum* = (17), quique defendant huc

(14) In Cit. *Epist. Apologet.* part. II. § *Et primum* pag. 674. Cum his egregiè concordant quae jam scripserat idem MEYER in *litteris* diei 6. *Augusti* 1457., quae referuntur in alio cit. volumine = *Æneae Silvii Piccolominei Opera omnia* = Lib. I. Epist. 369. pag. 389. Vim hujus loquendi formulae probè novit Germanus Auctor NELLER §. 14. * pag. 282., eam scilicet secumferre = *omnia rejecta fuisse* TACITE', *quae non fuerunt* EXPRESSE' *in Concordatis adoptata* = : improbè autem, et sine ulla causa corripit ÆNEAM, adeò praeclarum actorum in *Concordia Testem*, inquiens = *debuisset ille converso stylo sic scribere*, *ut sententia quorumdam Decretorum dimitteretur*, *caeterorum verò*, *queis nulla contigit expressa variatio*, *retineretur*. = ADD. Cum *Nelleri* opinione convenit KOCH cit. recentissimo Opusc. in *Histor. Sanction. Pragm.* Cap. II. §. 24. pagg. 49. 50. *inconstantiae* accusans *Æneam*, qui dum aliud docuerat in *Historia Austriaca* = *in alia omnia paulo post discessisse videatur*, *ingeniosè persuasurus Germanis*, *pactione Vindobonensi* RELIQUA OMNIA BASILEENSIA DECRETA FUISSE SUBLATA =.

(15) P. HEDDERICH in Tract. *de Appellation.* §. 44. d. Tom. II. *Conc. Nat. Germ. Int.* pag. 228., et in Dis. *ad Concord. German.* Par. I. §. X. cit. *Fascic. III.* pag. 178., JO. THIERY §. 14. pag. 293., ANONYMUS *de Legat. et Nunt. Pontif.* Cap. III. §. 27. pag. 53., REINFELD = *Osservazioni sul risultato etc.* = Art. VII. *a.* n. 35. vers. *Questa*; BOEHMER = *Pensieri etc.* = §. 11.; aliique. ADD. Hos inter recensendi sunt Scriptores potissimum *Moguntini*, quos laudat, sequiturque KOCH loc. cit. §. 23. pagg. 45. 46.

(16) ARTIC. VII. (1) in cit. Opusc. = *Resultato* = pag. 21., et apud DALHAM pag. 660. (a)

(17) Ita ANONYMUS in Scripto = *De insigni Libertate Cleri Germanici*

huc respexisse ipsum CARDINALEM ÆNEAM in *Historia Austriaca*, quam ex Codice Vindobonensi erutam publici juris fecit A. 1762. ADAM FRANCISCUS KOLLARIUS Bibliothecae Caesareae Custos (18): ibi enim legitur, statutum in *Concordato* fuisse *modum*, = *qui servandus esset in futurum*, *et circa Collationes Beneficiorum*, *et* CIRCA CAUSAS = (19); sed non ignoramus quoque, huic editioni, omnium recentissimae *tres* alias editiones praeivisse, alteram *Argentinensem* A. 1685. cum *Notis* JOANNIS HENRICI BOECLERI, alteram *Elmastadiensem* per SUSTERMANNUM concinnatam A 1700., alteram denique JOANNIS HINDERBACHII (20) *Argentinae* vulgatam A. 1702. cura JOANNIS SCHILTERI (21): cui quidem postremae editioni *Supplementa* quaedam paraverat GENTILOTTUS et ipse Bibliothecae Caesareae Custos, sed adhuc inedita typis vulgavit KOLLARIUS A. 1762., haec de se scribens; = *Loca plurima vel* EXPLEVI, *vel* INTEGRITATI SUÆ RESTITUI, *et quae* HINDERBACHIUS PARUM CAUTE RESECUERAT, *suis locis* INSERUI = (22). Jam verò certum est, ac legenti patet, in his *antiquioribus* editionibus, et in editione praesertim HINDERBACHII, cujus opera est usus *Cardinalis* AENEAS idiomatis *Theutonici* ignarus = *in ipsa conscribenda Austriaca Historia* = (23), minime contineri *Tractatum* inter S. Sedem, et Nationem initum, multoque minus fieri mentionem *de Causis*: quod luculentissimo est argumento, gravissimae *suspicioni*

nici circa impositionem Decimarum = § 3. in collectione *Horixiana* Tom. I. Additam. II pag. 183. 184., cui consonat P. HEDDERICH in cit. = *Tractat. de Appellationibus etc.* = §. 41. pag. 223. ADD. KOCH loc. cit. § 24. pag. 49., et in *Sylloge Document.* n. XXIX. pag. 313. *b.*

(18) Tom. II. cit. *Operis*, = *Analecta Monumentorum omnis aevi Vindobonensia* = *Vindobonae* A. 1762. col. 1. ad 476.

(19) Cit. To II. col. 139. *A.*

(20) Vixit HINDERBACHIUS aetate *Cardinalis Æneae*, et reliquit *manu* exaratum Codicem, inscriptum, commendatumque MAXIMILIANO FRIDERICI *Imperatoris Filio*, qui Codex *Brisaci* adservabatur, continetque exemplum *Historiae Austriacae*. Vid. *Epistolam ad Lectorem* ab ipso KOLLARIO praefixam cit. Tom. II.

(21) Super tribus hisce editionibus consulenda cit. *Epistola ad Lectorem* d. Tom II.

(22) Cit. *Epist. ad Lectorem* pag. incip. *quae extat*.

(23) Ut refert KOLLARIUS ipse in Monito III. ad *Continuat. Hist. Austr.* d. Tom. II. col. 551., et 552.

cioni obnoxium esse oportere id omne, quod *postremae* huic editioni *recenter* accessit, quodque ibi legitur minutioribus characterum formis expressum (24).

10. Crescit autem magis, magisque suspicionis *fundamentum*, eo quod *ex una* parte constat ex testimonio LAMBECII alterius Custodis Bibliothecae Caesareae (25), et ipsiusmet KOLLARII (26), *duos* in *eadem* reperiri authographos *manu scriptos* Codices *Historiae Austriacae* (27); constat verò ex *altera*, fatente eodemmet KOLLARIO editore (28), *additionem* ab ipso factam *Hinderbachianae*, sive *Boeclerianae* editioni UNI tantum inniti ex duobus Codicibus. Accedit ad haec, quod *ambo* hi Codices sunt = LECTU DIFFICILLIMI *propter frequentes* LITURAS, *quibus, ut inter componendum fieri solet, inquinati, et conturbati sunt*: DISCREPANT *etiam iidem* NON MEDIOCRITER *a se invicem* =, veluti LAMBECIUS oculatus Testis affirmat (29), ac veluti ex testimonio GENTILOTTI *Editor* ipse fatetur (30). Hinc sanioris *Critices* regulae non suadent modò, sed persuadent, ut potius quam *sublestam* sequamur fidem *recentis* editionis, quae prodiit in vulgus, dum celebris ferveret

(24) Cit. Tom. II. a col. 112. ad col 168.

(25) In epistola diei 18. *Septembris 1669.* ad *Boeclerum*, quam refert KOLLARIUS in Monit. II. ad = *Boecleri in Historiam Æneae Silvii Austriacam Adnotationes* = eod. Tom. II. col 487., et seqq.

(26) Cit. *Epist. ad Lectorem* pag. incip. *fuisse etc.* ibi = *Lambecius excusum typis, et a Boeclero, ut videtur, submissum exemplum cum* UTROQUE MANU EXARATO LIBRO *composuit* =.

(27) *Unus* incipit = *Historiarum Scriptores, qui veraces sunt etc.* =, *alter* verò = *Federici Tertii Romanorum Imperatoris, qui fuit etc.* =, uti legitur in ead. *epist.* loc. cit. col. 484. in princ.

(28) Audi illum ita ajentem col. 111. (1) = *In editione* (*Hinderbachii* videlicet, sive *Schilteri*) DEERANT *integra novemdecim folia manuscripta cum dimidio, quae extant in* CODICE CÆSAREO I. *a fol. 1. pag. 2. usque ad fol. 21. p. 1.* = De *uno* itaque tantum *collato* Codice loquitur, sive de uno tantum *exemplo*; de *alio* enim ne verbum quidem. Id porrò sive ex *negligentia Lambecii* factum fuerit, qui aliud exemplum consulere praetermiserit, sive ex ejusdem *calliditate* acciderit, eo quod nulla ibi *mentio* de Concordato, sive *de Causis* occurrat, aliorum erit judicium.

(29) Ead. *epist.* ad *Boeclerum* loc. cit. col. 484.

(30) *Epist. ad Lectorem* cit. pag. incip. *fuisse*.

Digitized by Google

veret *super causa Styrum* controversia, quae non parum ab *antiquis* editionibus *differt*, et auctoritati innixa est *unius* tantum ex duobus caeteroquin *simillimis*, et *obscuris* Codicibus, consulere debeamus, et sequi *Responsiones* per CARDINALEM ÆNEAM *Martino Meyero* datas, quae, et sententiarum *similitudine* constantes, et in *quacumque* editione sine ulla varietate *concordes*, omnem sibi vindicant fidem.

11. Binae sunt MEYERI litterae, in quibus suas adversus Curiam Romanam querelas effundit (31). Nullam in *primis* litteris mentionem DE CAUSIS habet (32); habet verò in *secundis*, in quibus de *Indulgentiis* etiam, deque iis conqueritur, quae ad *rem Beneficiariam* pertinent hoc sub apparatu: = *frequentes afferuntur de Romano Pontifice querelae, qui neque* CONSTANTIENSIS, *neque* BASILEENSIS DECRETA CONCILII *custodit*, *nec* SE PACTIONIBUS ANTECESSORIS SUI *teneri arbitratur* = (33). Quo in loco minime sane explicavit MEYERUS, *quae Capita* querelarum spectarent ad *Conciliaria decreta* violata, quaeque ad *Concordatum* infractum, atque perruptum. At quod MEYERUS explicare praetermisit, egregiè, ac disertè CARDINALIS AENEAS in sua *duplici Responsione* explicavit; is enim postquam *praefatus* fuerat, *non omnia* Basileensia decreta *in Concordatum* transiisse, sed *ea tantum*, quae in illo fuerant *recepta*: = *Neque enim Romana Sedes* ALIAS *Constitutiones servare tenetur, quàm quae* RECEPTAE *videntur* = (34), distinctè designat, ac notat querelarum *Capita*, ad *Concordatum* pertinentia, quae

(31) Alterae = *ex Haseaffemburga Prid. Cal. Septembris* 1457. =, alterae *anterioris* temporis.

(32) Hae litterae non habentur; verum id colligitur *ex responsione* iisdem data a CARD. ÆNEA. *die* 8. *Augusti A.* 1457., in quibus licet satisfiat *quatuor* Capitibus querelarum a *Meyero* propositis, tamen ne verbum quidem occurrit *de Causis*. Responsio autem hujusmodi est *Epistola* 369. cit. volum. = *Æneae Silvii Opera omnia* = pag. 836., et seqq.

(33) Hae alterae *Meyeri* litterae referuntur a plurimis Germanis, exterisque Scriptoribus; eas refert etiam idem CARD. ÆNEAS in initio Libri = *de Moribus Germanorum etc.* = sive in *Epist. Apologetica* cit. volumine = *Pii II. Pont. Max. Commentarii* = pagg. 661. 662.

(34) Ita in *posteriori* responsione, seu in cit. *Epistola Apologetica* Par. II. loc. cit. pag. 672. C, et consonat *alia* responsio diei 8. *Augusti* 1457., quae est cit. *Epist.* 369. loc. cit. pag. 836., et seqq.

Digitized by Google

quae profectò ad *rem Beneficiariam* referuntur omnia ; cujusmodi generis sunt *Electiones Praelatorum*, *Reservationes*, *Expectativae*, *Beneficiorum minorum Collationes*, et *Annatae* (35), ibique objectam violationem strenuè vindicandam aggreditur (36).

12. Transit deinde ÆNEAS ad peculiares SUPER CAUSIS, et super *Indulgentiis* querelas dissolvendas (37). Quemadmodum autem *Basileensia decreta* ad *duo* haec Capita pertinentia *recepta non fuerant in Concordia*, ita nullam, dum *de his* loqui-

(35) Loco verborum, quae in memorato *Codice* leguntur, *circa Causas*, fortasse reponenda sunt verba *circa Annatas*; de his enim in *Concordato* actum fuisse nemo ambigit. ADD. Huic conjecturae maximum robur adjungitur ex documento Concordatis coaevo, sive ex quibusdam *litteris patentibus* FRIDERICI III. *sub dato Viennae* 17. *Febr. A.* 1448. ad FRIDERICUM *Archiepiscopum Sals.*, *quibus ei notificat Concordiam, seu Concordata inter Joannem Card. S. Angeli per Alemanniam Legatum*, *vice*, *et nomine Sedis Apostolicae*, *ac Nationem Germanicam super Provisionibus Beneficiorum*, ANNATIS, *et aliis factam*, *et habitam*, *seu inita*, *et conclusa*. Vides hic nullam DE CAUSIS fieri mentionem, sed *Causarum* loco ANNATAS poni; quae autem sequuntur verba = *et aliis* = recte sunt intelligenda *de aliis* in Concordato contentis ad *rem Beneficiariam*, et ad *medios fructus*, qui etiam *Annatarum* nomine veniunt, quoquo modo pertinentibus. Praestantissimum hoc monumentum nunc primum in lucem protulit CHRISTOPH. KOCH in recentissimo ejus Opere *Syllog. Documen.* n. XIV. (3) pag. 212.

(36) Accipe ex Ejusdem verbis, uti *querelas has omnes* super *Concordatis* constituat.. Ait enim quoad *Electiones*, = *Sed pergis ulterius*, *et* CONCORDIÆ *formulam attingens* DECRETUM SUPER ELECTIONIBUS IN BASILEA *promulgatum tamquam* RECEPTUM *esse in* CONVENTIONIBUS *videatur* INFRINGI, REIICIQUE *contendis* (loc. cit. pag. 672.); quoad *Expectativas*, = *De gratiis* EXPECTATIVIS *conquereris etc. At si conventa legeris etc.* = (pag. 686.); quoad *Reservationes*, = *Nunc de* RESERVATIONIBUS CARDINALIUM *dicendum occurrit etc. Sed illud fortassè te movet*, *quod* MONASTERIA *quoque reservari videntur*, *quod est* PACTIONIBUS *adversum* = (pag. 683.); quoad *Beneficia minora*; = *Illud autem constat*, *neque* NICOLAO *quondam*, *nec hodie* CALISTO PLUS AURI *ob commissas Ecclesias datum esse*, *quam ipsa* CONVENTA *permittunt* = (pag. 684.); tandem quoad *Annatas*, = *Illud sinemus intactum*, *quod ad exigendos Beneficiorum*, *quae* ROMAE *conferuntur*, *medios fructus*, *sive*, *ut ajunt*, *Annatas*, *nullam permitti Creditoribus moram accusas*; *quod tamen* CONVENTA *ipsa deposcunt* = (pag. 687.)

(37) Pag. 685. C., et pag. 686. B.

quitur, habet *de Concordato* mentionem: imò DE CAUSIS agens, excitat Nationis studium, et illam hortatur, ut se ad Sanctam Sedem convertat, ab Eaque *novam quamdam Constitutionem* exposcat *aequitate*, ac benignitate plenam, ubi tamen certò constet, *quid perperam*, *quid indignè agi* ab Apostolica Sede; his denique verbis suam Responsionem absolvens: = TUA *Natio*, *si moderatione uti velit*, *operam in primis dabit*, *ne Majora Judicia Primae Sedis contemnantur*, EXINDE MINORIBUS AEQUA CONSTITUI POSTULARE: *si quid* PERPERAM, *si quid* INDIGNE *agitur*, EMENDARI CURABIT=(38): quae sanè *aequae Constitutionis* postulatio nec *Cardinalis* animo obversata unquam fuisset, nec ab Eo fuisset unquam *Nationi* ad amplectendum proposita, si *Decretum de Causis* contineri quodammodo in CONCORDATO credidisset.

13. Ad confirmandum autem locupletissimum CARD. AENEAE testimonium, et ad Germanorum *quorumdam* (39) retundandam audaciam, atque inconstantiam, qui quam *prius* Cardinalis auctoritatem in *explicando Concordato* magnificè extulerant, eo quod *eidem interfuerit*, eam *postea* detrahendam putant, perindè ac si AENEAS auctus *Cardinalatus honore* de *priori* sententia decesserit; ad hujusmodi, inquimus, calumnias vindicandas illud praestat animadvertere, quod cum *Cardinalis sententia* mirificè conveniunt *Imperii Principum Consiliarii*. Ipsi enim *novam reformationem* A. 1563. PIUM IV. postulantes, nulla *Concordati* mentione injecta, illud *tantum* a Pontifice petierunt, =*ne Causae, nisi in* TERTIA *instantia, Romam devolverentur*=(40); quodque cum eâdem Cardinalis sententia conveniunt *Nationis* etiam *Comitia*, *Confluentinum*, et *Norimbergense* AA. 1479., et 1522.:

(38) Pag. *686. B.*

(39) Primus fortassè omnium fuit LUTHERUS, quem citat, sequiturque ejusdem assecla JAC. FRID. GEORGIUS in nefario illo Opere, quo passim abusi sunt *recentiores* Scriptores, cui titulus = *Gravamina adversus Sedem Romanam*, *totumque Ecclesiasticum ordinem etc.* = *Francofur. et Lips.* pagg. 249. 251. nec non HERMANNUS VAN-DER HARDT in Opere = *Magnum Oecumenicum Constantiense Concilium* = Tom. I. Par. IV. pag 181. vers *verum*, et ex recentioribus JO. THIERY §§. 11. et 16. pagg. 287. 297. AD. CHRISTOPH. KOCH. in cit. *Histor. Sanct. Pragm* Cap. II. §. 20 pag. 39, et *Syllog. Document.* n. XIV. (3) pag. 212.

(40) Vid. RAYNALDUM ad A. 1563. n. 43. vers. *ad primum*.

1522.: in his enim, denuò refricatis *Meyerianis* querelis, eas *tantum* querelas Germanica Natio fulciendas *Concordato* putavit, quae *ad rem Beneficiariam* pertinerent (41).

14. Illudque etiam est animadversione dignissimum, quod JACOBUS WIMPHELINGIUS, *Meyero* vita functo, respondens *Epistolae Apologeticae* CARDINALIS AENEAE, in sua hac Responsione, quae, Natione ipsa probante, prodiit in lucem A. 1515., nihil omninò *hac super re* sibi reponendum esse authumaverit, *intactamque* prorsus reliquerit adhibitam a CARDINALI AENEA *distinctionem* inter querelas SUPER CAUSIS, et *Indulgentiis*, et inter querelas *super re Beneficiaria* versantes. Imò ne ausus est quidem aut clausulam *In aliis etc.*, aut *alteram* Concordati partem objicere, ut omnibus persuaderet, Concordato adversari *indistinctam* illam Causarum, et *civilium* praesertim, ad quas *tantum* ipsius querelae referuntur, *ad Romana Tribunalia avocationem* (42). Quin in scripto = *Avisamenta ad Caesaream Majestatem* =, quod *mandato Caesaris*, aut *Imperii Ordinum* WIMPHELINGIUM elucubrasse ferunt (43), haec affirmare non dubitavit, = ET AUDITORES ROTAE JUXTA ILLA (Concordata) HUC USQUE FERUNTUR JUDICASSE = (44). Tantum abest, ut vel ipse, vel Natio, cujus imperio scribebat, cre-

(41) In *Confluentinis* Comitiis, quae *quatuordecim priora* Gravamina afferuntur in medium *circa rem Beneficiariam, et Annatas*, ea velut totidem *Concordati* violationes praedicantur: caetera verò, inter quae n. 17. *avocatio Causarum* locum habet, perinde objiciuntur, ac si Pontifices *derogassent = Statutis, et Consuetudinibus Ecclesiarum* =, ut apud LEIBNITIUM in *Cod. Jur. Gen. Diplom.* Par. I. pag. 439.: et seqq.: in *Norimbergensibus* autem IX. X. XI., et XII. Gravamen circa *Causas* constituitur, fundaturque IN JURIS RATIONE, = *ut distincti sint Jurisdictionum limites, et ut quilibet Ordinarius suis sit finibus contentus, alterumque in exercenda Jurisdictione non perturbet* =, ut apud GOLDASTUM *Constit. Imperial.* Tom. I. pag. 456., et seqq.

(42) WIMPHELINGII *Replicas = de Germaniae Nationis, et Imperii Gravaminibus contra Sedem, et Curiam Romanam adversus Æneam Silvium* = adjunctas deprehendes *Politicis Imperialibus* GOLDASTI Par. XXIII. n IV. pag. 1045., et seqq, ut et FREHERI Tom. II. *Rer. Germanicar.* pag 381, et seqq.

(43) SIC TENZELIUM secutus putat JO GEORGIUS loc. cit. Cap. VII. §. 9. vers. *Sub finem* pag. 293.

(44) Apud eumdem GEORGIUM loc. cit. pag. 290., et apud FREHERUM cit. To. II. pagg. 375. 376.

crederet, Decretum Basileense *de Causis* in CONCORDATO comprehendi.

15. Quocirca minimè mirum esse debet, quod hanc *Concordati* DE RE BENEFICIARIA *interpretationem* secuti sint non modo *Nostrates Scriptores*, verùm etiam *Exteri*, et *Germani* ipsi. Inter *Nostrates* quidem recensendi sunt LAERTIUS, et FLAVIUS CHERUBINUS, qui in suo *Bullario* referri clausulam illam putarunt oportere ad *postremam* EUGENII IV. Constitutionem, quae incipit = *Inter caetera* = (45), quaeque *Collationes Ecclesiarum*, *et Beneficiorum* unicè comprehendit. Inter *Exteros* verò locum habet ANDREAS DUDVALLIUS Sorbonae Doctor, et Universitatis Parisiensis Antecessor, qui sine ulla ambage professus est, Acta *Basileensis Concilii*, = *demptis* BENEFICIORUM *Pragmaticis*, *recisa*, *damnataque in Ecclesia* SEMPER *fuisse* = (46). Inter *Germanicos* tandem referendus est GREGORIUS ZALLWEIN, cujus haec sunt verba = *Etsi per Concordata Germaniae quamplurimis controversiis* COLLATIONES BENEFICIORUM *spectantibus fuerit controventum*, *nihilominus* CÆTERA GRAVAMINA, *ex. gr. ea*, *quae Germani* CONTRA AVOCATIONES CAUSARUM, FREQUENTES APPELLATIONES AD CURIAM ROMANAM *afferebant*, *in* SUO *permanserunt* VIGORE, *recruduerunt*, *et majori fervore urgebantur* = (47).

16. QUINTO. Res *in idem* recideret, etiamsi uno temporis momento *fingeretur*, clausula illâ = IN ALIIS = comprehensum fuisse Decretum *de Causis*. Nam quemadmodum *clausula* haec erat certae *temporis* definitioni alligata, scilicet, *us-*

(45) Vid. = *Magnum Bullar. Romanum etc.* = *Laertii Cherubini Lugduni* A. 1692. Tom. I. pag. 374. in Constit. Nicolai V. *Ad Sacram*, ibique *Notam marginalem* ad §. *In aliis*, quae sic habet = *Approbans Constitutionem Eugenii IV.*, *quae est ultima*, *ut supra* =. Vid. etiam = *Flavii Cherubini Romani etc. Compendium Bullarii etc*, *Ex Typographia Cam. Apost.* 1623. = Tom. I. pag 62. ad = *Constit. I. Ad Sacram* =, ubi §. 5. (*In aliis*) haec adnotantur, = *Constitutionem ultimam Eugenii IV. hanc immediate praecedentem comprobat* =.

(46) In Opere = *De Suprema Pontificis Potestate* =. Vide ANT. A TORRE in = *Expostulat. cum Reschampio* = Cap. I. §. 3. vers. *Nonne vides*. pag. 34.

(47) In Opere, cui titulus = *Principia Juris Ecclesiastici universalis*, *et particularis Germaniae*. *Augustae Vind. et Oeniponti* 1763. = Tom. III. Qu. II. Cap. II. §. 3. pag. 277.

que ad tempus futuri Concilii = , ita dubio procul cessasset *suspensio* illa , quam hujusmodi clausula induxisset , penitusque evanuisset *confirmatio* EUGENII , et NICOLAI , propter *Concilium Lateranense* A. 1512., ad quod *Germani* vocati sunt (48) , et magis propter CONCILIUM TRIDENTINUM , a PAULO III. intra *fines* Germaniae juxta Nationis *vota* (49) convocatum , petente CAROLO V. IMPERATORE (50) , cui tam *Episcopi Germanici*, quàm *Oratores Imperatoris*, et *Principum* interfuerunt (51); quae erat *altera* conditio , in Pontificum confirmatione primum ; et deinde in ipsis Concordatis adhibita .

17. Id *argumenti* genus talem vim habet , ac tantam , ut licèt nonnulli ex Germanicis Scriptoribus summa ingeniorum contentione evadere illud adnisi fuerint , hactenus tamen nequiverint, nequeantque imposterum idem evertere . Et sane nil aliud adversus

(48) Vide *Bullam* JULII II. , quae incip. = *Sacrosanctae Ecclesiae* = dici 18. *Julii* 1511. , qua = *Patriarchis* , *Archiepiscopis* , *Episcopis* , *Monasteriorum Abbatibus* , *et Praelatis* , *omnibusque* ALIIS *Ecclesiasticis* , *vel Saecularibus*, *etiam Regibus* , *et Principibus* , *caeterisque Personis* , *quae de Jure* , *et Consuetudine in Congregationibus* GENERALIUM *Conciliorum solent intervenire* (mandat) , *ut ad ipsum Concilium Lateranen. accedere* , *et usque ad Concilii conclusionem* , *et dissolutionem in dicta Urbe morari debeant* = in cit. *Bullar.Rom.*Tom.III. Par. III. Constit.33. §.19. pag.329. Vide etiam *Summarium* ejusdem Concilii apud LABBÆUM T. XIX. col.655. *B.* , ubi lectum refertur in *Tertia* Sessione = *Mandatum Serenis. Imp. Maximiliani per D. Thomam Thoedram Concilii Secretarium in personam Reverendi Episcopi Gurcensis sub data prima Septembris* 1512. = omni cum potestate = *ad revocandum* , *annullandum* , *irritandum* , *et penitus delendum omnia* , *et singula ea*, *quae per Ecclesiam Gallicanam in Civitate Turonis* , *eodem anno superiore fuerunt acta* , *conclusa* , *et deliberata* = ; ut refert DALHAM loc. cit. pag.276. col.2.

(49) Ut advertit ipse PAULUS SARPI inquiens =*Desiderando* (Pontifex) *questo più da Prelati* , *e Prencipi di Germania* , PER CAUSA DE' QUALI IL CONCILIO E' INTIMATO NELLA CITTA' DESIDERATA DA LORO = cit. *Istoria del' Concilio Tridentino* = Lib.I.n.67. vers: *Con tuttociò* in fine, et fatetur ANONYMUS in cit.Opusc. *de Legatis etc.* Cap.III. §.29. pag.59.

(50) Id testatur PALLAVICINIUS in cit. *Historia* hujus Concilii Lib.III. Cap.V. num. 2. , et integris Cap.VII., et XII., nec non P.SARPI cit. Lib.I. num. 54. vers. *Ma l'Imperatore* ; Lib.II. num.28. vers. *L'Imperatore* .

(51) Consule *Indicem* Legatorum, ac Patrum, qui ad Concilium Tridentinum *convenerunt in fine* ejusdem Concilii .

sus illud reponunt, quàm *cavillationes* quasdam allatas primum ab infensissimo Auctore P. HEDDERICHIO, ac partim repetitas a JOANNE THIERY, et *a Scriptore Anonymo = De Legatis, et Nuntiis Pontificum =*. Cavillatio quidem est affirmare, = *Concessionem* EUGENII *circa Decreta Basileensia eatenus se referre ad aliam ejusdem promissionem circa Concilium generale intra decem Menses* (a die 5. Februarii A. 1447. computandos) *celebrandum. Jam verò Concilium hoc nunquam extitit, adeoque confirmatio Decretorum Basileensium Germaniae facta nullum terminum ad quem vidit, per consequens reddita est perpetua* = (52).

18. EUGENIUS enim in sua Constitutione *AD EA Nonis Februarii* data A. 1447., quae agit *de celebratione Concilii* (53), nunquam Se profectò adstrinxit Generali Concilio = *intra decem Menses* = convocando, et cogendo; quod *tentare* quidem poterat, *certò* autem obtinere non item, ob asperrimorum temporum difficultatem, et praecipuè ob *diversam* aliorum Regum, vel Principum sententiam, ut legitur in *Proemio* ejusdem Constitutionis. Hinc si alii Reges, et Principes = *per Vos fuerint opportuna cum instantia* REQUISITI, CONTENDAMUS, inquit, *apud Reges, et Principes Christianos* CURAM, *et* DILIGENTIAM *adhibere fideliter, ut ad votum vestrum trahi valeant, et conduci, ita quod in uno ex quinque* (Germaniae) *Locis* (54) *consentiant Generale Concilium convocari, quod infra*

P 2 *decem*

(52) Ita HEDDERICHIUS in cit. *Tract. de Appellationibus* §.42. pag. 224., THIERY §.15. pagg. 293. 294., et ANONYMUS = *De Legatis etc.* = Cap. III. §.26. vers. *Quamvis.* pagg. 52. 53. ADD. Simili fere modo argumentatur CHRIST. KOCH in cit. *Sylloge document.* pag. 182. a., qui *ex pactitia*, ut ille inquit, hujus Concilii celebratione per Pontificem omissa evenisse ait, ut Germani = *de nova Sanctione Pragmatica tollenda, restringendisque denuo Pontificis Juribus, quae pactione Vindobonensi nitebantur, A.1457. consilia* = inierint. Ita *Auctor* conjectavit quorumdam sequens sententiam Germanorum, qui *ob conditionem non adimpletam* Concordati vim omnem evanuisse contendunt. Sed *eâdem responsione* isthaec etiam cavillatio cum *Auctoris* argumentatione refellitur.

(53) Refertur haec Tom. I. *Concordat. Nation. German.* num. IV. pag. 138., et seqq. ADD. Refertur etiam a KOCH in *Syllog. docum.* num. VI. pagg. 181. 182.

(54) = *Videlicet, Constantiae, Argentinae, Moguntiae, Wormatiae, Treviris* =, ut in §.1. cit. To. I. pag. 139.

decem Menses a die dato praesentium computandos, intendimus experiri = (55). Huic verò tam dilucidae animi Sui significationi illud quoque addidit, quod nisi Principes suum consensum praestitissent, is Concilium *aliò* convocasset, = *tam ut Vobis rem gratam faciamus, quàm ut Ecclesiae necessitatibus succurratur* = (56).

19. Mox eâdem die EUGENIUS per alteram Constitutionem = *Ad Tranquillitatem* = confirmavit *acceptationem Decretorum Basileensium* (57). Sed quoniam convocatio Concilii *intra decem menses* curanda, adhibitis frustra diligentiis, obtineri fortè nequivisset; idcirco in ea nullam *temporis* mentionem ſecit *pro celebratione Concilii*, sed *duobus* tantummodò voluit *confirmationem* Suam *limitibus* circumscriptam, = *donec*, scilicet, *per* LEGATUM *concordatum fuerit*, *vel per* CONCILIUM, *quod ad praedictorum Regis, Praelatorum, et Principum exhortationem* CONVOCARE PROPONIMUS, *aliter fuerit ordinatum* = (58).

20. Vix paucis a duabus hisce Constitutionibus elapsis diebus, EUGENIUS obiit [*], eique suffectus est NICOLAUS V., qui, loco habendi *Concilii, cum consensu Nationis* (59) iniit cum ea DE CONCORDIA Tractatum, et ad exitum perduxit die 17. *Februarii* 1448. (60) ea pactione, ut *In aliis*, quae per EUGENIUM

(55) §.2. dict. pag.139.

(56) §.3. pag.140.

(57) Sequitur haec in eodem Tom.I. num.V. pag. 142., et seqq. Add. KOCH loc. cit. num. VII. pag.183., et seqq.

(58) §.4. pagg.145. 146.

[*] ADD. *Constitutiones* ab EUGENIO datae fuerunt die V., et VII. *Februarii*: exhibitionem *Obedientiae* die VIII. *Februarii* factam esse *ex ÆNEÆ ad Caesarem Relatione* colligimus, in qua affirmat *sextadecima* post solemnitatem hanc die, videlicet XXIV. ejusdem mensis *obiisse* EUGENIUM Vid. KOCH in *Hist. Sanction. Pragmat.* Cap.I. §.13. cum not. 1. pag.31., et §.14. pag.32.

(59) ÆNEÆ SILVII Litterae ad *Joannem Campisium* significantes aegritudinem animi obortam *ex dilato* adventu Legati Romani ob *ineundam Concordiam* leguntur apud VAN-DER HARDT cit. Tom.I. Par.IV. pag.178.

(60) Extat Tom.I. Collect. *Horixian.* num.II. pag. 161., et seqq. ADD. KOCH loc. cit. num. XIII. et XIV. a pag. 201. ad p. 235., ubi pag.210. (1), animadvertit *errorem* quorumdam, qui decepti Bulla *Nicolai V.* data *XIV. Kal. Aprilis* A. 1447., qua Concordata confirmantur, Concordata ipsa referunt ad A. 1447. Sed perperam: *Ni-*

co-

NIUM concessa *usque ad tempus futuri Concilii*, et per eumdem NICOLAUM confirmata fuerant, *nihil ista vice esset immutatum* (61). Quae quidem *pactio* inita *post lapsum decem mensium*, ad curandam convocationem *Concilii* designatorum, satis evincit, quàm a vero aliena sit *inductio*, *confirmationem Eugenianam*, non convocato *intra decem menses Concilio*, evasisse *perpetuam*; quoniam si *a Contrahentibus* pro perpetua habita fuisset, utique non convenissent, ut *nihil ista vice esset immutatum* IN ALIIS ab EUGENIO concessis *usque ad tempus futuri Concilii* [*].

21. *Dilatio* igitur Concilii efficere ad summum poterat, ut *confirmatio* Decretorum Basileensium, quae aliàs, habito *citius* Concilio, expirasset, *protraheretur*, *quousque* haberetur *Concilium*; sed efficere nunquam potuit, ut *perpetua* evaderet. Hinc si confirmatio hujusmodi non vidit *terminum ad quem* sub EUGENIO, et NICOLAO, vidit sane sub JULIO II., et LEONE X., qui *Lateranense* Concilium; et sub PAULO III., JULIO III., et PIO IV., qui *Concilium Tridentinum* habuerunt; proindeque in *alterutrius* Concilii convocatione certo certius *expiravit*.

22. Falsa verò evidenter est alia cavillatio, qua abutitur HEDDERICHIUS; in *Concordato* scilicet stipulato die 17. *Februarii* 1448., elapsis jam mensibus decem, fuisse *confirmationem Eugenianam* = *simpliciter salvatam*, *non adjecto tempore usque ad futurum Concilium* = (62). Etenim si in *Concordato* post allata superius verba = *In aliis autem*, *quae per* EUGENIUM USQUE AD TEMPUS FUTURI CONCILII *concessa fuerant* =, addiderunt Contrahentes, = *nihil ista vice extitit immutatum* =, haec verba, quibus Ipsi se retulerunt ad *confirmationem Eugenianam*, duraturam *usque ad tempus futuri Concilii*,

colaus enim secutus est morem *Romanae Curiae* servari solitum in *Bullis*, juxta quem cum annus incipiat die XXV. *Martii*, currebat adhuc annus 1447., cum Concordata inita fuere mense *Februario* A.1448.

(61) *Concord.* N. *G. I.* loc. cit. pagg. 173., et 174.

[*] ADD. Multoque minus *Archiepiscopi* MOGUNTINUS, TREVIRENSIS, et COLONIENSIS aliique *Episcopi*, *elapsis* jam ab inito *Concordato* non modo decem mensibus, sed *annis* Concordata ipsa edidissent, prout Eos fecisse narrat, comprobatque documentis idem CHRISTOPH KOCH in cit. *Historia etc.* Cap.II. §.22. pag. 42. et seqq.

(62) Cit. *Tract.* §.42. pag 225.

cilii, dilucidè praseferunt *eamdem temporis adjectionem*; perinde ac si dictum denuò fuisset, = *nihil extitit immutatum* USQUE AD TEMPUS FUTURI CONCILII =; itaut veluti *confirmatio* cessavisset, si CONCILIUM convocatum esset *ante Concordatum*, ita cessare debuisset *imposterum*, *si inito*, *et absoluto Concordato*, CONCILIUM convocaretur.

23. At hujusmodi *Auctor* de constantia nihil solicitus, a *Concordato* discedens pedem refert denuò ad *confirmationem Eugenianam*, atque ita argumentatur: = *Jam verò* (in Concessione *Eugenii IV.*) *Decreta Basileensia* NON SIMPLICITER *usque ad existentiam generalis Concilii confirmabantur*, *sed potius* EOUSQUE, DONEC *in Concilio generali* DECRETA *haec*, *Germaniae specialiter concessa*, ITERUM FUERINT ABROGATA: *quis verò unquam audivit*, IN CONCILIO TRIDENTINO DE DECRETIS *Germaniae specialiter concessis* RURSUS ABROGANDIS *actum fuisse*? *quapropter nil aliud concludi potest*, *quam Decreta Basileensia* ETIAM POST TRIDENTINUM *Germaniae confirmata* MANERE = (63).

24. Haec ultima sanè cavillatio est caeteris quoque deterior. Nam sive animum adjiciamus ad *formulam*, qua usus est EUGENIUS, sive *alteram* formulam respiciamus subinde in *Concordatis* adhibitam, ex *neutra* illarum consequitur id, quod hujusmodi *Auctor* conficere se posse arbitratur, ad cessationem scilicet confirmationis inducendam opus fuisse *explicita* Basileensium Decretorum derogatione. Nam si ad EUGENII *formulam* attendas, durare confirmatio debebat, = *donec per* CONCILIUM *fuerit* ALITER *ordinatum* =; si verò ad *formulam Concordati* respicias, ea sane durabat = USQUE AD TEMPUS FUTURI CONCILII =. Defendimus Nos quidem, habendam rationem esse formulae per *Concordatum* adhibitae, quippe quia *posteriori*, ac *solemni* Pacto in illam *Contrahentes* convenerunt; adeout *confirmatio* in *Concordato* expressa *simpliciter* = USQUE AD TEMPUS FUTURI CONCILII =, evanescere debuerit, statimac *Lateranense*, et *Tridentinum Concilium* convocata fuere. Sed res in idem recidit, etiamsi *formulae* ab EUGENIO adhibitae rationem habere vellemus. Nam haec minime postulat, ut Decreta

(63) Cit. §.42. pag. 224.; idemque ferè repetit THIERY §. 21. n. 3. pagg 314., 316.

Digitized by Google

creta Basileensia *specialiter*, et *nominatim* abrogentur, sed postulat tantum, ut per *Concilium* ALITER fuerit ordinatum.

25. Quod autem HEDDERICHIO inauditum videtur esse, = *in Concilio Tridentino actum fuisse de Decretis Germaniae specialiter concessis*, RURSUS ABROGANDIS =, id extra omnem dubitationis aleam est positum apud eos, quos *rerum Historia* non latet. *Concilio* enim praeiverant *Nationis Querelae*, Decretis Basileensibus etiam *consentaneae*, praesertim super iis, quae spectant *ad Causas*; sive quia illae ROMAM deferrentur in *prima* Instantia, sive quia per *Exemptiones Ordinariis* auferrentur, sive quia *Appellationes* darentur *omisso medio*, sive quia Commissiones *denegarentur*, sive quia demum a Judicibus *Conservatoribus*, et a Sancta Sede *Delegatis Ecclesiasticae* Causae a *profanis* minimè secernerentur: Querelae, inquimus, quae *post Concordatum* habuerunt originem a MARTINO MEYERO per A. 1457. (64), quaeque modò *conjunctim*, modò *divisim* renovatae *saepius* fuerunt nedum a *Principum Consiliariis*, et in Comitiis *Confluentinis*, et *Norimbergensibus*, ut paulò ante diximus [§. 13.], verum etiam per A. 1518. in Comitiis *Augustanis*, et per A. 1521. in Comitiis *Wormatiensibus* (65).

26. Constat porrò, FERDINANDUM IMPERATOREM, qui CAROLO V. successit, per *Legatos suos* exhibendas curasse *Pontificiis Legatis* hujusmodi *Querelas* in *unum Volumen* collectas, ut Concilii jam convocati *judicio*, ac *deliberationi* subjicerentur (66). Quamvis autem *Legati Pontificis* in id incubuissent, ut per Litteras, et opera MUGLITII *Archiepiscopi Pragensis* a proposito Imperatorem dimoverent, nihilominus cum tam Imperator (67); quàm etiam Pontifex (68) *arbitrio Legatorum*, et Con-

(64) Duabus litteris ad *Card. Æneam* datis, de quibus *superius* facta est mentio.

(65) Hanc Querelarum *renovationem*, *importunè* tamen, et malignè, memorant HEDDERICHIUS in cit. = *Tractat. de Appellationibus* = §.45. pag.232., et seqq., THIERY §§.15. et seqq. pagg.293., et seqq., nec non ANONYMUS=*De Legatis etc.*= §§.27. et seqq., pagg.54. cum seqq., et JAC. ABEL = *Disquisit. de jure, et officio etc.*= Sect.IV.§.78. et seqq.: eamdem repetit Elector MOGUNTIÆ in epist. ad *Pontificem* scripta §. *Quamvis* vers. *His non obstantibus*, et seqq.

(66) Vid. PALLAVICINIUM cit. Lib.III. Cap.V. n.2.

(67) Idem PALLAVICINIUS loc. cit.

(68) Idem Lib.IX. Cap.X. n.6.

Concilii permisissent proponendi Querelas, et super iis consulendi, certum est, hujusmodi *Querelas* fuisse *in Concilio propositas*, et ad trutinam revocatas; veluti luculenter *Concilii* ipsius *Sanctiones* indigitant summa cum sapientia, ac justitia latae, et ad genera Querelarum *accommodatae* (69), itaut qui *secus* rem actam narrat, nullo modo possit *falsitatis*, et *mendacii* notam effugere; et qui audent accusare PATRES, perinde ac si *aliqua* reliquerint = *intacta*, *quae cum antiqua*, *et puriori Disciplina non satis conveniunt* = (70), meritò *de calumnia* postulentur.

27. Jam verò cum *Sanctiones* hujusmodi quoad *complura Capita*, et praecipuè QUOAD CAUSAS, de quibus nunc agitur, *diversae* omninò fuerint ab illis, quae in *Basileensi Concilio* prodierunt, veluti mox videbimus, cum Decretorum utriusque Concilii *comparatio* a Nobis instituetur; sic dubium nemini debet esse, quin per *diversam* hanc CONCILII TRIDENTINI Sanctionem *cessaverit protinus*, et *ipso facto* EUGENIANA CONFIRMATIO, utpote quae durare non debebat, nisi = *donec per Concilium fuerit* ALITER *ordinatum* =. Datâ vero operâ TRIDENTINI PATRES abstinuerunt *a Decretis Basileensibus nominandis*, non quod illa ignorarent, aut illorum rationem nullam habuerint; sed quod illa *indigna* prorsus putarunt, quae *nominarentur* exemplum in eo secuti tùm APOSTOLICÆ SEDIS, tùm NATIONIS, quae in *Concordatis* Decreta haec *nunquam* nominarunt, utpotè quae a *Concilio* prodierant in *Schisma* prolapso, itaut jure, ac merito *ille* in *reprehensionem* inciderit, qui semel eorum auctoritate uti se posse in eodem *Concilio* putavit; quemadmodum ab *Historicis* memoriae proditum est (71), et idem refert P. HEDDERICHIUS, Auctor sanè Apostolicae Sedi inter omnes infensissimus (72).

28. Omnibus hisce Sanctionibus Tridentinis accessit etiam *Nationis acceptatio*, facta ab Imperii Oratoribus *per publicum instru-*

(69) Quemadmodum fassi sunt ipsi *Germanici* Scriptores, inter quos NELLER §.17. pag.310., P. HEDDERICH in Dis. = *de Appellationibus* = §.46. pag. 236., et THIERY §§.11.22.23. pag.314., et seqq.

(70) Sic effutit ANONYMUS = *De Legatis etc.* = Cap.III.§.19.vers. *Agnoverant* pag.59.

(71) PALLAVICINIUS Lib. XVIII. Cap.IV. n.20.

(72) In Dis. = *ad Concordat. German.* = Par.I. §.V. ** pag.156.

strumentum, eaque prorsus *libera*, et absque ullo nexu *reservationis* (73), et praesertim *quoad Causas* (74); itaut desiderandus non sit *Nationis consensus*, qui caeteroquin minimè erat *necessarius*, cum ex inita conventione illud tantùm satis esset ad *temporarium* Indultum è medio tollendum, ut *per Concilium* fuisset ALITER ordinatum.

29. Haec *cessatio* acceptationis, et confirmationis Decretorum Basileensium praesertim *quoad Causas*, inducta tum *a Concordato*, tum a *Tridentino Concilio* adeo certa, atque explorata fuit penes universam Nationem, ut ab illis temporibus ad Nostram usque Ætatem commemoraverit *nunquam* nec hujusmodi *Decreta*, nec *Instrumentum acceptationis*, nec *Confirmationes Pontificias*; tametsi eadem Natio neque *paucas*, neque *infrequentes* quoad *Causas* ipsas tàm *ante*, quàm *post* CONCILIUM TRIDENTINUM *Querelas* effuderit. Quodque animadversione dignum est, *contra* Basileensium Decretorum Sanctionem tàm ante Concilium Tridentinum, quàm illo absoluto ROMAM Causae etiam *minores* delatae, et a Tribunalibus S. Sedis definitae fuerunt juxta Canonicas Sanctiones, *scientibus*, *probantibusque* Imperatore, Principi-

(73) PALLAVICINIUS Lib.XXIV. Cap.8.n.15., cui consonat JO.FRID-KARG, qui fuit a *Consiliis Maximiliani Henrici* Electoris *Coloniensis*, in Libello inscripto = *Pax Religiosa etc.* = recuso *Venetiis* 1778., ubi § 708. nedum testatur *de generali* per *Germaniam* receptione Concilii, *urgente* CAROLO V. *Imp.*, verum etiam de peculiari hujus Concilii *receptione* in Provinciis *haereditariis Austriacae Domus*, necnon *in Archidioecesibus Colonien.*, et *Salisburgen.*, atque in *Dioecesibus Augustana*, et *Bambergensi* per Concilia AA. 1567., 1569. et 1687. Idipsum *generatim* affirmat etiam P. HEDDERICHIUS in = *Elem. Jur. Canon.* = Par.I. §. 108., colligiturque ex iisdemmet *Actis Cleri Gallicani* AA. 1579., 1582., 1585., 1598., et 1605. testantis de receptione Tridentinorum Canonum *tum circa Dogmata*, tum *circa Disciplinam*, sive morum *reformationem* per *totum Catholicum Orbem*; quae Acta referuntur in *Proemio* recentissimi Opusculi, cui Titulus = *Il dritto delle Romane Appellazioni*, *vindicato dalle ingiurie di Edmondo Richer*, *Roma* 1786. = pag.XI. ad *refutandam* Schismaticam RICHERII sententiam ajentis = *Synodus Tridentina non est universalis ratione Politicorum* =, hoc est, quoad *Capita Reformationis*.

(74) Ut fatetur Elector MOGUNTIÆ in *epist.* ad *Pontif.* §. *Quamvis* vers. *Etenim*; de Archidioecesi autem *Salisburgensi* constat etiam ex Concilio A.1569. Const.II. Cap.1., et 2. apud DALHAM pagg.305.366.

bus (75), ipsisque Germaniae *Metropolitanis*, atque *Episcopis* (76).

30. Vestrae igitur istius *Nationis Facta*, quae utpotè Vobis apprimè nota singillatim referre praetermittimus, hanc ipsam veritatem patefaciunt; idemque prorsus commonstrant Vestrorum etiam *Scriptorum* magis Nobis infensorum *Testimonia*. Accipite ea, quae scripsit BARTHEL, *Germanicus Auctor* egregius,

(75) Cit. = *Avitamenta ad Caesaream Majestatem* = sub Annum 1510. §. 1., et LEOPOLDUS CÆSAR in *litteris* relatis a GEORG. SIGISM. LAKICS in *Praelect. Canon. de legit. Episcopor. instit. ac destit. ratione*, ibi = *Regnum nostrum in eo privilegiatum esse constat, ne ullus extra hoc Regnum ad Judicia auctoritate Litterarum Apostolicarum*, NISI *quum Causae aliquae per Appellationem legitimè fuerint ad Sedem Apostolicam devolutae, attrahatur* =. Quin ipse JOSEPHUS II. in = *Pro-Memoria* = ejus nomine dat. A. 1786. a CARD. HERZAN, uti *Nationis Protectore*, occasione controversiae ortae *super Visitatione Monasterii S. Maximini prope Treverim* declarat, = *Esser lontanissima S. M.* D' IMPEDIRE IL CORSO LEGALE ALLE CAUSE, DI CUI LA SENTENZA FINALE APPARTIENE ALLA S. SEDE =. Id ipsum de *causa Styrum* declaravit ELECTOR PALATINUS in *Litteris* scriptis CLEMENTI XIII. *die* 12. *Maii*, *et* 11. *Augusti* 1764.

(76) Hos inter speciali mentione dignus est Archiepiscopus, et Elector MOGUNTINUS in aliis *litteris Pontifici* scriptis in eadem *Causa Styrum* die 26. *Julii* 1764., ibi = *Quotide* ME SCIENTE, *ac* VOLENTE *Moguntinae Appellationes ad* TRIBUNALIA URBIS *devolvuntur*, HOC IPSO TEMPORE COMPLURES *ibi pendent, ac tractantur ..... Et contestor, non tantum* HUIC *Appellationi Spirensi a me tunc deferendum esse, quando evacuata fuit in Partibus prima Instantia, quae citò finiri poterit; sed modis insuper viribusque omnibus a me curandum, ut* PARS ROMAM APPELLATA IBI ET COMPAREAT, ET JUDICATIS TRIBUNALIUM CURIÆ ROMANÆ PLENISSIME PAREAT =. Sit instar omnium testimonium Protestantis BOEHMERI in Opere = *Jus univers. Cath. et Protest* =, ubi Tit. *de Officio Vicarii* §. 6. distinctis *Ecclesiasticis* a *Saecularibus* Curiis, haec habet. = *In Curiis* ECCLESIASTICIS *Processus peraguntur* LATINO *sermone*, QUOD *ab eis pateat* RECURSUS *ad* CURIAM ROMANAM; *adeoque* ACTA PRIMÆ *Instantiae ita instrui debent, ut ea* INTELLIGI QUEANT; *ast in* SÆCULARIBUS *Curiis idiomate* GERMANICO *omnia decernuntur, et proponuntur*; *ab* ILLIS *appellari potest ad Metropolitanos*, *et* IPSUM PONTIFICEM, *vel* EJUS NUNCIOS; *non verò ab his, a quibus potius appellandum ad Suprema Imperii Tribunalia etc.* =. Id ipsum confirmat Tit. *de Officio Legat.* §. 16.

Digitized by Google

gius, magnique apud Vos nominis, agens de clausula IN ALIIS, = *Haec inter concessa, et adpromissa*, inquit ille, *equidem* NONNULLA *erant*, *quae* MOX *omnem suum effectum consecuta*, HODIE *nullum amplius effectum juridicum habent*, *mereque ad* ILLUSTRATIONEM *bujus materiae subserviunt*; *qualia sunt I.* QUOD DECRETA BASILEENSIA PER ALBERTUM II. *Romanorum Regem* IN GERMANIA INTRODUCTA SUO IN VIGORE PERMANERE DEBEANT, USQUE DUM VEL CUM LEGATO PONTIFICIO ... CONCORDATUM, VEL IN FUTURO CONCILIO ALITER ORDINATUM FUERIT. *Id quod concessit* EUGENIUS IV. *per Breve Apostolicum Nonis Februarii* 1446., *quod incipit AD TRANQUILLITATEM*= (77): non ita verò de *aliis* Articulis locutus est, = *qui revera*, pergit ille, *considerationem merentur*, *et notabiles* ADHUC HODIE *effectus Juris producere possunt*, *et* DE QUIBUS MAXIME SUPRA ADDUCTA CONCORDATORUM VERBA SUNT INTELLIGENDA = (78). Accipite etiam, quae GREGEL alius ex ista Natione Scriptor refert, = *Romae nullam* AMPLIUS *Decretorum Basileensium rationem haberi*, *non secus ac si* PER EXCEPTIONES AD TEMPUS STABILITAS, ILLA PRORSUS ABOLITA ESSENT = (79).

31. Accipite denique verba L. T. SPITTLER: = *I Decreti di Basilea non sono un accordo* FONDAMENTALE, *al quale il Concordato di Aschaffemburgo avrebbe poi fatte* DELLE MODIFICAZIONI, *e dell'* ECCEZZIONI; *perchè una volta che il* CONCORDATO *di Aschaffemburgo fosse* CONCHIUSO, *la nostra* ACCETTAZIONE *dei Decreti di Basilea*, *anche riconosciuta dal Papa*, VENIVA A CESSARE. *Ah*! CHE QUESTI DECRETI PER TUTTI QUELLI, CHE HANNO ACCONSENTITO AL CONCORDATO DI ASCHAFFEMBURGO, SONO OMAI DIVENUTI UNA VERA ANTICHITA' IN MATERIA DI STORIA POLITICA! *Nè giova objettare, che i Decreti di Basilca debban sussistere*, *perchè quelli di Aschaf-*

Q 2

(77) In Dissertat. Inaugurali = *De Concordat. German.* = Cap. 1. §. 13. pag. 60.

(78) §. 14. pag 61.

(79) Dissert.= *De juribus Nationis Germanicae ex acceptatione Decretorum Basileensium quaesitis per Concordata Aschaffenburgensia modificatis*, *aut stabilitis*. *Mogunt.* 1787. = §. 37.

Digitized by Google

chaffemburgo non trattano, come i primi, le materie le più importanti. A una tale objezione si risponderebbe, che sarebbe dunque convenuto RINNOVARE *i Decreti di Basilea nel Concordato posteriore, posto, che* PAPA EUGENIO *non avea a que' Decreti accordato, che effetti* LIMITATI PER UNO SPAZIO DI TEMPO, CHE IN OGGI E' TRASCORSO, *e al quale non è succeduta veruna ulteriore stipolazione* = (80). Et pervulgata est *Thesis* TREVIRIS publicè defensa die 26. *Augusti* 1776. *in Collegio SSmae Trinitatis* his concepta verbis: = *Multus hodie sermo est inter Publicistas de Concordatis Principum Moguntiae A.*1439., *non adeo pridem ex Archivi custodia in liberum aerem productis. Gratias utique publicas Editor, atque Promotores eorum merentur, cum illorum mentio sat diu a Scholis exulasset*; AT PARTEM CONCORDATORUM GERMANIÆ DE ANNO 1448. ILLA ESSE, NONDUM SUMUS IN CLARO =.

32. Hinc mirum esse non debet, quod, semel ac *evanuit* Decretorum Basileensium acceptatio, nulla *cura* esset alicui diligenter asservandi *Autographum* acceptationis Instrumentum, quodque etiam = *Jurium illorum memoria obliterata*, NUNQUAM AMPLIUS *a fine Saeculi decimi quinti usque ad A.*1762. *ad Decreta Basileensia provocatum fuerit* =, ut sequitur laudatus GREGEL (81), qui novitate rei correptus = *cur inde*, exclamat, *a Saeculo XVI.* NUNQUAM *ad Instrumentum acceptationis, et Jura ex eo servata provocatum fuit; quamvis tùm Nationi integrae, tùm singulis quandoque Statibus* ANSA *data fuerit* ? = (82). Apprimè enim *veritati* respondet *effatum* illud, *Germanicorum Auctorum* ore vulgatum, = *che questi Decreti sono divenuti* UNA VERA ANTICHITA' IN MATERIA D' ISTORIA POLITICA = [*].

33. Ex

(80) Dis. = *Istoria della Legge fondamentale della Chiesa di Germania* = in *Magazzino Goettingensi* 1787. Tom.I. Par.2. pag.374., et in Opusc. = *Riflessioni sopra i* 73. *Artic.* = ad §.5., et 7. pagg. 31. 33., et 34.

(81) Cit. Dissert. *De juribus etc.* §. 37.

(82) Loc. cit. §.41.

[*] ADD. Haec itaque pro vera est habenda hujus *silentii* causa, ea prorsus rejecta, quam marte suo fingit KOCH, uti diximus N.8. Nec attendenda sunt, quae idem reponit contra auctoritatem *Barthelii*, ea scilicet obtinuisse, = *quamdiu delitescebat Instrumentum acceptationis* = (*Histo-*

33. Ex hactenus dictis liquidò patet, nullo fundamento niti ea, quae ultimo tandem Tu proponebas loco, quod scilicet IMPERATORES in *Capitulatione Caesarea*, COMITIA GENERALIA *in Legibus Imperii*, et PONTIFICES etiam in quibusdam *Constitutionibus*, et *Litteris* mentionem facientes CONCORDATORUM PRINCIPUM, vel CONCORDATI GERMANICI, referenda esse hujusmodi verba intellexerint ad *Instrumentum acceptationis*: ex quo arguis, = *Concordatorum Principum vim, et auctoritatem agnovisse* LEGES IMPERII, *et* COMITIA, MAXIMILIANUM I., *aliosque Imperatores ab A.*1558. *ad Nos usque* IN CAPITULATIONE JURATA, *nec non Summos Pontifices*, EUGENII, *et* NICOLAI *Successores*, HADRIANUM VI., CLEMENTEM VII., JULIUM III., *et* CLEMENTEM XIII. *in speciali Bulla ad Serenissimum Electorem Palatinum data* = (83).

34. Etenim sub hisce vocabulis = CONCORDATA PRINCIPUM = adhibitis a *Legibus*, ab *Imperatoribus*, et a *Pontificibus*, intellecta semper fuerunt, intelligique debebant CONCORDATA ASCHAFFENBURGENSIA, utpote quae a Principibus inita *cum* Apostolica Sede verum, legitimumque exhibent *Bilaterale* Pactum, quod est uniuscujusque *Concordati fundamentum*; nec unquam intellectum fuit, intelligique poterat illud *acceptationis Instrumentum*, a *solis* Germaniae Principibus stipulatum, et a *Concordati nomine* prorsus alienum. Eo vel magis, quia *tenor* hujusce Instrumenti *ignotus* erat *omninò* tunc, cum *Leges* prodierunt, cum constituta fuit *Capitulatio Caesarea*, cumque *Imperatores*, et *Pontifices* locuti sunt; itaut ne excogitari quidem valeat, potuisse Leges, Imperatores, atque Pontifices *ignotum* monumentum respicere.

35. Neque haec ex Nostro ingenio dicimus, sed ex *Germanicorum* Scriptorum sententia, quos inter principem locum te-

storia etc. Cap.II. §.23. *fff* pag.45.) Cum enim scribebat *Barthel*, ignotum omnino non erat Instrumentum hujusmodi, utpote quod, fatente *Koch*, indicatum jam fuerat *a Rainaldo* non minus quam a *Labbaeo*. Sententiae autem *Barthelii* inter alios accessit modo *SPITTLER*, qui A. 1787. scripsit, plures scilicet post vulgatum hujusmodi Instrumentum annos.

(83) Cit *Project.* ad Leodienses num. 4., et 5., ubi per errorem citatur HADRIANUS IV., qui multò ante NICOLAUM V., Saeculo nempè XII. Pontifex fuit.

tenent CLEMENS BECHER, et quem supra nominavimus; GREGEL: = *Per Concordata Principum* (ait *Becher*) *primitus designata sunt* CONCORDATA ASCHAFFENBURGENSIA. *Nam in Bibliotheca Rmi, ac Illmi Dni ab Hellescheim Ecclesiae Cathedralis Coloniensis Canonici adnotatae eruditionis Viri . . . vidi manuscriptum antiquum in folio pergameno amplissimo, ubi exhibetur duplex* CONCORDATORUM ASCHAFFENBURGENSIUM *exemplar. Primum ipsorum* PRINCIPUM ASCHAFFENBURGI; *alterum* NICOLAI V. *Pontificis Romani confectum cum ejusdem manus inscriptione* CONCORDATA PRINCIPUM = (84): ait autem *Gregel*, = *Libros Juris Ecclesiastici in instructissima Bibliotheca Goettingensi perquirenti mihi in manus incidit Libellus Anonymi A.* 1713. *Argentinae impressus, cui titulus* CONCORDATA PRINCIPUM NATIONIS GERMANICÆ *cum argumentis sive summariis jamjam additis etc.* =: loquens insuper idem *Auctor* de verbis *in Capitulatione Caesarea* adhibitis, haec addit: = *Constat, Juris Ecclesiastici Doctores ante Annos quatuor supra viginti in exponendis mutuis Nationis Germanicae, et Sedis Apostolicae Juribus*, SOLIS CONCORDATIS ASCHAFFENBURGICIS *inhaesisse*; *quomodò hos* LATERE *potuerunt, quae verbis, ut dicitur*, APERTIS *in Capitulationibus ad nostra usque tempora repetita fuerunt* = (85)?

36. Accedit, Pontifices HADRIANUM VI., CLEMENTEM VII., et JULIUM III. nunquam hac *simplici* formula fuisse usos = *Concordata Principum* =, sed perspicua haec verba semper adhibuisse = *in Concordatis inter S. Sedem ex una, et inclytam Nationem Germanicam ex altera parte dudum initis* = (86). Ita CLEMENS XIII. in neutra ex Litteris ad Electorem *Palatinum* datis A. 1764. (87) illa adhibuit verba, quae *Tuus Minister* refert, quaeque ne in *Monumento* quidem extant, ab ipso in medium allato, = *mentem*, scilicet, *Sanctae Sedis esse, ut Concordatorum Ar-*

(84) *Hist. Eccles. et Trac.* Lib. VII. pag.473.

(85) Cit. Dissert. §.40.

(86) Uti legere est in iismet litteris *Julii III.* relatis a RAINALDO ad *A.*1554. n.19., quem *falso* citat ad suam fulciendam sententiam *Auctor* cit. *Project.* num.4. vers. *Nec minus*. Eadem ferè *formula* occurrit in Litteris *Hadriani VI.*, et *Clementis VII.*

(87) Die 9. *Junii*, et 26. *Septembris*.

Articulus, qui de Appellationibus agit, ritè servetur = (88); sed longè diversis usus est verbis, ut in allato monumento videri potest, videlicet remissionem Causae *Styrum* ad Curiam Moguntinam in prima Instantia ab Electoribus *Moguntino*, et *Palatino* postulatam, et ab Se concessam, esse = *a Concordato Germanico non abhorrentem* = (89); utpote quod cum nihil *circa Causas* statuisset, hujusmodi remissioni *impedimento* esse nequibat.

37. Et sane qui' fingi potest, CLEMENTEM XIII. hujusmodi verba adhibentem, agitasse animo *Basileenses Canones*, et *acceptationis Instrumentum* tunc, cum non Elector modò, et Archiepiscopus *Moguntinus*, sed *Palatinus* etiam Elector *nil* prorsus hos Canones, aut Instrumentum cogitantes, remissionem hujusmodi Causae postularunt = *Ad normam Sacrorum Canonum, et praecipuè S. Concilii Tridentini Sess.* 14. *Cap.* 20., *salva tamen omninò utrique Parti ad Sanctam Sedem postmodum Appellatione, ut Pars Romam appellata* IBI ET COMPAREAT, ET JUDICATIS TRIBUNALIUM CURIÆ ROMANÆ PLENISSIME PAREAT = (90)?

38. Nos equidem dolemus, quod *Minister Tuus* nonnulla *mutaverit* verba Litterarum CLEMENTIS XIII., sed aequè dolemus, quod HORIX, Auctor praefatae *Collectionis*, ad quam se retulit idem Minister (91), easdem Litteras *obtruncaverit* in ea maximè parte, in qua Pontifex altè conqueritur *de Litteris a Collegio Electorali ad Imperatorem datis*, Canonum *Basileensium* fundamento subnixis, eas declarans S. Sedi *injuriosas* (92), quae Lit-

(88) Cit. *Project.* num. 4. vers. *Et Clemens*.

(89) Vid. *Concordat N. G. I.* To. II. num. VI. pag. 271., ubi sic legitur = *Id JUSTITIÆ consentaneum existimavimus, cum Decanus bonum Jus, et aequum orare videatur, tum A CONCORDATO GERMANICO NON ABHORRENS, et sedandis omnibus turbis judicavimus opportunum* = : eademque verba repetuntur ab HEDDERICHIO in Dis. = *Ad Concordata Germaniae* = Par. III. §. 2. * pagg. 203. 204.

(90) Verba sunt Electoris PALATINI in *litteris* diei 11. *Augusti* 1764., quibus consonat Archiepiscopus, et Elector MOGUNTINUS in aliis *litteris* die 26. *Julii* ejusdem anni,

(91) In *Project.* cit. num. 4. vers. *Et Clemens*; ubi post relata verba = *mentem esse etc.* = subdit = *V. Concord. Nat. German. Int. Tom.* 2. *n.* 6. *p.* 270. =

(92) Digna est haec Pontificiae Epistolae *pars*, ut hic afferatur. Post verba itaque hujus Epistolae Collectio-

Digitized by Google

Litterarum pars si relata fideliter fuisset, tantò manifestius, ac luculentius enituisset *mens Pontificis adversus Canones Basileenses, et acceptationis Instrumentum*.

39. Quae omnia, digna sanè ut de iis fusa, ac distincta oratione disseratur, veluti aliquando praestabimus, si necessitas postulabit, evidenter demonstrant, quàm aliena a veritate sint ea, quae *Tu* proponis, et satis superque sufficiunt, ut *Germanici Scriptores* non amplius magnificis verbis *abutentes* Canonum Basileensium, Instrumenti acceptationis, Pontificiarum Adprobationum, Imperialium Legum, Capitulationis Caesareae, desinant *tandem*, uti hactenus consueverunt, Nationi imponere, et fucum Imperitioribus facere. Caeterum *ad Mandatum Generale* quod attinet, hodiernae quaestionis argumentum, quo Tu uteris tamquam *inductione* ex rebus *indubiis* profluente, Nos in optima Causa *Tui ipsius armis* pugnabimus, iisdem scilicet *Canonibus Basileensibus*, quos perperam arbitraris accepto habitos, confirmatos, et adhuc vigentes.

40. Afferantur ergo *Canones Sess. 31. de Causis*. Cavent hi quidem de *prima* Instantia, ut = *in Partibus ultra quatuor dietas a Romana Curia distantibus omnes quaecumque Causae, exceptis Majoribus in Jure expressè enumeratis, et Electionum Ecclesiarum Cathedralium, et Monasteriorum Causis, quas Causas immediata subjectio ad Sedem Apostolicam devolvit, apud illos Judices in Partibus, qui de Jure, aut de Consuetudine praescripta, vel Privilegio cognitionem habent*, REMITTANTUR, *ac finiantur* = (93).

41. Cavent de *Appellationibus*, ut = *Si quis offensus coram*

suo

ctionis *Horixianae*, = *ubi justae causae nostram proliciant Apostolicam beneficentiam* =, haec addenda sunt = : *Cum autem hujusmodi sint, semperque fuerint Apostolicae Sedis, Nostrique animi sensus, perquam Nobis visum est INJURIOSUM quidquid per occasionem eligendi Regis Romanorum in postrema Francofurdiensi Diaeta exposuerunt Legati Tui, quorum oratio Electorali illi ad Imperatorem Epistolae praebuit argumentum. Sed ubi Litteras Tuas legimus ad Nos datas die* 11. *Augusti summae tuae erga Sacram B. Petri Sedem observantiae, devotionis, ac religiosissimae reverentiae plenas, facilè superiores omnes acerbitates sempiterna oblivione contrivimus. Tibique Dilecte etc.* =

(93) Decret. ult. Sess. 31. §. *Inoleverunt* 1. vers. *Quae attendens*, *quod* integre refertur in Collectione *Horixiana* Tom. I. num. II. *aa.* pag. 123., et seqq. ADD. Refertur etiam a KOCH in *Syllog Document.* num. II. pag. 162., et seqq.

tuo Judice habere non poſſit Juſtitiae complementum, ad immediatum Superiorem per Appellationem recurſum habeat, non ad quemcumque, etiam ad Papam, omiſſo medio = (94). Pergunt = *Neque a gravamine in quacumque Inſtantia ante definitivam Sententiam quomodolibet appelletur, niſi forſan tale gravamen extiterit, quod in definitiva reparari nequiverit, quo caſu non aliter quàm ad immediatum Superiorem liceat appellare* = (95). Cavent tandem, ut = *Si quiſpiam a Sedis Apoſtolicae immediatè Subjecto ad ipſam Sedem duxerit appellandum*, CAUSA COMMITTATUR IN PARTIBUS = (96).

42. Sed adeo falſum eſt, iſta Lege fuiſſe *per Canones* MANDATUM GENERALE conceſſum, itaut nullo opus esset Rescripto, aut Commiſſione Apoſtolicae Sedis in qualibet Causa, ut imò conceptis verbis pro *Lege* edixerint, ut = CAUSA PER RESCRIPTUM COMMITTATUR IN PARTIBUS; NISI *forte propter defectum Juſtitiae, aut juſtum metum, etiam in Partibus convicinis, de quibus in Commiſſione exprimendis legitimo prius documento, aliàs quam per Juramentum, summariè conſtiterit, apud ipſam Sedem foret meritò retinenda* = (97).

43. Si itaque *horum Canonum* vi, tametsi latorum ab Episcopis in *Schisma* prolapsis, SANCTA SEDES debet Causas *committere* in Partibus *per Reſcriptum*; si ad Eam ſpectat *eligere* Judices in Partibus, qui opportuniores ſibi videantur, modò Cognitionem habeant de Jure, vel Consuetudine praescripta, aut Privilegio; si denique Eidem *arbitrium*, et *Jus* est *penes Se retinendi* Causas easdem, ubi *timendum* sit de adminiſtratione Juſtitiae etiam in Partibus convicinis; nemo erit omninò, qui non intelligat meridiana luce clarius, hujusmodi Canonum verbis *excludi* MANDATUM GENERALE, *novumque* requiri, atque poſtulari in *qualibet* Causa SANCTÆ SEDIS *conſensum*, seu *Reſcriptum*, seu *Commiſſionem*.

44. Tu verò incassum exiſtimas, haec Jura aut *inanem* circuitum praeseferre, aut *parvi*, vel etiam *nullius* momenti esse. Intereſt enim quammaxime *Jus* concedendae, *aut* negandae Appellationis; intereſt, *quo* praesertim *modo* concedatur, in *Devo-*

R *luti-*

(94) Cit. Decret. vers. *Statuit* d. Tom. I. Collect. *Horixian.* pag. 127.

(95) Vers. *Neque* loc. cit. pag. 127.

(96) Vers. *Si verò* ead. pag. 127.

(97) Cit. vers. *Si verò* in fine pagg. 127. 128.

lutivo nempe, an in *Suſpenſivo*; intereſt Jus *ſeligendi* Viros magis idoneos adminiſtrandae Juſtitiae; magisque etiam intereſt Jus *cognoscendi*, *num* illae adſint rationes, quas *Canones* indicant ad Causas Romae *retinendas*.

45. Utque clariori in luce collocetur id, quod per se satis eſt manifeſtum, ad memoriam parumper revoca *Tuam* SUPER TRIBUNALI OFFICIALATUS *Ordinationem*. Imperas ibi, ut Causae *Eccleſiaſticae* ad hoc *delegentur* Tribunal; jubes tamen in antecessum, ut *Officialis* ritè, ac meditatè cognoscat, ſit ne hujusmodi *Delegationi locus* (98); deindeque praecipis, ut *Delegatio* per COMMISSIONEM fiat, his per Te adhibitis in *Ordinatione* verbis, = *Officialis res ad primam Inſtantiam pertinentes* COMMITTIT *uni*, *vel etiam duobus Aſſeſſorum* = (99), et rursus = OMNES *Causae pro prima Inſtantia* COMMISSIONI *ſubjiciendae ſunt* (100): ad *secundam* verò Instantiam quod pertinet, jubes, ut *Officialis* conſtituat REFERENTEM (101), et mandas denique, ut in utraque Delegatione *Officialis* = *obſervet inter eos aliquam*, (imò) *exactiſſimam aequalitatem*, *hac tamen cautione*, *ut rationem potius habeat* DILIGENTIORUM, MAGISQUE PERITORUM = (102), illis a Judicio ferendo *ſemper* amotis, quorum Sententia vel propter *Consanguinitatem*, vel *aliam* ob causam *ſuſpecta* esse poſſet (103). Nunc autem quemadmodum ex hujusce *Ordinationis* praescripto *Tu*, Tuique Tribunalis *Aſſeſſores* Tecum putant, non poſſe Causas *referri*, aut *cognosci* absque eo, quod *una qualibet Vice* SPECIALIS COMMISSIO OFFICIALIS antecedat, ita oportet, ut Tu, Tuusque Officialis, et omnes Tui Tribunalis Assessores illud denique fateantur, quod cum Decreta Basileensia postulent *Reſcriptum*, aut *Commiſſionem* APOSTOLICÆ SEDIS, cognosci non possint Causae ad Ipsam devolutae, etiamsi sint *in Partibus* delegandae, SINE SPECIALI EJUSDEM COMMISSIONE IN SINGULIS CAUSIS.

46. Desine itaque, Ven. Frater, in Tui auxilium vocare *Basileenſia Decreta* sub praesidio *Inſtrumenti acceptationis*, et *Con-*

(98) Cit. *Ordinatio* Tit. V. §. 12.
(99) Tit. I. §. 4.
(100) Tit. II. §. 8.
(101) Tit. VII. §. 18.
(102) Tit. I. §. 4. et Tit. VII. §. 18.
(103) Eod. Tit. I. §. 5., et Tit. VII. §. 27.

Digitized by Google

Concordatorum; ista enim Decreta *nil* reverà habent auctoritatis, aut virium; et si *quid* virium, aut auctoritatis haberent in re, de qua agitur, ID TOTUM *contra Te ipsum* converteretur.

47. Sed si Tibi adversatur Concilium Basileense, Concilium nullius auctoritatis, multò sane magis adversatur Tibi SYNODUS TRIDENTINA, quae *longe secus*, atque in Concilio Basileensi factum fuerat, sanciendum sibi esse putavit in omnibus iis partibus, in quibus S. Sedis Jura fuerant violata; quae quidem *Oecumenica Synodus*, ab ista etiam Natione accepto habita [N. 73. et 74.], est legitimae auctoritatis Concilium toto Orbe Christiano sanctè, religiosèque servandum. Vidimus paulò ante [§.40.], contendisse Concilium *Basileense* adimere Apostolicae Sedi facultatem omnem *avocandarum* in *prima* Instantia Causarum, *exceptis* Causis Majoribus, & Cathedralium Ecclesiarum, ac Monasteriorum Electionibus. Volens è contra TRIDENTINUM Concilium consulto satisfacere Querelis Nationis super Causarum *profanarum* invasione, dum *Ordinariis* Locorum reservavit Causas omnes ad Forum *Ecclesiasticum* quomodolibet pertinentes in *prima* Instantia, non solum cavit generatim, ut = *ab his excipiantur Causae, quae juxta Canonicas Sanctiones apud Sedem Apostolicam sunt tractandae* =, sed addidit quoque, = *vel quas ex urgenti, rationabilique causa judicaverit Summus Romanus Pontifex per speciale Rescriptum Signaturae Sanctitatis Suae manu propria subscribendum* COMMITTERE, *aut* AVOCARE= (104): quod *avocationis* Jus in *prima* quoque Instantia ex gravi causa ad Sanctam Sedem pertinet, tamquam ad *Supremum* Ecclesiasticarum

(104) Sess. 24. de ref. Cap 20. Futili labore declinare conatur HEDDERICHIUS in= *Tract. de Appellationibus*=§.46.c.pag.237. cum THIERY §.21. pagg.315. 316., et JAC. ABEL in *Disquis. de Jure, et officio etc.* Sect. IV. §. 104. *vim* hujus sanctionis pro Apostolica auctoritate *avocandi* Causas, aut ad *Isidorianas* appellans Decretales, aut confugiens *ad Concordata Nationis*. De *Isidorianis* agit inferius *Responsio Summi Pontificis*. Ad *Concordatum* verò quod pertinet, illud *de Causis* non loquitur, nec etiamsi de iis loqueretur, habere posset vim ullam post Concilium *Nationis consensu* initum, ab Eaque *receptum*. Caeterum *Hedderichius* parum cohaeret sibi, dum *eodem loco* ad Concordatum provocat, et *desiderium* commemorat, quo *Nationes* flagrabant, ut a *Tridentinis Patribus deliberationes* caperentur = *accomodae, et ipsis Regionibus Concordato fruentibus non inutiles* =.

tum Causarum Judicem, non secus ac idem Jus in Causis *profanis ad Suprema* pertinet *Imperii Tribunalia*, et ab illis quoque pro rerum opportunitate exercetur (105).

48. Vidimus [§. 41.], Concilium *Basileense* statuisse, ut *Appellationes* in secunda, et in ulterioribus Instantiis deferrentur = *ad immediatum Superiorem, prohibita ad Sanctam Sedem Appellatione, omisso medio* =. At *longe secus* statutum est in Concilio TRIDENTINO, hac re maturè discussa. Quamvis enim JOANNES GROPERUS artificiosa oratione, ex qua Tu forsan Tuas oppoſitiones hausisti, studuisset PATRIBUS suadere, ut hoc *Privilegio* Apostolicam Sedem exuerent; nihilominus strenuè JOANNES BAPTISTA CASTELLIUS huic contradixit, aliàque multo graviori, ac sapientiori oratione demonstravit, opus omnino esse ad avertendam *tyrannidem Procerum Provinciae*, ad *graviora* etiam *mala* propulsanda, ad *intactam Populorum, libertatem* relinquendam, quodque caput est, = PER SERVAR L'UNITA' DELLA CHIESA ERA NECESSARIO LASCIAR LE COSE NELL' ISTESSO TERMINE =; quemadmodum SARPIUS ipse diffiteri minimè potuit (106).

49. *Vicit* autem Sententia CASTELLII, eodem referente SARPIO his verbis = *L' andar per gradi nell' appellazione, sebben sostentato da molti*, FU ESCLUSO DALLA PLURALITA' DE' VOTI = (107); adeoque TRIDENTINI PATRES, *recedentes* a formula adhibita a Concilio *Basileensi* = *ad immediatum Superiorem* =, apertè sanxerunt, ut = LIBERUM *esset Partibus, vel alteri illarum Judices* SUPERIORES *aliàs tamen competentes adire* = (108); quae formulae *diversitas* satis ostendit, praeservatam voluisse PATRES Appellationem *omisso medio AD PAPAM*, qui SUPERIOR est *omnium Episcoporum*, et semper COMPETENS. Id autem luculentiùs declararunt, ubi conceptis verbis permiserunt in Causis etiam *criminalibus* ad Sanctam Sedem

(105) PUTTERUS = *Nova Epitome Process. Imper. amborum Tribunalium Supremorum* = Lib.IX. Cap.II. *De deneg. just.* §.220.

(106) Cit. = *Istoria del Concilio Tridentino* = Lib.IV. n.16., ubi utramque refert *Groperi*, et *Castellii* orationem, quarum *postrema* digna est, ut *integre* legatur.

(107) Loc.cit. vers. *Ma nè questo*, et cum *Sarpio* convenit PALLAVICINIUS Lib. XII. Cap.IX. n. 8. in fine.

(108) Cit. Sess. 24. de ref. c.20.

dem Appellationes = *a Sententia Episcopi*, *vel ipsius in Spiritualibus Vicarii generalis* = (109), tametsi de *Episcopo* ageretur *Metropolitano*.

50. Vidimus tandem [d.§. 41.], Concilium *Basileense* adstringere contendisse Apostolicam Sedem ad delegandas *in Partibus* Causas ad Se devolutas, iis tantummodo Causis *exceptis*, in quibus esset de recta *Justitiae* administratione *metuendum*. TRIDENTINUM è contra Concilium, si *Pauperum* Causae *Matrimoniales* demantur, pro quibus *dumtaxat* cautum eſt, ut = *si Pars vere paupertatem probaverit*, *non cogatur extra Provinciam*, *nec in tertia Instantia in eadem Causa Matrimoniali litigare*, *nisi Pars altera et alimenta*, *et expensas litis velit subministrare* = (110), *Tridentinum*, inquimus, Concilium, si hae demantur Causae, in *omnibus aliis* integrum reliquit ARBITRIUM Apostolicae Sedi easdem vel *retinendi* penes Se, vel aliis *committendi*, ne *criminalibus* quidem Causis exceptis. Etenim noluit, ut quamvis ad Sanctam Sedem appellaretur = *a Sententia Episcopi*, *vel ipsius in Spiritualibus Vicarii* =, *omisso Metropolitano*; aut ad Eamdem appellaretur ab ipsa *Metropolitani* sententia, ulla APOSTOLICÆ SEDI inesset *obligatio in Partibus committendi* Causas; cum id tantummodo jusserit, ut = *si Apostolica Auctoritate in Partibus eam committi* CONTIGERIT, *Metropolitano*, *seu illius etiam Vicario in Spiritualibus Generali*, *aut si ille aliqua ex causa suspectus foret*, *vel ultra duas legales dictas distet*, *seu ab ipso appellatum fuerit*, *uni ex vicinioribus Episcopis*, *seu illorum Vicariis*, *non autem inferioribus Judicibus*, COMMITTANTUR = (111). Quae quidem verba = *si Apostolica Auctoritate in Partibus committi* CONTIGERIT =, omnem procul dubio *liberam* praeseferunt in S. Sede Causarum penes Se retinendarum *potestatem*.

51. Quoniam verò intererat, ut si contingeret, *pro arbitrio* Sanctae Sedis, Causas in Partibus commiti, et delegari, Judices essent *idonei*, curarunt PATRES, = *in singulis Conciliis Provincialibus*, *aut Dioecesanis aliquot Personas*, *quae qualitates habeant juxta Constit.* BONIFACII VIII., *quae incip.* *STA-*

(109) Sess 13. de ref. Cap. 2.
(110) Cit. Sess. 24. de ref. c. 20. vers. *Ad haec*.
(111) Sess. 13. de ref. Cap. 2.

STATUTUM, *et alioquin ad id* APTAS *designari*, *ut praeter Ordinarios Locorum iis etiam posthac Causae Ecclesiasticae*, *ac Spirituales*, *et ad Forum Ecclesiasticum pertinentes in Partibus delegandae committantur* = (112). Sed *cautione* hujusmodi ad Judicum, quibus Causae delegarentur, idoneitatem certiùs habendam excogitata, nunquam id se praestitisse intellexerunt, quod Te intellexisse cognovimus; Judices videlicet *Synodales*, statim ac designantur, esse praeditos *Mandato generali*, aut facultate *singulas* Causas cognoscendi *absque ulla S. Sedis*, *ejusve Nunciorum Commissione*. Namque haec mox addere voluerunt, = *quibus* (idest Judicibus *Synodalibus*, vel *Pro-Synodalibus*) *hujusmodi Causae a quolibet Legato*, *vel Nuncio*, *atque etiam a Sede Apostolica* COMMITTANTUR = (113): hac enim *sine* Commissione *nihil* omninò *Jurisdictionis* est Judicibus *Synodalibus*, aut *Pro-Synodalibus*; ut praeseferunt verba ipsa TRIDENTINI Concilii, quae a Germanis solent *silentio* praeteriri; ut declaravit *Congregatio S. Concilii* Interpres (114); utque denique *usus* ipse demonstrat omnium Ditionum, et praesertim Germaniae, teste VAN-ESPENIO (115).

52. Ex hac Canonum utriusque Concilii *comparatione*, quam Nos eramus polliciti [§.27.], meridiana luce clariùs se prodit *diversitas* Sanctionum Tridentini Concilii a Sanctionibus Concilii Basileensis quoad *Causas*, et *Appellationes*, et aequa luce se prodit *Mandati generalis exclusio*, quae ex utroque Concilio dimanat. Sed eamdem exclusionem magis magisque confirmant *Responsio*

(112) Sess. 25. de ref. Cap. 10. Haec Tridentina sanctio, consona *desiderio* Constantiensis, et Basileensis Conciliorum, atque Nationis, laudatur a NELLER §.16. ** pag. 308., a P. HEDDERICH in = *Tractat. de Appellation.* = §.46. pag. 237., et a THIERY §. 23. n. 4. pag. 323.

(113) Ut sequitur idem Cap. 10.

(114) Referente BENEDICTO XIV. in Opere = *de Synod. Dioeces.* = Lib. IV. Cap. 5. n. 6., his verbis = *Neque a Judicibus Synodalibus eligendis EPISCOPOS removari debet TIMOR, ne illi QUODDAM QUASI TRIBUNAL erigant, quasi aliquam Jurisdictionem STATIM adepti essent; nam S. Congregatio Concilii in Causa Januen. diei 15. Martii 1601.* (Lib. 9. Decr. pag. 134.) *jam statuit*, *PERSONAS DESIGNANDAS IN SYNODO EX CAP. 10. SESS. 25. ANTE DELEGATIONEM NULLAM HABERE JURISDICTIONEM* =.

(115) = *Jus Eccles. univers.* = Par. III. Tit. V. Cap. 3. n. 18. 32. 33. et seqq., et Tit. X. Cap. 2. n. 9., quo cum *Auctore* plerique conveniunt Nationis *Scriptores*.

ſio COLLEGII ELECTORALIS, et CONVENTICULI EMSENSIS *Deliberationes*. Etenim *Collegium Electorale* in *litteris* diei 19. *Martii* 1769. ad *Caeſarem* datis inter caetera poſtulabat, = *ut Sedes Romana ſemper teneatur* DARE *Judices in Partibus* = (116); *Emſenſes* verò *Delegati* ita ſtatuendum ſibi eſſe arbitrati ſunt = *Se ſi appella da queſto* (idest a Metropolitano) *alla Sede Romana, allora il Papa è obbligato di* DARE *per la terza iſtanza Giudici* IN PARTIBUS . . . *e queſti ſaranno fiſſati congruamente ſecondo la preſcrizione del Concilio di Trento, e poſcia* NOMINATI A ROMA = (117).

53. Poſt haec incaſſum Te refers ad *Conſtitutiones* BENEDICTI XIV. Nam altera, quae incipit = *Quamvis paternae* =, quaeque *Tridentinae* Sanctioni, ad quam ſe refert, eſt apprimè conſentanea, tribuit quidem Archiepiſcopis, et Epiſcopis facultatem conſtituendi Judices *Pro-Synodales* = *cum conſenſu ſuorum Capitulorum* =, ſi juſtis de cauſis convocari Synodi nequeant; ſed eodem tempore mandat, ut = *Nomina Electorum in Albo redacta* NOBIS REMITTANT, *et ſi mori aliquem contingat, alios cum conſilio Capituli ſufficiant, ſuffectosque* NOBIS INDILATE DENUNCIENT = (118).

54. Subdit subindè laudatus Pontifex = *Noſtraeque erit vigilantiae ſolerter cavere, ne in poſterum ab Officialibus Noſtrae Curiae ad id deputatis Cauſae ad Partes* COMMITTI *ſolitae* ALIIS, *quàm dictis Judicibus*, DELEGENTUR = (119). Quae verba nullo egent interprete, ut unicuique pateat, excludi a Judici-

(116) Vid. ANONYMUM = *de Legatis* = Cap. III. §. 33. vers. *Tertio* pag 74.

(117) Artic. XXII. (4) pag. 27., et apud *DALHAM* pag. 655. (*d*)

(118) Conſtit. = *Quamvis paternae* = diei 26. *Auguſti* 1741. in *Bullar. Benedict.* Tom. I. num. XXVIII. §. 5. pag. 68., ibidemque §. 4., refundens in *ipſos Germanos cauſam querelarum*, inquit, = *quia NEGLIGITUR ad praeſcriptum Canonicarum Sanctionum Judicium Synodalium deſignatio, quorum notitia ſi Romano pro tempore Pontifici exbibita fuiſſet, eiſdem TANTUMMODO Judicibus facta fuiſſet Cauſarum delegatio, SEMOTA QUAVIS QUERELARUM OCCASIONE* =. Quod ipſum comprobat NELLER loc. cit., ibi = *ſed MULTUM SUPINE res haec a NOSTRATIBUS geritur, Perſonae delegandae non denominantur* =, repetitque THIERY §. 22. n. 4. *f.* pag. 324. ADD. *Nellerum* citat., ſequiturque KOCH cit. Libel. in *Argumen. Sanct. Pragm.* Cap. IV. §. 1. *f.* pag. 81., ubi etiam commemorat hanc *Benedicti XIV.* Conſtitutionem.

(119) Dicta *Conſtit.* §. 6. loc. cit.

Digitized by Google

dicibus quodcumque *generale Mandatum*, mirumque in modum *necessitatem* comprobari, atque evinci *petendae* in *qualibet* Causa a SANCTA SEDE *Commissionis* (120), quae teste Pontifice, dabitur = *in Causis committi solitis* =; nempe in Causis *minoris momenti*, quas BENEDICTUS XIII., ampliando veteres Constitutiones, statuit eas esse, quae non excederent summam *scutorum centum* (121), summam, inquimus, ea, quam Nos Tibi obtulimus, *longè minorem* (122). 55. Alia

(120) Hanc *necessitatem*, missis *aliis* exemplis, *ultimis* hisce temporibus apertè agnovit Episcopus POSNANIENSIS in scripto, quod ejus nomine *Pontifici* oblatum fuit die 8. *Aprilis* 1785., in quo oravit Sanctitatem Suam = *ut imposterum in OMNIBUS Delegationum Brevibus pro sua Dioecesi apponatur Clausula, atque conditio = Dummodò Judex Pro-Synodalis ab Episcopo in Dioecesi praedicta electus, ac deputatus existat =, vel si id Sanctitati Vestrae non arrideat, saltem in ipso BREVI addatur conditio, quod ipsum Delegationis Instrumentum, ac Breve prius Apostolico Nuncio exhiberi debeat, ad hoc ut ipse cognoscat, num Judex Delegatus sit unus ex Judicibus Pro-Synodalibus ab Episcopo electus, atque a S. Sede approbatus* =; atque hanc ipsam singularum in singulis Causis Commissionum *necessitatem confirmans*, eamdem *cautionem* pro caeteris imploravit *Regni Episcopis*, subdens = *Ardens, devotumque studium, quo ipse erga S. Sedem fertur, eumdem impellit, ut hanc eamdem methodum in quibuscumque Delegationum Brevibus pro universis Poloniae, ac Lithuaniae Dioecesibus constabiliendam, atque servandam commendet, tamquam* MAGNUS CORONÆ CANCELLARIUS, *ac* PRIMARIUS REGNI MINISTER. *Hoc pacto Sanctitas Sua, nedum Episcoporum Juri, atque Jurisdictioni, sed propriae etiam, ac S. Sedis Auctoritati consulet. Nimirum* HAC METHODO CONSTABILITA, NULLUS ERIT AMPLIUS EPISCOPORUM OFFENSIONI, AC QUERELIS LOCUS, OB APPELLATIONES AD APOSTOLICAM SEDEM INTERPOSITAS IN CAUSIS SUARUM DIOECESUM, ET EPISCOPI OMNES GRATO, AC DEVOTO ANIMO PROVIDENTISSIMUM SANCTITATIS VESTRÆ STUDIUM IN EORUM JURIBUS TUENDIS, ATQUE SERVANDIS EXCIPIENT =. Libenter justis petitionibus annuit Pontifex, Rescripto *diei* 25. *ejusdem mensis, et anni*, injungens *Officiali Commissionum*, ut in *singulis Poloniae Brevibus* conditio apponeretur *praesentationis Nuncio faciendae*. Colliges hinc *unius integrae Nationis* sensa tam super *necessitate singularum* Delegationum, quàm super *opportunitate* remedii ad quascumque *Episcoporum Querelas* avertendas.

(121) Vid. *Appendicem* Concilii *Romani* A. 1725. num. XIII. in *Addit.* = *ad* 12. *et* 13. *Decretum Clementis VIII.* = §. *Quia in Causis*.

(122) In foliis *a Pontificio Nuncio* exhibitis *Ministro Electorali* incun-

55. Alia verò *Benedictina Constitutio*, quae incipit = *Ad militantis* = (123), dum una ex parte studuit *moderandis* Appellationibus, et Inhibitionibus illegitimis a Sancta Sede extortis, *intactum* ex alia parte reliquit APOSTOLICÆ SEDIS *Jus quoad Appellationes*, *et Inhibitiones legitimas*; et *utràque* Constitutione factum est, ut *Nationis Votis* cumulatè satisfieret, quae quasdam hac de re *Querimonias* excitaverat in *Conventu Electorali* A. 1741., uti testis est JACOBUS ABEL Jurisdictionis Nunciorum hostis, et Imperialis Camerae Advocatus (124).

56. Tandem manus niteris admovere ad ultimam ex naufragio tabulam, ad *Consuetudinem* nempe aliorum Locorum; perinde ac si licitum Tibi esset agere in Archidioecesi Coloniensi = *eumdem in modum, quo in aliis Germaniae Archidioecesibus Observantia est* =, ut verbis utamur Tui *Decreti Communis* (125); quibus respicere velle videris JUDICIUM REVISORIUM LEODIENSE, et CONSISTORIUM TREVIRENSE, veluti *alia Tua Scripta* luculentiùs Nobis indigitant (126). Verum *primò* adversus extremam aggressionem hanc tuam notissima facit *Juris Regula*, quae fert, ut Consuetudo in rebus licitis, minimeque rationi adversantibus, suam exerat vim in iis *tantummodò* Locis, *ubi* fuit *legitimè* invecta, nec possit *a Loco*, in quo viget, *ad Locum* trahi, deducique, in quo nondum *recepta* est.

57. Fateris Tu quidem ingenuè, Consuetudinem hujusmodi pro *Ecclesiasticis* Causis *nunquam* in *Tua Archidioecesi* viguisse; idque Nobis comprobat locupletissimè testimonium *tredecim Procuratorum*, *Notariorumque* istius Curiae Tuae Archiepiscopalis juratò a die usque 20. *Maii* 1757. affirmantium, = *R̃mum*, *ac Perillustrem D̃ñum Officialem ejusdem Curiae in Causis* EC-

ineunte *mense Julio A.* 1785. *num.V.* promptum se obtulit Pontifex delegandis tum Causis *Pauperum*, tum *aliis* etiam Causis, quae non excederent summam *florenorum Imperial.* 500.

(123) Diei 30. *Martii* 1742. in cit. *Bullar.* Tom.I. n.48. pag. 134., et seqq.

(124) Cit. *Disquisit.* Sect. IV. §.130., ubi de *Querelis* agens in *Conventu Electorali* propositis adversus Curiam Romanam = *fructus fuere*, inquit, *duae Constitutiones Benedictinae* =.

(125) Die 12. *Januarii* 1786.

(126) Cit. *Pro-Memoire*, seu =*Projectum*= ad Leodienses §.*Ex his quoque*. num. 2.

CLESIASTICIS *in* PRIMA *Instantia* COMMISSIONEM NUNQUAM DECERNERE, MULTO MINUS EASDEM, *si appelletur*, POST *decisionem a se factam, vel ipsum Dñum Officialem, vel ipsum Serenissimum Archiepiscopum Coloniensem Dñum Nostrum Clementissimum* COMMITTERE, *sed easdem* INDISTINCTIM *omnes*, *in gradu* APPELLATIONIS, *vel* AD SANCTAM SEDEM APOSTOLICAM, *vel ad* SACRAM NUNTIATURAM COLONIENSEM *liberè*, *et absque ullo impedimento* CONSTANTER DEVOLVI = (127). Nil itaque adjumenti Tibi obveniret ex *aliarum* Archidioecesum Consuetudine, cum Tibi semper onus inesset *servandae Consuetudinis* per Tuam Archidioecesim *vigentis*, Legibusque Ecclesiasticis *consentaneae*.

58 Deinde certum est, *Tribunal Revisorium Leodiense* fuisse lege JOSEPHI I. Imperatoris constitutum die 5. *Maii* 1710. non pro Causis Ecclesiasticis, sed dumtaxat = *in* SAECULARIBUS, PROFANISQUE *Causis*, *quae ratione summae*, *aut taxae*, *seu alio ex capite* INAPPELLABILES *sunt*=(128). Nosque minimè

(127) Nomina *Notariorum*, et *Procuratorum* haec sunt.

BALDUIN. PHILIP. CLAESSEN *Coloniensis Curiae*, *et Appellationum Werlensium Notarius m. pp.*

CORNEL. ANTON. CLAESSEN *Curiae Notarius*.

HEM. DANIEL PASTORS *Curiae Notarius*.

PET. JOSEPH SCHMITZ *Curiae Notarius*.

FILMAN. LAURENT. VON FELCH *Curiae Notarius communis*, *Fiscalis*, *ac Sententiarius*.

WILHELM. JOSEPH VIRNICH *Curiae Notarius*.

FRANS. THEOD. HOENINGH *Curiae Archiepiscopalis Procurator senior*.

MATTH. MULLER *Procurator Curiae Archiepiscopalis*.

B. H. STEINHOFF *Procurator Curiae Archiepiscopalis*.

PET. JOSEPHUS NINGELGEN. *Archiepiscopalis Curiae Coloniensis Procurator*.

JOANNES MATTHIAS BEBBER *praedictae Curiae Procurator*.

A.G. WASSERFALL *Curiae Procurator*.

MATTH. WILHELM BAUM *Curiae Archiepiscopalis Coloniensis Procurator*.

(128) Confer Edictum *Caesareum*, praesertim in *Exordio*, et n. *Primo* quod *integrè* refertur in Tom. VIII. *Additamentor.* ad Opera CAROLI DE MEAN = *Ad Jus Civile Leodiense Leodii* 1741. = pagg. 26. 27.

nimè latet, quo studio *Leodienses* Sanctam Sedem, atque Apostolicas Nunciaturas prosequantur (129).

59. Tribunal verò *Revisorium Trevirense*, prius adpromissum a FRANCISCO LUDOVICO Archiepiscopo in *Ordinatione* diei 1. *Januarii* 1719. (130), institutum scimus ab Eodem fuisse alia *Ordinatione* diei 27. ejusdem mensis, et anni (131) pro Causis dumtaxat, et Judiciis *profanis*; prout ipsa praesefert *Ordinatio*, in qua nulla de Causis *Ecclesiasticis* fit mentio; utque declarat praescripta pro obtinendis Processibus *Revisoriis* FORMULA, quae Sententias tantummodò respicit, *a Tribunali Laico Electorali* prolatas (132). Id ipsum agnovit FEBRONIUS (133), et quod magis est idem *Trevirense Consistorium*, ut patet ex iis, quae A. 1749. scripsit *Nuncio ad Tractum Rheni*, non *alia* ratione contendens, ad Se *cujusdam* Causae cognitionem spectare in *tertia* Instantia, nisi quia *civilis*, et *profana* esset omninò; hac insuper addita declaratione = *Eminentissima Sua Electoralis Celsitudo* APPELLATIONUM, *quae in Causis* ECCLESIASTICIS AD NUNTIATURAM *ritè interponuntur*, CURSUI *ullam injicere* REMORAM *mentis minimè sit* = (134).

60. Quinimò utrumque hoc *Revisorium Leodiense*, ac *Trevirense* Tribunal, ad *civiles* tantum Causas cognoscendas institutum, quae *ordinario* Appellationis auxilio carerent, quaeque *extraor-*

S 2

(129) De *Leodiensis Cleri* erga Nuncios Apostolicos *observantia* testatus est idemmet Episcopus, et Princeps *Leodiensis* in quibusdam litteris diei 24. *Maii A.* 1786.

(130) Num. XIII., in ea scilicet *Ordinationis* parte, quae ad Causas *civiles*, et *Saecularia* Judicia pertinet. Integra *Ordinatio* prostat apud HONTHEIM *Histor. Treviren.* Tom. III. pag. 903. et seqq. cum hac Epigraphe = *Generalis*, *et Praeliminaris Ordinatio omnium Archidioecesis Trevirensis Judiciorum*, *et Dicasteriorum* =.

(131) Haec item *Ordinatio* legitur in cit. Tom. III. pag. 909. et seqq. hac inscriptione = *Constitutio Judicii Revisorii Trevirensis* =.

(132) Cit. *Ordinat.* Tit. I. §. VIII. loc. cit. pag 909.

(133) In Dis. ad Saec XVII., et XVIII. §. VIII. vers. *Civilium* d. To. III. pag. 207., ubi inquit = CIVILIUM *Causarum* TERTIA *Instantia est apud Judicium* REVISORIUM =.

(134) Hae litterae a *Consistorio Trevirensi* nomine *Archiepiscopi*, et *Electoris* scriptae ad Archiepiscopum *Laodiceae* SPINOLA *die* 3. *Aprilis* 1749. extant in *Arch. Secr. Vatic. regest.* Litterar. Nuncii *Colonien.* A. 1749. 50.

Digitized by Google

traordinariae dumtaxat *Revisioni* subjici possunt, (135) vehementer adversatur TRIBUNALI OFFICIALATUS a *Te* INSTITUTO [*a*], pro concedenda Revisione Causarum *Ecclesiasticarum*, quae *de Jure* ad Apostolicam Sedem *per Appellationem* deferuntur. Hoc enim Jure exui SUPERIOREM quoquomodo posse ab *Inferiore* commentus est nemo, et *contrariam* Sententiam DOCTORES magni nominis protuentur (136).

61. Scimus, abs Te quoque Causas *civiles* quandoque delegatas fuisse in gradu *Revisionis*, ut affirmant *Procuratores*, et *Advocati* in allato testimonio [N. 127.]. Maximum autem est inter Causas profanas, et Causas Ecclesiasticas *discrimen*; nam quoad Causas verè *profanas*, seu *Saeculares* tam Tu, quàm Trevirensis Elector summum tenetis *Principatum*; quoad *Ecclesiasticas* verò non item: in his enim, sive tamquam *Ordinarii*, sive tamquam *Metropolitani* judicetis, estis semper *Judices* APOSTOLICÆ SEDI *subjecti*.

62. Denique si *Treviros*, aut ad *alium* quemcumque Germaniae Locum *malus* accessisset *usus* Appellationem dandi in Causis *Ecclesiasticis*, itaut illae a primis Sententiis ad Consistorium in gradu *Revisionis* deferrentur, malus hic usus numquam S. Sedi *probatus* est, et ne *in posterum* quidem probabitur; cumque *rationi* pariter adversetur, ac *Legibus*, vergatque *in Supremorum* S. SEDIS *Jurium occupationem*, nullam *quocumque temporis intervallo* vim, ac robur nancisceretur *legitimae* Consuetudinis: quinimò *Acta*, et *Sententiae* omnes, quotquot *antea* prodiissent, essentque *imposterum* proditurae, fuissent, ac forent *inanes*, et *irritae ipso Jure*.

63. Ne-

(135) Vid. CARD. DE MEAN loc. cit. *Observ.* 263. n. 2., 548. n. 1. 2. 3. 5., et 651. n. 4.

[*a*] Vid. novas *Pontificis* Litteras ad Archiepiscopum *Coloniensem* §. 12.

(136) JO. NARBONA = *de Appellat. a Vicariis ad Episc.* = Par. I. n. 168., ZIEGLERUS = *De Jur. Majestatis* = Lib. I. Cap. 30. §. 30. = *Quidquid vergit in* PRÆJUDICIUM SUPERIORIS *id ab* INFERIORE *per Statutum disponi nequit* =, et AUGUSTINUS A LEYSER = *Meditat. ad Pandect.* = Specim. 654. §. 10. et 11. Tom. X. pag. 475. responsum refert Jureconsultorum *Helmstadiensium mensis Decembris A.* 1719., qui licet *speciali Consuetudine* subnixi *provocari* posse authumarent ad Judices *inferiores*, id tamen hac *tantum* lege fieri posse declararunt, ut = *per eam Judicis superioris potestas nec infringatur, nec imminuatur* =.

63. Neque Nos id primi decidimus, cum tot ante annos hoc ipsum BONIFACIUS VIII. judicaverit in hunc modum rescribens: = *Non putamus illam Consuetudinem, quantocumque tempore de facto servatam, consonam rationi, quod* AB OFFICIALI EPISCOPI AD EUMDEM EPISCOPUM VALEAT APPELLARI = (137). Multoque etiam clarius idem A TRIDENTINO CONCILIO definitum est; cum enim illud observantiam *Constitutionis* INNOCENTII IV. in Cap. *ROMANA*, a Nobis jam commemoratae [C.V.§.24.], qua Appellatio *ab Iisdem* ad *Seipsos* proscripta fuit, *ampliandam* putasset ad Legatos, Patriarchas, *Primates*, ac *Metropolitas*, haec subjunxit verba, digna certè, quae diligentissimâ animadversione pendantur ab iis, qui quoquo modo in haec suprema Ecclesiae Jura aut invasissent, aut invadere molirentur; = *Quacumque Consuetudine etiam immemorabili, aut stylo, vel privilegio in contrarium non obstantibus*; ALITER INHIBITIONES, ET PROCESSUS, ET INDE SECUTA QUÆCUMQUE SINT IPSO JURE NULLA = (138). *Tu Ipse* igitur judica, num bona cum fide possit in ullam Archidioecesim, in qua *antea* non fuerit, hujusce naturae *Consuetudo introduci*, cum constet, Œcumenici Tridentini Concilii apertissima Lege *irritas*, inanesque esse *cum* omnibus suis *Actis* hujusmodi *Consuetudines* in iis quoque Locis, in quibus *ante* omnem memoriam hominum *servatae fuissent*.

(137) Cap. 2. *de Consuetud.* in 6. (138) Cit. Cap. 7. Sess. 22. de ref.

CAPUT VII.

De *ultima*, quam proponunt, querela

ELECTOR TREVIREN., ET ARCHIEPISCOPUS SALISBURGEN.

SUPER FACULTATE

AB ELECTORE PALATINO BAVARIAE DUCE POSTULATA, ET A NOBIS CONCESSA

per Litteras in forma Brevis diei 6. Novembris 1787.

PROROGANDAE

IN SUBSIDIUM PUBLICARUM CALAMITATUM

EXACTIONIS DECIMAE OMNIUM REDDITUUM

OBVENIENTIUM EX REBUS, ET BONIS ECCLESIASTICIS

SITIS

IN EJUS DITIONE PALATINO-BAVARA.

1. PErtinet id querelae genus ad *utramque* Potestatem. Ad hanc usque diem fuit hoc in more positum, institutoque Majorum, et Ecclesiae praescripto constitutum, ut *Principes*, publicis licet rerum angustiis pressi, nullam tamen *Propria Auctoritate* seu *Decimam*, seu *tributum*, seu *vectigal* imponerent *Bonis Ecclesiasticorum* suae Ditioni subjectis, tamquam rebus SUPREMO NATURÆ AUCTORI dicatis, sed ut *ad Apostolicam Sedem*, et *ad Pontificem Summum* fidenter confugerent, qui vi, ac ratione PRIMATUS cum *supremam* apud se habeat horum Bonorum custodiam, et curam, et *primarius* sit *Ecclesiasticarum* rerum Dispensator, non defuisset, *justa*, ac *legitima causa cognita*, Ipsorum indigentiis subvenire.

2. Hinc *Palatinus Elector* eo, quo decet, obsequio hanc Legem Ecclesiae prosecutus in magnis rerum, quibus premebatur, angustiis, a Nobis suas Ipsius necessitates edoctis petiit, impetravitque veniam *prorogandae collectionis*, atque *exactionis Decimae*, de qua agitur. Tot inter Episcopos, atque Ecclesiasticos Viros cujusvis generis, solutioni Decimae hujus obnoxios, Vos

tan-

tantum, Ven. Fratres *Trevirensis* Elector (1), et Archiepiscope *Salisburgensis* (2), Vos tantum, inquimus, contradicere statuistis, vestrasque ad Nos querelas deferendas putastis, non *alia* ratione ducti, nisi quia Vestrarum Dioecesum *pars quaedam* sita est in Ditione Bavaro-Palatina, intra cujus fines solutio hujusmodi *Decimae* continetur. Ex aliis omnibus ad memoratam Ditionem pertinentibus *nemo unus* contradixit unquam; idemque credendum Nobis esse de Electoribus *Moguntino*, et *Coloniensi* ipsorum litterae ad Nos scriptae persuadent, utpote quae nullam hac de re mentionem fecerunt (3).

3. Sed *Contradictio Vestra* est hujusmodi, ut *utramque* simul laedat Potestatem; perinde ac si *absque vestra consensione* nequeat *Laicus* Princeps *a Suprema Ecclesiastica Potestate petere*, ut Clero *vectigal* ullum imponatur; et perinde ac si nequeat *Supremus* Ecclesiae Pontifex hoc ipsum *justa* de causa petenti *concedere*: contradictio, inquimus, *periculi*, et *injuriae* plena, utpote quae *ansam* praebere posset *Laicae* Potestati decedendi a consultissimis Ecclesiae Legibus; quemadmodum evenire plerumque solet, ubi *Clerus injustè utrique* Potestati resistat.

4. Si vestras *singillatim* expendemus querelas, facili negotio illud deprehendemus, quod ubi *Vos* decepti a Vestris Consiliariis, parum certe sibi constantibus, defendere putatis *Libertatem*, aut *Immunitatem* ECCLESIÆ GERMANICÆ, ambabus ulnis amplexantes doctrinam, atque sententias *Anonymi Auctoris* Opusculi = *De insigni Libertate Cleri Germanici circa impositionem*

(1) In *Litteris Pontifici* hac super re scriptis *die* 11. *Julii* 1788.

(2) In similibus *litteris diei* 28. *Julii* 1788. Hac ipsa die *duo hi Metropolitani* litteras dederunt super eadem re *Principi Electori Palatino*, easdemque mox *typis* mandarunt, illo penitùs *inscio*; unde mirum non est, si de illis vehementer *questus* est idem Elector in Opere *germanica lingua* conscripto, et ipsius jussu *Monachii* edito ex Typographia *Accademiae* hoc titulo = *Beleuchtung der Zwei Erzbischoflichen etc.* =, ubi *Metropolitanorum litterae* referuntur, et *Electoris responsio* data die 30. *Augusti* 1788., additis etiam *Notis*. Haec, et alia circa hujusmodi Opusculum Monachiense habes in alio cit. Opusc. = *Defense des Reflexions* = pagg. 100. 101. 102.

(3) Nec in citatis *litteris diei* 26., *et* 28. *Novembris* 1788., nec Elector *Coloniensis* in = *Pro-Memoria* =, nec *Moguntinus* in *Encyclica*; quamvis *ibidem* multas *querelas* adversus *Monachiensem* Nunciaturam, et Nuncium effuderint.

nem Decimarum = (4), ubi, inquimus, *Libertatem* tueri arbitramini, id *nolentes* efficitis, ut Episcopi, et Ecclesia omnis sua *exuatur* Auctoritate Decimas, et tributa imponendi, utque Jus omne generis ejusdem *solis* Saeculi Principibus tribuatis, quasi de rebus dumtaxat *temporariis* ageretur. Veniamus ergo absque ulla mora ad *rem ipsam* propius examinandam, quo manibus, ut ita dicamus, contrectetur querelae hujus injuria, injustitia, atque absurditas.

5. Quicumque *vestras litteras* leget, putabit, Nos concedentes = *de plenitudine Potestatis* = Principi Territoriali id postulanti facultatem colligendae *Decimae* ex redditibus Bonorum *Ecclesiasticorum* Ditionis suae, non obstante *Immunitate* quacumque, etiam ex causa, et titulo *oneroso* acquisita, adjectis *poenis* Spiritualibus, et pecuniariis contra *renuentes*, cujuscumque fuerint dignitatis, nec non *implorato* adversus eos *brachii saecularis auxilio*, nullaque attenta *exceptione*, aut Regula de *Jure quaesito non tollendo*, ac omnibus iis *derogatis*, quae adversari possent, etiamsi speciali mentione digna forent, putabit, inquimus, Nos quidquam commisisse *inusitatum, inauditumque*, itaut = *omnes Germaniae Archiepiscopi, et Episcopi, atque universa Natio Germanica quàm vehementissimè perculsi fuerint* = (5), eamque de Nobis opinionem habebit, tale quid *novitatis* Nos fuisse molitos, quod = *injustas aggressiones* = praeseferat, quod = *in tota Germania horrorem, et indignationem maximam excitaverit* =, quodque = *epocham futuris temporibus constituet* (Nostro Nomini) *multum indecoram* = (6).

6. At si è contra *Nostras Litteras* in forma *Brevis* leget; non poterit non deprehendere evidentem, atque intolerandam injuriam, qua Nos afficimur, dum de hujusmodi *novitate* insimulamur; semel ac animum parumper adjiciat ad ea, quae scripsimus ad *Archiepiscopum Athenarum Nostrum Nuncium* per haec verba: = *Nos plurimorum Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum* EXEMPLO *insistentes, qui ex certis tunc expressis causis*

(4) Jam diximus, referri hoc Opusculum in Collectione *Horixiana* Tom. I. *Additam.* II. a pag. 180. ad pag. 230.

(5) Verba sunt Electoris TREVIRENSIS cit. *epist.* in fine §. *Cum est*.

(6) Verba sunt Archiepiscopi SALISBURGENSIS in cit. *epist.* §. *Inimicus*.

sis integram Decimam omnium, quorumcumque fructuum, reddituum, et proventuum super Bonis omnibus Ecclesiasticis in Ditione Bavarica existentibus ad quinquennium indixerunt, ac respective imposuerunt, quam ipsam taxam, seu Decimam Nos etiam per Nostras in simili forma BREVIS *diei* 20. *Augusti* 1782. *expeditas Litteras ob validissimas vigentes rationes ad quinquennium pariter indiximus, atque imposuimus*, SUPPLICATIONIBUS (Caroli Theodori Comitis, et Ducis) *inclinati*, JUSTISSIMIS *itidem* NUNC URGENTIBUS RATIONIBUS *id ipsum suadentibus, de Nobis attributae Potestatis plenitudine tenore praesentium indicimus, atque imponimus ad aliud decennium ab expiratione ultimi dicti quinquennii, a mense scilicet Januarii proximè futuri A.* 1788. *numerandum, unam integram Decimam* = (7).

7. Et sane convertite oculos ad Litteras CLEMENTIS VII. in forma *Brevis* datas ad *Bavariae Duces* cum facultate destinandi *Ecclesiasticum* Virum, qui voluntatem Pontificis exequeretur; Ipsumque intelligetis, *Episcopis minime interpellatis*, concessisse Ducibus facultatem *Decimae* imponendae Bonis omnibus *Ecclesiasticis*, ne demptis quidem Ecclesiis *Cathedralibus*, et *Metropolitanis* sub *poena* Excommunicationis, privationis, et aliis *arbitrio*, etiam *pecuniariis*, *invocato* quoque *pro executione Impositionis auxilio brachii saecularis*, quocumque *privilegio* non obstante (8). Subjicite oculis Litteras INNOCENTII XII. (9), CLEMENTIS XI. (10), CLEMENTIS XII. (11), et BENEDICTI XIV. (12) in forma *Brevis ad Nuncium Coloniae* datas; et comperietis, hujusmodi Pontifices *de Sibi attributae divinitus Potestatis plenitudine* concessisse *Electori Palatino* similem facultatem *iisdem* verborum formulis omninò conceptam; illud insuper addentes; tametsi = *quomodolibet interesse habentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi fuerint* =.

T Le-

(7) Vid. *Litteras* in forma *Brevis* sub initium.

(8) *Clementinae* Litterae *diei* 15. *Januarii* 1524. leguntur in Opere, cui titulus = *Rerum Boicarum Scriptores collecti, et editi ab Andrea Felice Oefelio. Augus. Vindelic.* 1763. = Tom. II. pagg. 282, 283., quibus Pontifex *confirmat* Praedecessoris sui *Adriani VI.* Concessionem, quae pariter legitur in cit To. II pag. 278. et seq.

(9) Anni 1694.

(10) Diei 27. *Januarii* 1708., et alias anni 1717.

(11) Die 17. *Aprilis* 1734.

(12) Diei 29. *Novembris* 1757.

Legire demum Litteras CLEMENTIS XIV.(13), et *Nostras praecedentes Litteras* ad Te datas, *Salisburgensis* Archiepiscope (14): hasque omnes Litteras *Conferentes* simul cum *postremis Nostris*, quas scripsimus biennio ante, planè videbitis, esse *ultimas* Nostras Litteras *simillimas* omninò Litteris *aliorum* Pontificum, et etiam *Nostris*, tam si *modus*, quàm si *res ipsa* spectetur.

8. Hac instituta comparatione, animi vestri candor non poterit vehementer non commoveri, et magno certè iracundiae aestu flagrare debebitis adversus eos, a quibus in *errorem* inductos Vos fuisse intelligetis; cum Nos de *novitate* postulastis, quasi *status*, in *quo* erant res, per Nos *immutatus* fuisset, quasi *indignationem* excitavissemus Germaniae universae, et quasi *Nomen ipsum Nostrum* insigni *dedecoris* macula per Nos fuisset inustum: tametsi Nostrae *ultimae* Litterae nihil aliud egerint, quàm Nostras ipsas, Nostrorumque Decessorum *Concessiones renovare*, ac in longius tempus *prorogare*. Jam verò si quae ante hos annos *praecesserunt* Concessiones tùm Nostrae, tùm *Decessorum* Nostrorum, eae fuerunt *sine ulla admiratione* GERMANIÆ, et *sine ullo* SANCTÆ SEDIS *dedecore* tùm a *Vobis*, tùm a *Praedecessoribus Vestris*, tùm *ab aliis Episcopis* omnibus *receptae*, et *executioni* mandatae eo animi obsequio, ac veneratione, quae *Supremam* decent *Ecclesiasticam Potestatem*; qui fieri poterit, ut *postremae* Nostrae Litterae *causam* praebeant offensionis, ac justae querelae, quae omnium Superiorum Litterarum prorsus *simillimae*, et ab *eadem* Auctoritate proficiscentes, dignae sanè sunt, quas, non secus ac caeteras omnes, Vos obsequio, atque observantia prosequamini?

9. Huc perbellè quadrat PII II. *Responsio ad Oratores Gallia-*

(13) Die 24. *Septembris* 1771.

(14) Die 1. *Martii* 1776., et 20. *Augusti* 1782. Consulto omittimus referre *alias* Pontificum Praedecessorum Litteras, de quibus abunde testatur recentissimum Opusculum = *Defense des Reflexions etc.* = pag. 101. a. his verbis = *Cet indult touchant les dimes a été obtenu par l'Electeur de 5. en 5. ans, sans interruption depuis 1759., SANS AUCUNE RECLAMATION ni de l'Arche-vêque de SALZBOURG, ni de celui de TREVES (comme Evêqué d'Ausbourg), et voilà TOUT-A-COUP des PLAINTES et des MENACES. On voit à quel point le CONVENTICULE D'EMS a grossi les PRETENTIONS de ces Messieurs. CRESCIT EUNDO* =.

liarum Regis data *in Conventu Mantuano* A. 1459. (15), praesentibus tum Imperatoris, tum aliorum Principum Legatis: = *Tolerabilia sunt*, inquit ille, *quae Nostri Antecessores fecerunt: quod Nos facimus, ferri non potest; Illi excusati, Nos injusti, Nos ingrati, Nos* IMPII *sumus, quamvis* PII *nomine vocitemur* = (16). Tu ipse, *Salisburgensis* Archiepiscope, probè intellexisti, offendisse Nos verbis *injuriosis* in tua *prima* epistola adhibitis, in qua haec affirmabas; = *Liberius fortasse, atque oporteret, haec Sanctitati Vestrae enuncio animi mei sensa* = (17): Tecumque reputans aliquam praebere Te justis Nostris querelis *satisfactionem*, haec in *secunda* epistola tua scripsisti; = *Magno cum animi doloris sensu percepi, postremam meam de Decimatione Cleri Palatino-Bavari epistolam Sanctitati Tuae non sine quali quali offensa displicuisse* = (18).

10. Verum eodem tempore declarasti; = *Id unum benevolentiae, ac gratiae genus a Sanctitate Tua mihi impendi enixe postulo, ut existimes, totum meum obloquendi zelum nullatenus in Sanctitatis Tuae Personam collimare, sed in Curiam dumtaxat* = (19); subdens insuper, = *Justitiae, et Aequitatis amor diffusus in omnem quemquam Praesulem Jura sua defendentem me erigit, ut sperem, nullatenus me postulatum iri a Sanctitate Tua aut culpae illius, aut laesae reverentiae*, ETSI EUMDEM PERGAM TEXERE SERMONEM = (20). Quae sit *Declarationis* istius Tuae vis, ac natura, intelligit quisque per se: hac scilicet *distinctione* adhibita inter *Nostram Personam*, et *Curiam*, pergis Tu Nos *injuriis* afficere, *eumdem* texendo *sermonem*, non minus Te, quam Nobis prorsus indignum. Hic sane de *Brevi* agitur a Nobis profecto, in quo *partem Curia Nostra* habet *nullam*. Defensionibus Nostrae semper aures patebunt, liberumque semper dabimus reclamationibus locum; sed neque ulla *defensionis ratio*, nec *pietas in Patriam* sinit, ut quis *contumeliis*, ac *conviciis* proscindatur, utque per manifestam falsitatem *pro novitate* ven-

(15) Commemoratur hic Conventus ab *Auctore* praefati Opusc. = *De insigni Libertate etc.* = §.21.pag.213.

(16) V. LABBÆUM Tom. XIX. col.243. *B*.

(17) Cit. *epist. die* 28.*Julii* 1788. §. *Liberius*.

(18) In alia *diei* 24. *Novembris* ejusdem anni in principio.

(19) Cit. *epist.* §. *In hac rursus*.

(20) Ibidem §. *Quemadmodum*.

venditetur in vulgus *antiqua*, et *consueta* Concessio, quae semper *recepta* est, semperque *executioni* commissa.

11. Satis id quidem esset Nostrae agendi rationi a quacumque nota vindicandae, omnique *novitatis* suspicioni depellendae, atque injustitiae vestrarum querelarum manifesta in luce collocandae. Sed ut clarius id elucescat, demus *parumper*, agi hic oportere juxta *Decretum*, tantopere a Vobis magnificatum, *Constantiensis Concilii Sess.* 43. Jubet primò *Decretum* hujusmodi, = JURA, *quae prohibent Inferioribus a Papa Decimas, et alia onera Ecclesiis, et Personis Ecclesiasticis imponi*, DISTRICTIUS OBSERVARI = (21); praeservans ista ratione *soli* Pontifici Summo, sicut antea *antiquis* Legibus fuerat praeservatum, Jus, et facultatem, *Decimas*, aliaque tributa imponendi.

12. Sicut verò mens, et consilium *Canonum* erat, ut *Decimas* non imponeret Pontifex, nisi *ex magna, et ardua causa*; ita de *gravi* ista causa ut certò constaret, jubendum censuit *Constantiense* Concilium, ut ubi de *Decima* ageretur *per Clerum* pendenda *Catholici Orbis*, eam imperaret = *de consilio, et consensu Cardinalium, et Praelatorum, quorum consilium commode haberi poterit* =; si autem de *Decima* ageretur per Clerum pendenda *specialiter in aliquo Regno, vel Provincia*, = non eam imponeret = *inconsultis Praelatis ipsius Provinciae, et ipsis non consentientibus*, VEL EORUM MAJORI PARTE =.

13. Pertinet id quidem, ut nemo non videt, ad *Decimam imponendam*, non ad IMPOSITAM PROROGANDAM, quas inter maximum intercedit *discrimen*. Sed illud insuper defendimus, Nobis nec *gravem causam*, nec *consensum majoris partis Episcoporum* defuisse. Si de *gravi* causa loquimur, eam ne *Vos* quidem negatis adesse, Ven. Fratres. Ita enim animum Tuum declaras, *Salisburgensis* Archiepiscope: = *Quamvis optarem, inspecta* NECESSITATE *exhausti Ærarii, et commensuratis Cleri viribus pro situ, et exigentia circumstantiarum* ELECTORI PALATINO *hac in re* LUBENS GRATIFICARI = (22). Nec dissimili uteris declaratione Tu, *Trevirensis* Elector: = *Episcopis namque omnibus* GAUDIO *erit, et* CURÆ MAXIMÆ, *ubi de eorumdem circa exigendas Decimas, prout aliàs fieri deberet,* con-

(21) Apud LABBÆUM To. XVI. col. 720. *B*.

(22) Cit. prim. *epist.* §. *Inimicus* 1.

Digitized by Google

consensu sermo movebitur, VOTIS SERENISSIMI ELECTORIS PALATINO-BAVARI, *quantumcumque licuerit*, ANNUERE =(23).

14. Si autem *de consensu* loquimur *majoris partis* Episcoporum, qui *supervacuus* esset, ubi *gravis* causa *certa* est; quique *sufficit*, tàm si Concessionem ipsam praecedat, quàm si tunc *subsequatur*, cùm *executioni* committitur ipsa Concessio; veluti colligitur ex PII II., antea sub nomine ÆNEÆ SILVII notissimi Viri, testimonio (24); et quemadmodum Tu ipse confirmas, *Trevirensis* Elector, his verbis = *Cum enim id genus* BREVIA, *quae Decimas imponunt*, *nuspiam* ABSQUE CONSILIO *Episcoporum Provinciae* EXECUTIONI *huc usque data fuerint* =(25); si, inquimus, *de consensu* loquimur *majoris partis* Episcoporum, hic quidem tam certus est, quàm certò constat, utrumque Vestrum *dumtaxat* adversus Decimam ad Nos reclamasse, ejusdemque exactioni obstitisse pro illis Partibus, quae ad Vestras pertinent Dioeceses, quaeque in satis ampla Palatino-Bavara Ditione continentur. Reliqui enim Episcopi *Spirensis*, *Wormatiensis*, *Herbipolensis*, *Frisingensis*, *Ratisbonensis*, *Passaviensis*, *Constantiensis*, aliique complures, *multò ampliores* in eadem Ditione Dioeceses habentes (26), non solum *nihil* ad Nos *querelarum* detulerunt unquam, sed etiam Nostrum *Breve* ultrò *receperunt*, et sunt *executi*, non secus atque in superioribus quoque Concessionibus praestiterunt; cum magis indubium, atque illustre *consensus* monumentum dari nequeat, quam *factum ipsum executionis*.

15. Patet itaque, *nihil* Nobis eorum deesse, quae *Decretum Constantiense* requirit. Sed eo etiam accedit, quod *Decretum*

(23) Cit. *epist.* §. *Quae cum ita sint.* in fine.

(24) Quod affert *Auctor* Opusculi § 21. pag. 213., =*Imposita est* (*scribit* Æneas) *sed non imperata Decima* .. *Venienti ad Legationem Nicaeno COLLIGENDÆ Decimae dedimus litteras* ... *Mandata de COLLIGENDA tractavit*, *non tamen ad EXECUTIONEM ULLAM processit*=.

(25) In *epist.* Cit. §. *Mirum*.

(26) Parochiae Dioecesum *Trevirensis*, *Augustanae*, et *Salisburgensis* in *Ditione Palatino-Bavara* sunt numero *circiter* 250. *Aliarum* verò Dioecesum Parochiae in *eadem* Ditione sitarum ascendunt ad numerum multo majorem, ac ferè *millesimum*.

tum hujusmodi, tamquam *Concilii Canon* consideratum, *impedimento* esse non posset, quominus Romanus Pontifex eidem pro Sua Potestate *derogaret*, Decimasque imponeret, nulla habita ratione *consensus Episcoporum*, quem caeteroquin exquiri *non expedit aliquando*, ad dissensiones arcendas, et ad simultates *Laicae Potestatis* cum *Episcopis dissentientibus* evitandas [*]. Quodcumque enim sit *Conciliorum Oecumenicorum* praescriptum in re, quae *ad Disciplinam* pertinet, id omne censetur inductum, *salva semper Apostolicae Sedis Auctoritate* (27).

16. Sentit profectò *Opusculi Auctor* hujusce vim argumenti, adeoque ita obtestatur ingenuè; = *Quaestio haec aliis forte Juris* ECCLESIASTICI *esse videbitur: verum bona cum pace ita sentientium aliam fovemus sententiam, scilicet hanc unicè è principiis Juris* PUBLICI *nostri esse decidendam existimamus, undè nequidem* DE ULLO CANONE *mentionem faciemus, sed tantum de Pactis Publicis* = (28); et paucis adjectis declarat, ad hoc *Decretum* se provocare, non *ut ad Canonem Concilii Oecumenici*, sed *ut ad articulum Pacti Publici* (29), = *cum unicè ut* PUBLICISTÆ GERMANICI *Decretum hoc in ratione* COMPARTIS CONCORDATORUM *consideremus* = (30).

17. Nunc ut fraus, et insidiae hujusce *Auctoris* detegantur, opor-

[*] Hac potissimum de causa nulla fuit ratio habita *contradictionum Metropolitanorum* in plurium *Archidioecesum dismembrationibus*, quarum exempla colligit Opusc. =. *Riflessioni sopra i 73. Articoli etc.* = ad §.72. Artic. 4. pag. 202. Ex hujusmodi autem exemplis *Regulam* deducit THOMASSINUS= *Vet. et nov. etc.*= Lib. I. Cap.45. n.9. vers. *Hoc*.

(27) Clausula = *salva semper in omnibus Apostolicae Sedis Auctoritate* = adhiberi solita in Conciliis *Generalibus*, expressa in *duabus* Sessionibus fuit Concilii TRIDENTINI, videlicet ante *Reformationis* Decreta Sess. 7., et distinctius in Cap. 21. Sess. 25. in *conclusione* Concilii. Hujus vi clausulae *explicitè reservata* videtur *Apostolicae Sedi* Facultas *solvendorum* Statutorum Generalium Conciliorum, quam *caeteroqui* Eidem inesse vel ipsi *Gallici* Scriptores affirmant. Ita recens Auctor COMPANS in cit. Opusc. = *Traitè des Dispenses en général, et en particulier* = Tom.I. Liv.I. Chap.II. §.1. pag.17. = *Aussi quoique en France on regarde le Pape comme inférieur au Concile général, y reconnoit-on, ainsi qu'AILLEURS, qu'il PEUT DISPENSER dans TOUS les points, qui sont objets DE DISPENSE, et meme dans LES CANONS DES CONCILES GENERAUX.* =

(28) §.2. pag.182.

(29) §.11. pag.194.

(30) §.7. pag.188.

oportet animadverti, qua via, et ratione ab eo *Decretum* hoc *Constantiensis* Concilii ad rationem *Pacti Publici*, et ad *partem Concordatorum* transferatur. Ponit ipse veluti *fundamenti* loco, Decretum hocce *Constantiensis* Concilii amplexatos fuisse *Basileensis* Synodi Patres, et *utriusque* Concilii Decreta recepta fuisse a *Principibus* Instrumento acceptationis, adhaesionisque A. 1439. (31). Quemadmodum autem nemini, quàm ipsi notius est, *hujus* Decreti acceptationem non fuisse neque a Concilio *Basileensi*, neque a *Principibus* factam, ita *acceptatione vix indicata*, statim haec subdit, = *Decreta Basileensia sub ALBERTO II. Moguntiae per Nationem nostram acceptata* HIC FERE PRAETERIMUS = (32).

18. Abutitur mox *quibusdam* verbis confirmationis eorum, quae a Concilio Basileensi, et a Principibus acceptata fuerant, factae ab EUGENIO IV. Nationis rogatu in sua Constitutione = *Ad ea ex debito* =, et in alia Constitutione = *Ad tranquillitatem* =, in quarum *prima* ita legitur = *Concilium Generale Constantiense, Decretum FREQUENS, ac alia ejus Decreta .... suscipimus* =; indeque arguit, inter Decreta *Constantiensis* Concilii, a NATIONE *recepta*, et ab EUGENIO *confirmata* = *occurrere Sess.43. Decretum speciatim de Decimae indictione agens*=; et *hoc* quidem Decretum semel acceptatum, confirmatumque considerari amplius non debere tamquam Concilii Oecumenici Canonem, sed uti *publicum*, ac *solemne Pactum*, cui non liceat derogari; *Pactum*, inquimus, quod ex hujus *Auctoris* sententia *praeservatum* fuit in *Concordato Aschaffenburgensi* cum clausula *IN ALIIS* (33), rursusque instauratum *ab Legibus Imperii*, et a *Capitulatione Caesarea*, tunc cum *Principum Concordata* religiosè servanda, et custodienda esse jusserunt (34).

19. Haec est *Auctoris* ratiocinatio tota, quem ita sequeris Tu, *Trevirensis* Elector (35), Tuque, Archiepiscope *Salisburgensis* (36), ut ab eo ne latum quidem unguem discedas. Sed praecipiti statim labefactata motu concidat, necesse est, si ad trutinam, ut par est, revocetur tum *acceptatio* Decretorum a Patribus

(31) §.4. pagg 184., 185.
(32) Cit §.4. pag.185.
(33) §§ 4. 5. 6. et 7. a pag 184. ad pag. 189.
(34) §.10. pagg.192. 193.
(35) Cit. §. *Mirum*.
(36) Cit. §. *Inimicus*.

bus Basileensibus, et a Principibus facta. tum *petitio* Principum EUGENIO exhibita ad confirmationem ipsam obtinendam: quae duo sunt praecipua objectae ratiocinationis *fundamenta*; et mira quadam conspiratione ad confirmationem Eugenianam, ad Concordatum, ad Capitulationem Caesaream, et Leges Imperii *declarandas* inserviunt.

20. Percurrite, Ven. Fratres, *singulos actus* Concilii Basileensis, vestrisque met oculis perspicietis, Basileenses Patres *trium dumtaxat Decretorum Constantiensium* mentionem fecisse; Decreti scilicet *Sess. V. super Auctoritate* ejus Concilii, et alterius cujuslibet celebrandi *pro extirpatione Schismatis*, quod incipit = *Sacrosancta* = (37); Decreti *Sess. XV. contra invasores*, seu *spoliatores* accedentium, et recedentium a Concilio (38); et Decreti quod incipit = *Frequens* = *Sess. XXXIX. super convocatione* Generalium Conciliorum, unius quidem = *in quinquennium immediatè sequens, alterius in septennium, et deinceps de decennio in decennium* = (39).

21. Percurrite illud percelebre *acceptationis Instrumentum* A. 1439., haud ita pridem è tenebris erutum, quod tametsi contra Nos nihil habeat virium, plurimum tamen *Auctoritatis* exerit adversus *Auctorem* ipsius. et adversus *Vos*, qui illo *usi* estis; sta-

(37) Decretum *hoc Constantiense* perlectum, renovatumque fuit in Concilii *Basileensis* Sess II. Art.II., et III. apud LABBÆUM To.XVII. col. 236. Animadvertit autem BINIUS in *Notis* ad Concilium *Constantiense* verb. *Ex parte.* apud LABBÆUM T.XVI. col.875. C. = *Quae de auctoritate Concilii supra Pontificem constituerunt* (Constantienses PP.) *Sententia FLORENTINI, et LATERANENSIS Conciliorum plenè REPROBATA fuisse* =. Videndus *Auctor Animadversionum* ad Diss. NAT. ALEXANDRI super Constantiensi, et super Basileensi Conciliis, qui pluribus ostendit, nullam rationem habendam esse hujusce *Decreti*, editi tempore, quo Concilium *non erat Oecumenicum*, et quia Papam dumtaxat *dubium* respexerit, et quia nunquam *approbatum* fuerit nec a *Martino V.*, nec ab *Eugenio IV.*, quinimo refutatum in *Florentino*, ac *Lateranensi* Concilio. Edit. *Paris.* A.1744. Tom. 18. pag. 289. cum seqq., nec non pag.564., et pluribus seqq.

(38) *Hoc* item Decretum lectum *Basileae* fuit Sess.I. Artic. XVIII., confirmatumque Sess.II. Artic. IV. LABB. cit. Tom.XVI. col. 230., et 236.

(39) *Hoc* etiam Decretum lectum *Basileensi* Sess.I. Artic.III., renovatum, declaratumque fuit Sess. II. Artic.IV. loc. cit. col.236.

Digitized by Google

statimque comperietis, acceptasse quidem *Principes* Decreta *Constantiensis* Concilii, sed ea *tantum* acceptasse Decreta, quae *Basileenses Patres* fuerant amplexati; in toto enim *Instrumento* nihil aliud occurrit quoad *Constantiensia* Decreta, quam ea, quae sequuntur verba, sedula animadversione dignissima, utpote quae nullum relinquunt controversiae locum: = *Et primò Decretum per Sacrum Constantiense Concilium factum, et per Sacrum Basileense Concilium renovatum, de auctoritate, et potestate Sacrorum generalium Conciliorum, temporibusque, et modis eadem convocandi, et celebrandi, quod est primae Sessionis, et incipit: FREQUENS GENERALIUM CONCILIORUM CELEBRATIO AGRI DOMINICI PRÆCIPUA CULTURA EST* = (40).

22. Percurrite *monita Moguntina* per Nationem excogitata A. 1440., et rursus A. 1446. instaurata, quae norma essent, et regula *petitionis* EUGENIO Pontifici Summo exhibendae; et haec quoque videbitis in una Decretorum *Constantiensium super Auctoritate Conciliorum confirmatione* versari = IN PRIMIS, ajunt illa, *quia Basileae huc usque non est nominatus aliquis Locus pro futuro Concilio celebrando juxta formam Constitutionis FREQUENS* &c., *expedit, quod ille, cui facienda est haec adhaesio, omnes, et singulas Constitutiones, olim in* CONSTANTIENSI *Concilio super auctoritate, honore, et reverentia* SACRORUM GENERALIUM CONCILIORUM *promulgatas approbet, recipiat, et provideat* = (41).

V 23. Pe-

(40) Cit. Collect. *Horixiana* To.I. num.II. pag. 42. ADD. KOCH in *Syllog. Document.* n.II. pag. 108., et seqq, qui mox pag. 111. in medium profert Decretum aliud *Constantiense*, quod incip. *Sacrosancta*; perinde ac si hoc etiam Decretum a Principibus receptum in *Instrumento adhaesionis*, et *unius Scribae negligentia* fuerit omissum; prout suadere studet in *Praefatione* cit. Opusc. pag. IX., et seqq. Id autem, quod affirmare ne *Horixius* quidem primus ejus Instrumenti editor ausus est, pugnat apertè cum ipso acceptationis Instrumento, quod *singularis* Decreti, et Decreti *Frequens* mentionem facit.

(41) Referuntur haec *Advisamenta Moguntina* in *Theatro MULLERI* Lib.V. Par.I. pag 51. et seqq., ex eoque exscribit GEORGIUS in Cit. Opere Lib. I. Cap. 6. §. 2., ubi illud, de quo agitur, refertur Cap. 2. §. 1. pagg 214., 215. Quod etiam monitum, sive *Advisamentum* legitur apud BARTHEL in cit. Dis. III. = *de Concordat. German.* = Cap. I. §. 14. pagg. 61. 62.

23. Peculiari huic *quorumdam* tantum Decretorum acceptationi factae tam a Patribus Basileensibus, quàm a Principibus, et peculiari itidem petitioni Nationis EUGENIO exhibitae pro *quorumdam* duntaxat Decretorum confirmatione respondent, cohaerentque mirum in modum *ambae Eugenianae Constitutiones* tam in iis partibus, quae *narrativae*, quam in iis partibus, quae *dispositivae* appellantur. In *prima* enim Constitutione, quae incipit *AD EA*, post commemoratam Nationis *petitionem*, factam multiplicatis vicibus *per Vestros Oratores* (42), haec Pontifex ad rem nostram declarat. = *Concilium autem Constantiense*, *Decretum FREQUENS*, *ac* ALIA *ejus Decreta*, *sicut caetera alia Concilia Catholicam militantem Ecclesiam repraesentantia*, IPSORUM POTESTATEM, AUCTORITATEM, HONOREM, ET EMINENTIAM, *sicut et caeteri Antecessores Nostri*, *a quorum vestigiis deviare nequaquam intendimus*, *suscipimus*, *amplectimur*, *et veneramur* = (43): quibus sane verbis manifestius patet, quàm a Nobis exprimi possit, confirmata a Pontifice Summo minimè fuisse *omnia* Constantiensis Concilii Decreta, veluti per summam fallaciam, et contra omnes Juris regulas *disjunctis*, ac *dissociatis* vocabulis = *ac alia ejus Decreta* = ab illis, quae *proximè* subsequuntur, et *silentio* praetermissa *acceptatione*, ac *petitione*, ANONYMUS AUCTOR argumentatur; sed confirmatum fuisse *duntaxat* Decretum *FREQUENS*, *ac alia ejus Decreta*, quae = *potestatem*, *auctoritatem*, *honorem*, *et eminentiam* = CONCILIORUM GENERALIUM respiciebant; quemadmodum requirit, postulatque tum *continentia*, et *continuatio* sermonis, tum Patrum Basileensium, et Principum *acceptatio*, tum actus denique ipsius *vis* et *natura*: fieri enim non potest, ut magis latè *confirmatio* pateat, quàm *actus* ipse, qui *confirmatur*.

24. In

(42) *Plures* misit AA. 1446., et 1447. Natio Germanica Legatos, *Æneam Sylvium*, aliosque AD EUGENIUM IV., prout aliis omissis, legitur apud GOBELLINUM in *Commentar. Pii II.* Lib. I. Vide etiam HEDDERICHIUM in Dis. = *ad Concordata* = Par. I. §. IX. pagg. 167. 168., et ANT. A TORRE in *Expostulat.* Cap. I. §. 3. pag. 33. ADD. KOCH in *Hist. Sanct. Pragm.* Cap. II. §§. 2. 7. 8. pagg. 20. 26. Vid. Cap. VI. in ADD. N. 10.

(43) In cit. Collect. *Horixiana* Tom. I. num. IV. §. 4. pag. 140. ADD. KOCH in *Syllog. Document.* num. VI. pag. 182.

24. In *secunda* autem Constitutione, quae incipit *AD TRANQUILLITATEM*, quaeque *una eademque die* data est, volens EUGENIUS disertiùs id, quod ex obvia intelligentia manabat, exprimere, dilucidis verbis affirmavit, Se = *per alias Litteras nonnulla circa Concilium Constantiense, ejusque Decreta, nec non convocationem Concilii Nationem Vestram concernentia* = declarasse (44): tantumque Se alienum esse ostendit ab *ampliando* in minima etiam parte, quam *Principes* fecerant, Decretorum Constantiensium, ac Basileensium *acceptatione*, ut obtestandum omnino Sibi esse duxerit, permittere Se *interea*, ac tolerare tantummodò observantiam Decretorum hujusmodi acceptatorum *usque* ad tempus *Concordati*, vel *futuri Concilii*; et cum *modificationibus*, quibus recepta sunt (45).

25. Si igitur evidentia *facti* constat, *Decretum Concilii Constantiensis Sess.43. de Decimis* comprehensum minimè fuisse inter Decreta ejusdem Concilii a Basileensibus Patribus, et a Principibus *accepta*, et ab EUGENIO *confirmata*, haud *absimili* evidentiae luce constabit, clausulam illam = *In aliis autem* = in Concordato Aschaffenburgensi eo consilio adhibitam ex ANONYMI sententia, ut per illam *caetera omnia* servarentur illaesa, quae in *Instrumento acceptationis*, et in *Concessione* EUGENII continebantur; constabit, inquimus, *clausulam* illam pertinere nequaquam posse ad *Decretum de Decimis*, utpote quod comprehensum minimè erat *inter* Decreta a Principibus *acceptata*, et ab EUGENIO *confirmata*; cum nequeat clausula, quae *relativa* dicitur, longius latiusque patere, quam *actus ipsi*, quibus illa refertur. Hinc si *Imperii Leges*, et *Capitulatio Caesarea* CONCORDATI custodiam jubent, atque tuentur, poterit quidem haec jussio, atque tuitio suum habere *locum* quoad *eas* res, quas *Concordatum* ipsum aut patenter, aut implicitè complectitur, sed non poterit ad *eas* res porrigi, protrahique, quae *nullo modo* in ejusmodi *Concordato* continentur.

26. His ex facto demonstratis, ultro abstinemus hoc loco a commemorandis tum *vero* hujus clausulae sensu, tum *cessatione* Instrumenti acceptationis, et Eugenianae confirmationis, de qua

V 2 jam

(44) Cit. Collect. *Horixiana* num. V. §. 2. pag. 143. ADD. KOCH loc. cit. num.VII. pag.183.

(45) Eadem Collect.§.4.pag.145. ADD. KOCH loc. cit. pag.184.

jam egimus [Cap. VI. a §. *6.* ad 15.] ; semel enim everso *Auctoris* fundamento, quo ipse subnixus *Canonem Concilii de Decimis ad rationem Pacti publici*, et ad *partem Concordatorum* transferebat, supervacaneum videtur esse *aliud* omne ratiocinationis subsidium.

27. Quinimò facili negotio intelligitur, quàm perperam *Anonymus Auctor* abutitur *Querelis* Nationis *adversus Decimas*, quae temporibus CONCORDATO *proximis* fuerunt propositae : quo in loco alia inter exempla commemorat tum *Epistolam* Cancellarii MEYERI, tum Cardinalis ÆNEÆ *Responsiones* A. 1457., tum Querimonias Nationis propter Decimas ab ipso *Cardinali Ænea*, tunc PIO II., in *Conventu Mantuano* indictas, tum *Responsionem* a Pontifice datam, tum denique *novas* Querimonias per AA. 1510., 1518., et 1521. a Natione instauratas (46).

28. Ad MEYERI enim Epistolam quod attinet, redeunt ea, quae eidem epistolae reposuimus *circa Causas* [Cap. VI. §. 11.]; proindeque querelam *de Decimis*, omissam in *aliis* ejus litteris, referendam potius esse *ad Decreti Constantiensis*, quàm ad CONCORDATI *violationem*; utpote quod nullam neque *Decimarum*, neque *Causarum* rationem habuit, prout ipsae confirmant perperam objectae Cardinalis ÆNEAE *Responsiones*, qui ex ejusdem *Auctoris Anonymi* sententia *ut Minister publicus ad confectionem Concordatorum erat adhibitus*, *adeoque accuratissimam notitiam habebat* = (47). Quandoquidem agens ÆNEAS *de objectis Gravaminibus*, haec in *tria* capita dispertit, inquiens: = *Nam* ET *Constantiensis Decreta Concilii* VILIPENDI, ET *Basileensem* CONTEMNI *Synodum*, ET *Concordiam cum Natione habitam* VIOLARI *vociferas*. DE SINODO CONSTANTIENSI PRIMUM AGAMUS = (48).

29. Atque in hac *prima* Responsionis parte paucis se expedit a proposita super *Decimis* querela, quam uti *Concilii*, non CONCORDATI *violationem* clarius ipse, quam MEYERUS, proponit his verbis; = *Nec Decimas adversus ordinationem Concilii Tuae Nationi impositas meritò calumniaberis* = (49) : quâ ipsa in Responsionis *parte* appositè animadvertit, = *Synodalem Legem Dogmata non*

(46) Cit. Opusc. §. 8. et *9.* pagg. 189. 190. 191., et Elector TREVIRENSIS in dicta *prima* epist. §. *Mirum*.

(47) §. 3. pag. 183.

(48) Cit. *Epist. Apologet.* sub initium §. *Et primum* pag *665.*

(49) Loc. cit. pag. *669.*

non statuentem, *et* VARIABILEM *esse*, *et* ROMANI PRÆSULIS ARBITRIO, *si ratio exigat*, ABROGANDAM = (50); quod nunquam profectò affirmasset, si Decretum *de Decimis* fuisset *pactione* firmatum, et *Concordati* naturam induisset. Huic verò *Cardinalis* ÆNEAE responsioni super *Meyeriana Decimarum* querela non habuit quod opponeret idem WIMPHELINGIUS in sua, de qua jam diximus [C.VI. §.14.], *replicatione*.

30. Duabus hisce Epistolis, ab ÆNEA conscriptis cum adhuc *Cardinalis* esset, litterae quoque cohaerent ab eodem exaratae A.1459., dum jam ad *Pontificiam* dignitatem fuerat evectus: in his enim *nihil* prorsus de Decreto Constantiensi, neque de Conventionibus cum Natione initis dixit. Sicuti autem agebatur de *Decima*, tota consentiente *Congregatione Mantuana*, non *Ecclesiasticis* tantum imposita, sed *Laicis* etiam Ecclesiarum Occidentalium, ita = *imposita est*, (scripsit) *sed non imperata Decima* =, et paucis adjectis, = *venienti* (subdit) *ad Legationem Nicaeno colligendae Decimae dedimus litteras*; *hoc tamen adjecimus*, *ut nummum sine consensu Nationis non peteret* . . . *Satis est Nobis implere quod est debiti nostri*; *si alii desunt officio suo*, *Dei est illud judicium* = (51). Quod igitur circa Nationis *consensum* praestitisse videtur PIUS II. *justa* aliqua ratione ductus erga *Laicos* in illa impositione comprehensos, non debet pro certa quadam lege *necessitatis* obtrudi (52); ac praesertim cum agitur *de Decima* ad *sublevandum* Principem Territorialem indicta, solisque imposita *Ecclesiasticis* Viris, qui tantò magis, quàm Laici *Pontificiae Auctoritati* subduntur.

31. Satiùs profectò fuisset praeterire silentio *Querelas* a Natione habitas AA. 1510., 1518., et 1522. *Primae* enim *duae* ad defectum *consensus* Episcoporum minimè pertinent, neque Pontificis Auctoritatem oppugnant; sed super *causae* defectum unicè cadunt, perinde ac si = *Decimae sub praetextu expugnandorum Tur-*

(50) Pag.*666*. in fine.

(51) Est Epistola 28. Cardinalis *Papiensis pro Pio II. Pont.Max.* post *Commentar. Pii II.* cit.edit.*Francofur.* 1614. pagg.470.471.

(52) *Necessitatem* consensus excludere videtur idemmet *PIUS II.* in cit. *Epist. Apologetica*, quam cum esset *Cardinalis* scripsit, et in qua respondens querelae *super Decimis*, de *causa* tantum loquitur impositionis, et ne verbum quidem habet de *consensu*. Loc. cit. pag.*669*.

Turcarum exigantur, *nulla expeditione facta* = (53). *Alia* verò, praecedentium simillima, super *exactionibus* versatur, quae *pro Indulgentiis* fiebant, quasi pecunia haec, quae a volentibus frui benignitate Ecclesiae pensitabatur, = *non in rem Fidei*, *aut aliquam Reip. Christianae necessariam*, *sed in propinquorum luxum* = converteretur (54). Quae quidem Querelae quantum plenae sunt *falsitatis*, et *calumniarum*, egregiè vindicatae a FRIDERICO NAUSEA *Blancicampiano* Imperatoris FERDINANDI Consiliario (55), et a THOMA CAMPEGGIO Episcopo *Feltriensi*, et Sedis Apostolicae Legato (56), auctoribus *coaevis*, tan-

(53) Verba sunt ipsiusmet *Gravaminis IX.* apud GEORGIUM loc. cit. pag. 282., quem citat ANONYMUS §.8. pagg. 190. 191.

(54) Ita Gravamen *Norimbergense IV.* apud eumdem GEORGIUM pag. 380., quod non audet opponere ANONYMUS, opponit autem Elector TREVIRENSIS in sua *epist.* §. *Mirum* vers. *Omissis*.

(55) Hic typis edidit = *Responsa SS. Sedis Apostolicae ad aliquot inclytae Germanicae Nationis adversus illam Gravamina. Coloniae A.* 1538. *cum gratia et privilegio* =; et ad *IV. Responsum* dedit, = *non satis constare Indulgentiarum collecta IN MALUM USUM versa* =, addens in *Declarat. responsi* = *Quis dubitat ex ea pecunia, quae tamen SATIS MODICA Rhomam venit, subventum esse, et PAUPERIBUS; et contra Infideles ipsis Rodiensibus, et HUNGARIS, quibus aliquantisper Turca insolentissimè insidiatus est, et hodierno die insultat, missum, et ad instaurandum SACRAS BASILICAS, et alioqui ad INSTAURATIONEM, DEFENSIONEMQUE ECCLESIAE, vel contra privatos hostes, qui aliquoties Romanae Ecclesiae propria sibi vi conati sunt usurpare, vel bella aliis inferre praeter jus, elargitum esse .... Praeterea quid obfuerit, inde etiam vel parentibus, vel amicis in bonum usum piumque aliquicquam, sine Reipublicae incommodo, communicare? Cum Sacrae litterae admonent, parentes ubique honorandos, utique et verbo, et facto amandos* =, ac denique subdens in *Moderamine*, = *Ex Indulgentii collecta sub cautione adversus infideles, pro Christianae Reipublicae defensione, vel etiam necessitate cogente, IN ALIUM PIUM USUM esse vertenda* =.

(56) Synodum Hic plurium Episcoporum *Auctoritate Apostolica Ratisbonae* coegit A. 1524., et Libellum exaravit, cui titulus = *Gravamina Sedis Apostolicae non referenda Germanis* =, qui *manuscriptus* reperitur in *Archivo Vaticano*. Respondens in eo Libro CAMPEGGIUS ad *Gravamen III.*, *et IV.*, non modo ad propugnandum aggreditur *Indulgentiarum* Jus, et non solum demonstrat *insupportabile onus* appellari non posse, utpote quod = *ultro appetitur, sponte subitur, et multis precibus impetra-*

tantùm aberrant ab illo scopo, quò diriguntur, perinde ac si evincerent, *Decretum Constantienſe* evaſiſſe *partem Concordatorum.*

32. Quoniam verò provocamur ad *Obſervantiam* (57), facillimè demonſtrabimus, neque Imperatores, neque Imperii Principes, neque Pontifices Summos, neque ipſos Germaniae Epiſcopos excogitaſſe unquam hoc Decretum = *ad rationem Pacti Publici* = fuiſſe tranſlatum. Etenim *Imperatores*, et *Principes* pro variis rerum opportunitatibus *ſine ulla conſenſione Epiſcoporum* a Pontificibus Summis omni aetate *petierunt* hujuſmodi Decimas Clero imponendas; *Summique Pontifices* eas Illis conceſſerunt, eaſque cum *Epiſcopi*, tum reliqui *Eccleſiaſtici* omnes *penſitarunt*.

33. Ut nihil dicamus de *Decima*, quam a GREGORIO XI. imperatam fuiſſe A. 1373. *Clero Salisburgenſi per* AGAPITUM Epiſcopum *Ulixiponenſem* Apoſtolicae Sedis *Nuncium* teſtatur HANSITIUS (58), quamque *ſolutam* fuiſſe *à Salisburgenſibus* fatetur idem Opuſculi *Auctor* (59), certum eſt, atque exploratum A. 1468.

pretatur =, ſed etiam haec ulterius animadvertit, = *Nec ad poenitentem attinet, erogatam pecuniam in alios uſus transferri; reddant Deo rationem, qui aliò transtulerint, ſi modò aliqui in alios, et malos uſus tranſtulere* =.

(57) *ANONYMUS* §. 8. et 9. pag. 189, et ſeqq.

(58) *German. Sac.* Tom.II. Par. I. pagg. 459. 460., ubi litterae referuntur miſſae ab *Archiepiſcopo Salisburgenſi ad Archidiaconos* ſuae Dioeceſis, quibus eos urget pro publicatione *Proceſſus aggravationum* ejuſdem Nuncii = *in facto decimali executoris Provincialis* =, ita addens = *caeterum certas perſonas, quae Decimam non ſolverint*, NOMINATIM; *alios verò, qui fraudem, dolum, aut malitiam in facto decimali adhibuerint*, *IN GENERALI*, *pulſatis campanis, et accenſis, ac extinctis candelis* EXCOMMUNICATOS, *et eorum* LOCA INTERDICTA *in veſtris Eccleſiis* PUBLICE NUNCIETIS, *et eos perſonaliter ad* CURIAM ROMANAM *citetis, et* ADMINISTRATIONE OMNIUM BONORUM SUORUM MOBILIUM, ET IMMOBILIUM SUSPENDATIS *juxta traditam in ipſis PROCESSIBUS formam* = Vid. DALHAM pagg. 159. et 160.

(59) §. 22. pag. 214. ADD. Pudeat *Anonymum*, *hic* retuliſſe hujus Decimae impoſitionem utpote factam a *GREGORIO XI.*, eamque in *ſerie*, quam facit hujuſmodi impoſitionum inſcripſiſſe A. 1473., cum *GREGORIUS XI. ante Saeculum* Pontificatum geſſerit, ſcilicet ab A. 1370. ad A. 1378.: magiſque eum pudeat, *ita* ſcripſiſſe, cum *HANSITIUS*, quem citat

A. 1468. *Constantiensi* Concilio valde proximo imposuisse PAULUM II. *Decimam toti* GERMANIÆ *Clero*, veluti ipsius Litterae indicant ad *Nuncium* datae (60). Similem A. 1586. SIXTUM V. *Decimam* imposuisse Clero Electoratus *Coloniae*, ELECTORE ipso *postulante*, ejusdem Litterae declarant *Nuncio ad Tractum Rheni* conscriptae (61). Item CLEMENTEM VIII., *petente* RODULPHO IMPERATORE, aliam A. 1594. *Decimam* imposuisse Clero *haereditariorum Statuum* Ipsius, patet ex Ejus Litteris *ad Nuncium Vindobonensem* datis (62), et hanc ipsam *Decimae* solutionem fuisse ab eodem Pontifice rursus indictam A. 1599. novae ejus Litterae docent ad eumdem *Nuncium* conscriptae (63). PAULUM etiam V. eorum *precibus* obsecundantem, qui GERMANICO FŒDERE continebantur, aliam *Decimam* A. 1620. imposuisse Clero *Germanico Foedere* obnoxio, ex Litteris Ipsius intelligimus *ad Nuncium Vindobonensem*, et ad Episcopum *Eistetensem* missis (64). Utque alia praetereamus, INNOCENTIUM XI. A. 1685., LEOPOLDO IMPERATORE *flagitante*, Subsidium quoddam indixisse, ex Clericorum Bonis *Statuum haereditariorum* retrahendum, constat ex Ipsius *ad Nuncium*, et ad Episcopum *Vindobonensem* Litteris (65); quod quidem *Subsidium* precibus CAROLI VI. IMPERATORIS a CLEMENTE XI. A. 1716.

citat ibidem (b), hanc ipsam Decimam retulerit ad A. 1373., ad quem pertinet. Incredibile autem videtur prorsus, eumdem *Auctorem* in *praecedenti* §. 19. pag. 209., de hac ipsa Decima agentem, quam forte *diversam* putavit, eamdem retulisse ad GREGORIUM XI., et ad A. 1375., sive cum TRITHEMIO, quem pariter citat (rr) ad A. 1377. *Ab uno disce omnia*.

(60) = *Ven. Fratri Laurentio Episcopo Ferrariensi Referendario Domestico, ac* NUNTIO, *et* ORATORI NOSTRO. *Ven. Fr. salutem. Cum Te ad Partes Germaniae etc., non obstantibus quibuscumque* PRIVILEGIIS, *et* INDULTIS GENERALIBUS, *vel* SPECIALIBUS, *quibusvis concessis etiam quoad* SOLUTIONEM DECIMÆ, *vel impositionis alicujus etc. Datum Romae apud S. Marcum Anno Incarnationis Dominicae* 1468. *duodecimo Kal Maii Pontificatus nostri Anno IV.* =

(61) Die 23. *Januarii*.

(62) *Tertio Kalendas Maii*.

(63) *Tertio Kalendas Julii*.

(64) *Die* 31. *Julii*.

(65) Die 3. *Februarii*. De hujusmodi *Indulto* testatur etiam FRANCISCUS WAGNER in = *Historia Magni Caesaris Augusti* = Tom. I. Lib. VIII. ad A. 1683. pagg. 576. 577., et Lib. IX. ad A. 1685. pag. 652., nec non BURCARDUS GOT. STRUVIUS = *Corpus Historiae Germanicae etc.* = edit. *Jenae* Tom. II. §. 58. pag. 1384.

A. 1716., et subinde a BENEDICTO etiam XIII. A. 1725. semel, iterumque indictum fuisse utriusque Pontificis *ad Nuncios* datae Litterae demonstrant (66).

34. Quibus *exemplis* si aliae addantur *Decimarum* impositiones a *Pontificibus Summis* indictae, tum *Bavariae Ducibus*, tum *Comitibus Palatinis supplicantibus*, quas initio commemoravimus [§.7.], utpote quae ad *Decimam* pertinent, de qua agitur; nemo erit sane, qui, inspecta jugi, et constanti *trium*, et *amplius Saeculorum Observantia*, non risu excipiendum putet novum *Auctoris* commentum, quo persuadere sibi arbitratur, frequentes Imperatorum, Principumque *petitiones*, multiplices Pontificum *Concessiones*, et continuas Episcoporum, Clerique *solutiones* totidem esse VIOLATIONES PUBLICI PACTI, ET CONCORDATORUM.

35. Contendis Tu quidem, Elector *Trevirensis* (67), Tecumque *Anonymus* contendit *Auctor*, hujusce Observantiae *rationem* habendam esse *nullam*, eo quod *Concessiones* a Pontificibus factae Imperatoribus, et Germaniae Principibus fuerint aliquando *per Reclamationes* ad Suprema Imperii Tribunalia *in contentionem* adductae, et nonnunquam *Inhibitionibus* etiam interceptae; quemadmodum evenisse affirmat ANONYMUS quoad Decimam ab INNOCENTIO VIII. impositam A. 1487. (68), et quoad Concessionem a CLEMENTE XII. *Electori Palatino* factam A. 1734. (69). Sed Tua isthaec, Tuique *Auctoris* contentio futilis est, nulliusque prorsus momenti; cum nequeant *aliquot* actus, quibus *olim* est contradictum, *tam multis* actibus exactionum anteponi, quibus nullum fuit unquam paratum *impedimentum*. Eo vel magis, quia probatum est nunquam, veluti oporteret, aut *contradictiones* hujusmodi idcirco exortas, quod *Episcoporum consensus* desideraretur, aut *tanti* valuisse, ut *exactiones* fuerint *contra* voluntatem Pontificum *retardatae*, et *interceptae*.

X 36.Nos

(66) Videlicet *Clementis XI.* die 15. *Februarii*, *Benedicti XIII* 31. *Januarii*. Horum autem Pontificum Litterae, aeque ac *praecedentes*, huc usque commemoratae, iisdem sunt *clausulis* munitae, quibus munitae reperiuntur *postremae* Pontificis *Litterae pro Electore Palatino-Bavaro*, ac *Praedecessorum* Pontificum pro *aliis* Bavariae Ducibus.

(67) Cit. *epist.* §. *Mirum*.

(68) §.22. pagg 214. 215.

(69) §.1., ubi *per errorem* refert hanc Concessionem ad A.1735.

36. Nos è contra horum *neutrum* evenisse demonstramus: Constat enim ex allato ipsius TRITHEMII testimonio, oppositiones *adversus Decimam* INNOCENTII VIII. ex eo profectas, quod *justa* impositionis causa defuisset. Ex quo factum est, ut provocante Clero *ad Pontificem*, ad quem scripsit etiam FRIDERICUS III. Imperator, non dubitaverit INNOCENTIUS, agnita querelarum justitia, ipsam Concessionem abrogare (70). Constat quoque, *Subsidium* biscentum mille florenorum a CLEMENTE XII., *consulta prius Congregatione Immunitatis*, indictum Clero *Ditionis Palatinae* pro ipso Electore, imperatum non fuisse, nisi hac adjuncta conditione, = *dummodò Ecclesiastici non fuerint comprehensi in oblatione florenorum noningentorum viginti septem millium A.* 1732. = (71).

37. Contendebant autem *Ecclesiastici* Viri Ducatuum *Juliacensis*, et *Montiensis*, non teneri Se *ex verbis Apostolici Brevis* ad *novum* Subsidium pensitandum, utpote qui *aliud* A. 1732. Subsidium exsolverant. Hinc A. 1735. tàm *ad Imperatorem*, quàm ad *Congregationem Immunitatis* confugerunt orantes, ac postulantes, solutione Se liberari. Prodiit tunc *Imperiale Rescriptum* diei 29. *Martii* 1735., quo Ecclesiastici quidquam solvere vetabantur (72): quod quidem Rescriptum, per Cardinalem CIENFUEGOS Imperatoris Oratorem ad eamdem Congregationem delatum (73), tanti non fuit, ut Ecclesiasticos, qui alterius solutionis onus Se subiisse affirmabant A. 1732., nova solutione liberandos esse putaret, adeoque die 7. *Augusti* ejusdem anni in hunc modum rescripsit = *Non retardata exactione currentis anni, dilata, et scribatur Nuncio juxta Instructionem* = (74), ut, scilicet, pergeret *Nuncius* in exactione ejus anni coepta, suspen-

sa

(70) Prout idem refert *Anonymus* cit. §. 22.

(71) Ita fert Rescriptum *Congr. Immunitatis diei 6. Aprilis* 1734., cui consonant *Litterae Pontificiae in forma Brevis diei* 17. *Aprilis* ejusdem anni.

(72) Vide *litteras* a CÆSARE datas *die* 23. *Januarii* 1736. ad Comitem DE HARRACH Ministrum *Romae* Caesareum §. *Ægrè*.

(73) Id constat ex iisdem CAESARIS *litteris* cit. §. *Ægrè*.

(74) Prout ex *Archivo Immunitatis*, in quò prostant etiam *Defensiones* nomine *Ecclesiasticorum* concinnatae, et typis editae.

Digitized by Google

sa tantùm *assignatione*, et *attributione pecuniae* usque ad exitum Causae (75).

38. Haec *Congregationis* Deliberatio *Ecclesiasticis* minimè arrisit, proindeque ausi illi sunt rursus *Imperatori* se sistere, qui *Decreto* Suo diei 23. *Januarii* 1736. jussit fieri = *restitutionem exactorum Collectorum*, *et pro futuro ulteriorem exactionem* = interdixit (76). Mandavit hinc idem Imperator *Comiti DE HARRACH* Suo apud Sanctam Sedem Oratori (77), ut praetermissis adversus Nuncium querelis Electori propensiorem, quàm Clero, in id maximè incumberet, ut Indultum Pontificium *abrogaretur* (78). Sed nolens Pontifex a Deliberatione *Congregationis* recedere, proponendum *Ecclesiasticis* jussit, ut posthabitis Imperialibus Rescriptis, ad eamdem *Congregationem* redirent, ibique suorum Jurium periculum facerent.

39. Iterum hinc se sistentibus *Ecclesiasticis* in *Congregatione Immunitatis*, ac sua Jura *una* ex parte tuentibus Ecclesiasticis *Juliacensibus*, et *Montiensibus*, nec non *aliis* Ecclesiasticis

(75) En postrema verba *Instructionis Nuncio* datae ab eadem *Congregatione* una cum *Litteris diei* 3. *Septembris* 1735. = *Intanto che V. S. Illma anderà raccogliendo le opportune notizie per formare le risposte, che si richiedono nella presente Istruzione, dovrà continuare l'esazione dell' anno corrente a tenore del sopraccennato Decreto, che si acclude in autentica forma, sospesa però l'applicazione del denaro* usque ad exitum Causae, *secondo l'ordine già dato al di Lei Antecessore con Lettera della Sac. Congregazione suddetta in data dei* 2. *Aprile pressimo passato* =.

(76) Cit. litterae *Caesareae* ad Com. DE HARRACH §. *Ægrè*.

(77) Per nominatas *litteras diei* 23. *Januarii* 1736., quarum ea *tantum* pars citatur in = *Pro-Memoria* = Electoris COLONIENSIS §. 67. apud Opusc. *Riflessioni etc.* pagg. 162., 163., quae S.Sedi, et Jurisdictioni *Nunciorum* adversatur.

(78) Profectò qui *abrogari* postulat Indultum, ejusdem *robur* agnoscit. Haec autem ratio afferebatur abrogandi Indulti: = *Utpote quod aliunde* CONDITIONATE, *si videlicet Clerus ad novem centum viginti septem florenorum millia A.*1732. *praenominato Electori promissa nondum pro rata contribuerit*, DATUM EST; *adeoque dum idem Clerus id* REALITER *praestitit*, DE PLANO CESSAT, *durumque foret, ut* SOLUS STATUS ECCLESIASTICUS *nunc demum gravi hujusmodi onere, a quo* LAICI *in iisdem Territoriis Bona possidentes immunes existunt, affligeretur* =. Cit. *litterae* §. *Cum autem*. Quam sane rationem eo, quo praestat, Justitiae studio *Congregatio Immunitatis* approbavit.

Trevirensis, et *aliarum* Dioecesum Ditionis Palatinae, et ex *alia* parte Suam *Electore Palatino* Causam orante, cum *Primi* docuissent, Se *Subsidium* pensitasse A. 1732., *Secundi* verò docere id non potuissent, neque ullam *aliam* pro liberatione afferrent *Canonicam* causam; die 23. *Julii* 1737. hoc prodiit Rescriptum, quo Jus unicuique suum tributum est: =*Quoad Ecclesiasticos possidentes in Ducatibus Juliae, et Berghae Indultum non esse exequendum, et pecunias pro primo termino exactas esse restituendas; quo verò ad possidentes in* ALIIS *Statibus Serenissimi Electoris Indultum* ESSE EXEQUENDUM *pro rata eosdem tangente*= (79); reque ad novum Examen *semel*, *iterumque* revocatâ die 17. *Septembris*, et *Novembris* 1737., quam primo fuerat amplexa, in *eadem* semper sententia perstitit *Congregatio* (80). Quae quidem *Congregationis* Deliberationes, *executioni* subinde mandatae augent quasi quodam cumulo PONTIFICIAM AUCTORITATEM, illiusque *Jus*, ac *Possessionem* commonstrant imponendarum per GERMANIAM praesertim *Decimarum*, veluti *Vestrates* ipsi Scriptores confitentur (81).

40. Post haec quis unquam crederet, Vos *Constantiensi* Decreto tantopere fidentes, ne ANONYMI Scriptoris desereretis sententiam, ejus *auctoritatem* impugnaturos? Sed veri quaecumque similitudo veritati cedat oportet. Illud adversatur apertè *primae* parti *Constantiensis* Decreti, quod *Vos* tamquam *Metropolitani* Decimas imperare possitis *absque Pontificis Auctoritate*, veluti certam quamdam *Consuetudinem* praetexens *Anonymus Auctor*

(79) Constat ex ejusdem *Congregationis Archivo*.

(80) Prout ex *Actis* ejusdem Causae.

(81) VAN ESPEN = *Jus Eccles.* = Par.II. Sect.IV. Tit IV. Cap.III.n.20. 23. et 42., A. SCHMIDT = *Instit. Jur. Eccles.* = Par.II. Cap.II. Sect.II. §.298., P. ZECH = *De Jure rer. Ecclesiast. ad German. Cathol. princ. et usum* = §.183., et aliis missis, P. GREGORIUS ZALLWEIN = *Principia Jur. Eccles. etc.* = Tom. IV. Qu.III. Cap.IV. §.II., ibi = *Verum et id* MORIBUS *conformiter SS. Canonibus receptum esse dignoscitur, quod Imperator ab Ecclesiis Germaniae nexu Feudali Imperio obligatis* NOVAS *collectas, et exactiones* SINE CONSENSU PONTIFICIS, *quod idem de* ALIIS PRINCIPIBUS *respectu Ecclesiarum in suo Territorio existentium dicendum est, facere* NON SOLEAT, *vel* NON POSSIT, *id quod Nos* ULTIMIS HISCE ANNIS EXPERIENTIA *tum* IN IMPERIO, *tum* IN ALIIS PROVINCIIS *docuit*. =

ſtor tuetur (82). *Conſtantienſes* enim *Patres* probè ſcientes, *abuſum* hunc, quae *Conſuetudo* appellatur, ab univerſo *Canonico Jure* abhorrere, mandarunt = JURA, *quae prohibent* INFERIORIBUS *a Papa Decimas, et alia onera Eccleſiis, et Perſonis Eccleſiaſticis imponi*, DISTRICTIUS OBSERVARI = [§. 11.].

41. Quae Decreti *pars* nihil eſt aliud, ut videtis, quam *renovatio* quaedam veterum Canonum, ac Decretorum Concilii *Lateranenſis* III. (83), ab INNOCENTIO III. (84), et a CLEMENTE V. (85) confirmatorum; quibus tam Vos, quam alii Epiſcopi quoque ſubduntur. Adverſus hunc abuſum in Germania renaſcentem *Clerus Moguntinus*, *Colonienſis*, et *Trevirenſis* in Comitiis *Confluentinis* A. 1479. de ope, et auxilio PONTIFICIS implorando cogitarunt, ut ex §. 19. demonſtratur; = *Item ultra praemiſſa gravatur Clerus Colonienſis* PER THELONEA *mirabiliter*; *nullus enim curat Jus eorum*, *neque Bullam die Jovis Sancta publicatam* = (86).

42. Graviores etiam, ac dignae, quae majori diligentia perpendantur, ſunt Querelae adverſus hujuſmodi abuſum propoſitae in Comitiis *Norimbergenſibus* A. 1522.. = *Inſuper*, [ait §. XLVI.] *nimiumque pro viribus*, *illicitis exactionibus gravant* EPISCOPI *Beneficia*, *Subſidiis nimirum*, NULLAE *licet ſubſint urgentes*, *aut illud ſibi admodum poſtulantes* CAUSAE; *hoc eſt*, *quod Jura vocant*, *manifeſtae*, *et rationabiles* : ULTRA *etiam* MODUM, *quem Jura Communia in caſibus evidentibus*, *et neceſſariis praeſcribunt*; *illis nempe caſibus*, *quibus ſolis Jura Subſidium ab Eccleſiaſticis erogari permittunt*, *fitque ejus rei immodico uſu*, *ut Presbyteris* VITAE NECESSARIA *vix*, *aut certè* NE ILLA *quidem relinquantur*. *Demum et* IN TOTIUS POPULI CAPUT *hoc redundat onus*, *quando ita premuntur* SACERDOTES, *ut* RESPIRARE *eis non liceat*, *ni viciſſim ſubditam Plebeculam arrodant*. *Ita ex onere ſeritur onus eo uſque*, *ut nullum gratis*, *niſi numeretur ſemper aliquid*, *miniſtrent Sacramentum*, *Eccleſiaeque Chriſtianae donum* : *ad quod*

(82) §. 26. et 27. pag. 220., et ſeqq.

(83) A. 1179. ſub ALEXANDRO III. Cap. 19. apud LABBÆUM T. XIII. col. 427.

(84) Cap *Adverſus* 7. *de Immunit. Eccleſiar.*

(85) Clement. un. eod. Tit.

(86) Apud cit. GEORGIUM Lib. I. Cap. VI. §. XI. pag. 256.

Digitized by Google

quod tamen praecipuum, *gratis ut facerent*, *darentque ea gratis*, *quae nullo Ære redimi possunt*, *atque ipsi gratis accepissent*, *Sacrosancti Evangelii attestantibus Litteris*, *tenebantur*. *At illud res ipsa fecit notorium* = (87).

43. Nos equidem probabimus nunquam hujusmodi Usum, omnem legitimae Auctoritatis *modum* excedentem, quem non *complures* modò Germaniae *Episcopi*, sed *Laici* etiam *Principes* oderunt, ac detestantur; quemque adversus novissimos *Consistorii Augustani* conatus PALATINUS etiam ELECTOR reprobavit (88). Perpendite interea diligenter, qui fieri possit, ut *quem Vos*, Legibus Ecclesiae *subjecti*, *Auctoritatis usum arrogandum Vobis* arbitramini, eum in PONTIFICE consistere posse denegetis, cujus *Auctoritas* quamcumque *Ecclesiasticarum Legum* Auctoritatem antecellit.

44. Illud quoque cum Decreto *Constantiensis* Concilii manifestè pugnat, estque novum offensionis, et inconstantiae argumentum, quod Vos, dum contenditis nequivisse *Electorem Palatinum Principem Imperii Territorialem* petere a Summo Pontifice facultatem imponendi Decimam super Bonis Ecclesiasticis Suae Ditionis, subštineatis Jus hoc competere *Vobis* tamquam *Principibus Territorialibus*, excluso Romano Pontifice, et omni exclusa penitus Ecclesiastica Potestate, perinde ac si = *Supremorum Imperii Tribunalium Res Judicatae*, *universum Legum Imperii sistema*, *imò ipsa fundamentalis Constitutio omnem Potestatis Ecclesiasticae circa temporalia in Imperio nostro disponendi facultatem abhorreant*, *et damnent* =, ut Tu erroris plenam *Anonymi Auctoris* sententiam secutus (89), Elector *Trevirensis*, affirmas,

(87) Apud eumdem Lib.II.Par.II. Sect.II. pag.440.

(88) Decreto Monachiensi diei 13. *Januarii* 1789., quo irritum, et invalidum declarat Decretum *diei* 15. *Octobris Consistorii Augustani*, quod = *refusant de déférer à une* BULLE PONTIFICALE, *à la levée* DES DIXMES, *s'est permis de* SUBSTITUER SA PROPRE AUTORITE' PRIVEE, *en faisant émaner* UN DECRET DANS LA FORME DES BULLES ROMAINES, *avec les clauses remarquables* = *MOTU PROPRIO* =, = *QUAMDIU NOBIS VISUM FUERIT*, = *AD NOSTRAM USQUE REVOCATIONEM* =. Vid. Opusc = *Defense des Reflexions etc.* = num.VIII. pagg. 112. 113., et DOCTOR INGOLSTADIEN. *Colloq.* XVIII. pag.130.

(89) §.12. et 13. pag.194., et seqq.

mas (90), utque Tu pariter, occultè quidem, Archiepiscope *Salisburgensis*, indigitare velle videris, dum ad memoriam revocas *Edicta* Supremorum Imperii Tribunalium, dumque *Decimam* a Sancta Sede imperatam appellare non dubitas indigno *exterae vexationis* nomine. *Decretivo Judicio* proscribendae (91). Etenim memoratum *Constantiense* Decretum dum jubet, ut Decimae = *Auctoritate Apostolica* DUMTAXAT *leventur* = (92), facultatem hanc adimit non solum Episcopis, sed etiam *Principibus Laicis*, qui jam pridem prohibebantur tam a Conciliis (93), quàm a Pontificibus (94) *Decimas* super Bonis *Ecclesiasticis* imponere.

45. Legibus Canonicis *Civiles* quoque Leges consentiunt, quae bona DEO semel dicata a *Principum* eximunt *potestate* (95). *Leges*, inquimus, nemini ignotae, a quibus commemorandis hoc loco idcircò abstinemus, quia Nobis est animus revincendi Vos rebus, et exemplis ab Imperatore, a Principibus Imperii, et ab ipsa Vestra Natione desumptis. Vos sane, *Actoris* personam induti, quibus *onus* incumbit id, quod probare contenditis, demonstrandi, ne indigitatis quidem *Edicta*, *Res Judicatas Imperialium Tribunalium*, aliasque *Constitutiones*, quas tantopere praedicatis, ut triumphum penè agere videamini. *Auctor* autem *Opusculi* commiseratione dignus videtur, dum in tanta monumentorum copia vix *unum* indicat A. 1530. *Recessum*, et *Consilii Aulici* Rescripta quaedam AA. 1410., 1747., et 1748. ut doceat, facultatem administrandi bona temporalia, etiam *Ecclesiastica*, penes *solos Principes Territoriales* residere (96).

46. Quemadmodum verò minimè ignorat, neque *Legibus*, ne-

(90) Cit. §. *Mirum*. in fine.

(91) In cit. *epist*. §. *Inimicus*. vers. *Quae omnia*.

(92) Apud LABBÆUM T. XVI. col.720. *B*.

(93) Praesertim *Lateranensi III*. in cit. Cap.19

(94) INNOCENTIO III. in cit. Cap 7 *de Immun. Eccles.*, et CLEMENTE V. in d. Clement. unic. eod Tit.

(95) *Instit*.Lib.II.Tit.I. *De rer. divis*. §. *Nullius* 7., et toto fere *Codicis* Tit. *de Sacrosan. Eccles*. ADD. Veritas haec summo argumentorum pondere demonstratur in duobus *Anonymis* recentissimis Opusculis, quorum uni Titulus est = *Observations sommaires sur les biens Ecclesiastiques, du 10. Aout 1789. A Paris* =; inscribitur *alterum* posterius vulgatum = *Questions sur la proprietè des Biens fonds Ecclesiastiques en France* =

(96) Cit. §.12. et 13. a pag.194. ad p.199.

neque *Constitutionibus* tueri se posse, ita spem totam in *Observantia* defigit: cumque illud sibi disquirendum proponat, = *An haec Observantia Imperii*, *an haec Consuetudo sit* LEGITIMA, *an vero potius pro* IRRATIONABILI *habenda*, *cum meris oppositionibus* DE FACTO *susceptis innitatur*, *queis* NULLUM JUS *acquiri posset* = (97), quaestionem absolvit hac responsione *Auctore* digna: ait enim = *Objectioni huic primo intuitu admodum speciosae ut respondeamus*, *praemonendum erit*, *hanc argumentationem esse* JURIS CONSTITUENDI, *non vero* JURIS CONSTITUTI; *adeoque cum Jurisconsultorum sit*, *unicè secundum Jus*, QUOD EST, *non vero*, *quod unus*, *alterve forte sibi* EXOPTAT, *pronuntiare*, *sua sponte consequitur*, *argumentationem hujusmodi a Jurisconsultis jam de se esse explodendam*, *utpote queis sub infamia*, *aliisque poenis graviter est prohibitum*, *aliter quam* SECUNDUM JURA PRÆSCRIPTA *judicare*, *aut docere* = (98); itaut illud pro certo habeat, de quo disceptatur, existat ne scilicet *Jus hoc constitutum*, quod ipse nec probavit hactenus, nec unquam probabit.

47. Nobis contra suppetunt *Ecclesiasticae*, *Civilesque Leges* in Imperio receptae; Nobis praesto est *Consuetudo*, non illegitima quidem, rationis expers, et meris subnixa oppositionibus ultro paratis, atque susceptis; sed *legitima*, et *rationi consona* Consuetudo, et quam fulciunt undique saepius *iteratae* Imperatoris, Principum, Nationisque *petitiones*, Pontificum *Concessiones*, ipsarumque concessionum *executiones*; ab omni *contradictionum* genere vindicatae.

48. Absit injuria dicto, Ven. Fratres, si cogimur affirmare, Pietatem, Religionemque Vestram in maximum discrimen adduci. Ubi Imperator CAROLUS V., omnes *Ordines Sacri Romani Imperii*, *et Electores*, *caeterique Principes*, *ac aliorum Ordinum Status Saeculares* in Civitate Imperiali *Norimbergensi* convenerunt adire Pontificem HADRIANUM VI. pro quodam *Decimae* Subsidio, bonis *Ecclesiasticis* imponendo, aliud non postularunt, nisi ut *ex Apostolica Auctoritate* = *ea*, *quae* SOLUM DIVINAE MAJESTATIS CULTUI *dedicata*, *consecrataque existimantur*, AD JUSTITIAE, PACISQUE CONSTITUENDAE

(97) §.26. pag.220. (98) §.29. pagg.225.225.

DAE USUM IN PARTE *convertantur* = (99) ; quae quidem, vel similia verba toties fuerunt adhibita ab *Imperatoribus*, a *Principibus*, a *Natione*, quoties earumdem petendarum Impositionum occurrit *occasio*. *Vos* autem, Ven. Fratres, qui *Principatum* eatenus geritis, quatenus *Metropolitica* dignitate, et *Ecclesiasticorum Electorum* honoris luce fulgetis, Vos Vestrorum Majorum degeneres, et Vobis ipsis absimiles (quod non sine lacrymis dicimus) in proposito adhuc perstatis *eo Jure* SANCTAM SEDEM, atque ECCLESIAM *expoliandi*, quod *Laicae Potestati* concedere non dubitatis, ita ut possit Haec convertere in usus *Saeculi* ea, quae DEO dicata sunt, et consecrata.

49. Pugnat tandem cum *Constantiensi* Decreto postrema omnium querela, quae nihil *commune* habet cum *Opusculi Auctore*, sed tota *vestra* est;quod scilicet BREVE fuerit pro executione commissum = *Extraneo Archiepiscopo* ZOLLIO, *cujus in Imperio Jurisdictionem non agnoscunt Episcopi*, *Leges autem*, *et Imperatoris resolutio dudum profligarunt* = (100). Concilium enim *Constantiense* nullum *discrimen* adhibet inter Ecclesiasticos *Extraneos*, et *Indigenas*, solamque ECCLESIASTICAM Dignitatem requirit per ea verba = *ita ut Decimae per Personas* ECCLESIASTICAS, *et Auctoritate Apostolica dumtaxat leventur* = (101). Accedit eodem, quod nonnisi per summam injuriam dici *Extraneus* potest Is, quem APOSTOLICA SEDES delegavit, quique Ejus vices obit, utpote quae supra omnes Episcoporum Catholicorum Dioeceses habet Jus *Ordinariae* Potestatis, ut jam diximus [C. IV. N. 78.], et sequenti *Capite* demonstrabimus.

50. Tu quoque, *Salisburgensis* Archiepiscope, cui hujusmodi *Brevia* commissa sunt *aliquando* ab Apostolica Sede, appellari, et haberi tamquam *Extraneus* potuisses pro Dioecesibus Palatinae Ditionis, quae *aliis* Episcopis parent, Ecclesiae Tuae *non*

 Suf-

(99) GEORGIUS Lib. II. Par. II. Sect. I. pag. 359. ADD. Quas Imp. CAROLUS M. declarationes emiserit, Legesque ediderit *ad Populi petitionem* A. 803. super hac ipsa bonorum *Ecclesiasticorum immunitate* a quavis *Suprema Civili* Potestate videre est in *Capitular. Reg. Francor.* Tom. I. pagg. 405. 408. 410.

(100) Ita Elector TREVIRENSIS in cit. *epist.* §. *Mirum*; similiter et Arch. SALISBURGENSIS, qui *exterum* vocat Archiepiscopum *ZOLLIO* in sua *epist.* §. *Inimicus* 1.

(101) Apud LABBÆUM To. XVI. col. 720. *B.*

Suffraganeis: at cum *Delegatione Pontificia* fungereris, nemo ausus est unquam tam indigno *Extranei* nomine Te compellare.

51. Dum similes Concessiones singillatim superiùs recensetemus, *consultò* Eos omnes *nominatos* voluimus, quibus fuerunt *Brevia* commissa, ut liquidò omnibus constaret, consuevisse plerùmque Apostolicam Sedem *Nunciis* BREVIUM *executiones* committere. Vos *Jurisdictionem* Archiepiscopi Athenarum *Nostri legitimi Nuncii* agnoscere omninò debetis, quin ullum praebere possint obstaculum neque *Leges Imperii*, neque *Litterae hortatoriae Imperatoris*, ut suo loco a Nobis est demonstratum [C. II., C.V.N.20.].

52. Caeterum *confundi* non debet Jurisdictio Archiepiscopi Atheniensis, tamquam *Nuncii* pro negotiis *omnibus Ecclesiasticis* ad Sanctam Sedem pertinentibus, cum *peculiari* illa Jurisdictione, qua Idem pollet in vim *peculiaris Delegationis ad Decimas* exigendas, de quibus agitur. Exercet Is *diversam* hanc, peculiaremque Jurisdictionem, non secus ac reliqui *Apostolici Nuncii*, quibus *Brevia* hujusmodi commissa fuerunt, non uti *Nuncius*, sed tamquam *Apostolicus Delegatus*. Quae igitur controversia a Vobis est injustè nuper excitata adversus Archiepiscopum, uti *Nuncium*, ea Vobis nullam rationem suppeditat in discrimen vocandae Ipsius Jurisdictionis, quam uti *Delegatus* exercet; Jurisdictionis, inquimus, quam Nos cuique *Ecclesiastico* Viro committere potuissemus.

53. Sed pluribus non est opus, cum ad Nos delatum jam fuerit, Te, *Salisburgensis* Archiepiscope, justitiam Nostri BREVIS agnoscentem, videntemque *impediri* amplius non posse *coeptam* ejusdem BREVIS *executionem*, AD ELECTOREM PALATINUM scripsisse, Eumque enixè rogasse, ut *Collectori* per *Nuncium* designato *subrogari* permitteret *unum ex Consiliariis Consistorii Tui Archiepiscopalis*. Verùm si ista *Petitio Tua* certos Nos reddit, *veritatem* abs Te agnitam fuisse tandem, *Responsio* sanè *Electoris* tuis data litteris (102) non minus certos Nos facit, consultò, et justa omninò de causa fuisse Tibi *consensum* ab Eodem denegatum. Scimus praeterea *ab Electore* propositum fuisse Tibi ad cogitandum, quantum dedeceat, ut = *un Vescovo, il quale ha avuto tutte le sue prerogative, e diritti Arcivescovili* DALLA COR-

(102) Die 21. *Augusti* 1789.

CORTE DI ROMA ; E DAL PRIMATE DE' VESCOVI ; E DELLA CHIESA , *creda di avere il diritto* D' IMPEDIRE , O DI LIMITARE , PER QUANTO GLI E' POSSIBILE , L' INFLUENZA DELLA SEDE PONTIFICIA NELLA SUA DIOCESI = .

54. Expendimus hactenus genera omnia *Querelarum tum Communium* , tùm *Peculiarium* ; Nobisque certò persuademus , satis Vobis evidenter patuisse , nil a *Vobis* , aut a *Vestris Collegis* in medium afferri, quod vel leviter RERUM STATUM , IN QUO ERANT , IMMUTET ; quodque VESTRA JURA sive EPISCOPALIA , sive METROPOLITICA LAEDAT . Imò caput Querelarum est *nullum* , quod multis , iisque gravissimis *Nos* non lacessat *injuriis* , quodque *in Supremorum Jurium Nostrorum invasionem* non vergat . Hinc licitum Nobis erit id Vobis dicere , quod AD CAROLUM *Regem Franciae* PIUS II. ajebat ; = *Injurius eris ipse , si sine causa Te passum injurias dixeris , et praesertim ab ea Sede , quae Mater est Justitiae, et Aequitatis* = (103) ; quodque ad FRIDERICUM Imperatorem scripsit CALLIXTUS III. ; = *Ita Nos agere in hanc usque diem curavimus , ne de Nobis cuivis homini querela competere possit ; nec putamus , aliquos esse , qui se laesos , aut spretos a Nobis dicant* , NISI FORTASSE ALIQUI FUERINT , QUI DESIDERIA SUA NON RECTE' METIENTES , TUNC SE CONTEMPTOS , AC GRAVATOS ARBITRANTUR , CUM PETITIONIBUS EORUM INJUSTIS NON ANNUIMUS = (104).

55. His absolutis , jam Oratio Nostra progreditur ad *ultimam* partem Nostrae *Responsionis* , AD JUS scilicet APOSTOLICÆ SEDIS SUPER NUNCIATURIS .

(103) Cit. = *Op. omn. Æneae Silvii* = Epist.375. pag.847.
(104) Loc. cit. *Epist.*375. pag.849.

CAPUT VIII.

DE JURE APOSTOLICAE SEDIS

MITTENDI NUNCIOS

tam

EXTRAORDINARIOS,

quàm

ORDINARIOS

STABILI JURISDICTIONE POLLENTES.

1. QUod Vos, Venerabiles Fratres, ADVERSUS OMNES NUNCIATURAS bellum indixistis, id quemadmodum *praecipuum* est Nostrae *Responsionis* argumentum, ita *majorem* a Nobis animadversionem expostulat. Nihil enim est, in quo arte, et studio *Consiliariorum Vestrorum* structae, et comparatae *Pietati Vestrae* fuerint *insidiae* magis exitiales, et majoribus lacrymis prosequendae. Agitur de graviori, atque insigniori Jure PRIMATUS in *Petro*, ejusque *Successoribus* a CHRISTO instituti; quo praeditus *Romanus Pontifex*, dum *Agnorum*, et OVIUM Sibi concreditarum *curam* gerit *universam*, suo fungitur Apostolico munere per *Ecclesiasticos* Viros, sive *Stabiles*, sive *ad tempus*, veluti magis expedire censuerit, *Delegatos* in iis *dissitis* Locis, ubi *Ipse* interesse non potest, praecipiens Eisdem, ut ibi *Suas vices* obeant, eamque *Jurisdictionem* exerceant, quàm *Is per Se*, *si adesset*, *exerceret*.

2. Non audent sanè callidi *Consiliarii* veritatem hanc E DOGMATE profectam adversa fronte oppugnare; quinimò si ulla eorum *verbis* habenda fides est, vix inveniri *aliquis* potest, qui magis, quàm ipsi, *Primatum Jurisdictionis super universam Ecclesiam in Pontifice Romano* profiteatur, ac veneretur. = *Veneramur equidem* (verba sunt *Auctoris* Opusculi = *De Legatis*, *et Nunciis Pontificum*, *eorumque fatis*, *et potestate*. =) PONTIFICEM, *ut* SUPREMUM ECCLESIAE CAPUT, *omnemque Ei Auctoritatem*, *et Jurisdictionem ultro largimur*, *quae pro Unione conservanda*, *custodia Canonum*, *et Ordine in Ecclesia*

reti-

retinendo necessaria est =(1), cui apprimè consentit JOSEPH HERMANN inquiens, =*Io venero il Papa, come* CAPO *della Cattolica Chiesa* = (2), et AUCTOR ANONYMUS *Historiae Pragmaticae etc.* his verbis = *Nessun Cattolico nega, che il Papa sia il* PRIMATE *di tutta la Chiesa, e che questo Primato gli sia confidato da Dio* = (3).

3. Sed cavendum *Vobis* est diligenter a *fraudibus* eorum, qui quem PRIMATUM amplissimis verbis profitentur, cum *factis* negant, et adeo illum elevandum, deprimendumque curant, ut fere *ad nihilum* redigatur (4). Cavete ab iis, qui dum Vobis non solùm callidè eos *fontes* occultant, ex quibus suas doctrinas hauserunt, sed *exitiales* etiam *effectus* celandos Vos curant, qui ex hisce *doctrinarum* portentis consequuntur; cavete, inquimus, ab

(1) Cap.III. §. XXXVII. 2. pagg. 84. 85.

(2) In Opusc. = *Riflessioni sopra una Lettera del Papa Pio VI.* = in Proemio pag.3.

(3) = *Istoria Prammatica della neo-eretta Nunziatura di Monaco etc.* = §.26.

(4) *Artificiosum* agendi modum *Novatorum* hujusmodi probè detexit, vulgavitque recentissimus Libellus inscriptus = *La Lega della Teologia moderna colla Filosofia a danni della Chiesa di Gesù Cristo* = integrè legendus, et praesertim pagg. 13. 14. 15., et in *supplementis* 2. editionis. ADD. Horum *fraudes* graphice depingit S.CYPRIANUS haec inquiens= *Plus metuendus est, et cavendus* INIMICUS, *cùm* LATENTER *obrepit, cum per pacis imaginem fallens occultis accessibus serpit* ..... CAVENDA *sunt, Fratres dilectissimi, non solum quae sunt aperta, atque manifesta, sed et* ASTUTAE FRAUDIS SUBTILITATE *fallentia. Quid vero* ASTUTIUS, *quidve* SUBTILIUS, *quam ut .... inimicus ..... excogitaverit novam fraudem, ut sub ipso Christiani nominis* TITULO (idem dic de *Primatus* nomine) *fallat incautos? Haereses invenit, et Schismata, quibus subverteret Fidem, veritatem corrumperet, scinderet Unitatem. Quos detinere non potest in viae veteris caecitate, circumscribit, et decipit novi itineris errore. Rapit de ipsa Ecclesia homines, et dum sibi appropinquasse jam lumini, atque evasisse Saeculi noctem videntur, alias nescientibus tenebras rursus infundit, ut cum Evangelio Christi, et cum observatione ejus, et lege non stantes* CRISTIANOS SE VOCENT, *et* AMBULANTES IN TENEBRIS HABERE SE LUMEN EXISTIMENT... *ut, dum verosimilia mentiantur, veritatem subtilitate frustrentur. Hoc eo fit, Fratres dilectissimi, dum ad veritatis originem non reditur, nec* CAPUT *quaeritur, nec Magistri Caelestis doctrina servatur.... Loquitur Dominus ad Petrum ..... TU ES PETRUS etc.* = Lib. = *De unitate Ecclesiae* = in init.

ab iis, qui Vobis divenditant, *Ecclesiam* fuisse a CHRISTO ad instar *Reipublicae* institutam, ejusque Regimen *aequaliter* fuisse Pontifici, Episcopisque concreditum, ac demandatum, istiusque Reipublicae *pro bono Unitatis* ita CAPUT esse *Pontificem*, ut Auctoritas Ipsius supra Episcopos non sit *immediata*, sed *mediata*, utque exerceri illa nequeat ab Ipso, nisi ubi *Casus* aliquis *insuetus* acciderit; scilicet = *Allorquando l' unità della Fede, la purità de' costumi, la Costituzione della Gerarchia, gli usi essenziali spettanti alla conservazione dell' unione, particolarmente per mezzo de' proprj Prepositi della Chiesa dovessero correre rischio* =; verba sunt *Auctoris Historiae Pragmaticae* (5).

4. His, aliisque exceptis similibus casibus, pergit *Auctor* (6), = *Egli ha nelle rimanenti Diocesi altrettanta meno immediata Giurisdizione universale, quanta il Metropolitano nelle Diocesi de' suoi Vescovi Suffraganei. Subito che fuori de' ridetti Casi Primaziali s' arroga qualche cosa di più, e non può legittimare le sue azioni, mediante le vere sorgenti del Gius Canonico, si rende appunto reo dell' istessa pena, che incorre un Vescovo, se viola l' altrui Giurisdizione* =; et paulo inferius = *I Vescovi hanno un diritto esclusivo, ed una potestà compita di amministrare il Distretto della loro Chiesa, e di ordinare tutto quello, che spetta al bene del loro Gregge, senza che un altro Vescovo vi abbia da mescolarsi, et ingerirsi* =: ac tandem = *Il Papa ha sì poca Autorità di fare amministrare IN PARTIBUS JURA COMPETENTIA per mezzo di un Ministro ivi residente, quanto un Arcivescovo a motivo de' suoi particolari dritti Metropolitani di stabilire, e mettere i proprj Officiali nelle Diocesi de' Suffraganei* = (7): eique apprimè consentiunt *Auctor Anonymus* = *De Legatis &c.* = (8) HERMANN (9), et RESCHAMPIUS (10).

5. Hinc ipsi argumentantur, posse quidem Pontificem legare *Extraordinarios* Nuncios, ubi *Archiepiscopi, Episcopique* suo muneri in re *gravi defuerint*, et ubi *remedii* adhibendi *necessitas* id postulet, Eisdemque Facultates committere *pro rei opportunitate*

(5) Cit. §.29.

(6) Loc. cit.

(7) §.70.

(8) Cit. Cap. III. §. XLI. 2. pag. 99.

(9) Cit. Opusc. = *Riflessioni etc.* = §.VIII. pag. 7.

(10) In Libro, qui *falsò* inscribitur = *Solida analysis controversiarum* = pag. 354.

tate praefiniendas, et *durante tantum causa* duraturas; his tamen *demptis Casibus Extraordinariis*, non posse Pontificem Nuncios legare *Stabiles*, et *Permanentes*, atque ea praeditos Jurisdictione, quae propriis, ac peculiaribus singulorum Pastorum Juribus adversetur (11).

6. Incredibile dictu esset, hujusmodi opinionum, et argumentorum *portenta* fuisse *Vos* unquam sequutos, si *Vestra Scripta* ad Nos missa, et ad manus Nostras delata, non sine immensa animi aegritudine, Nobis non persuaderent, Vos aliorum malitia circumventos penitus hujus generis sententiis *adhaerescere*, perinde ac si de rebus ageretur, de quarum veritate piaculum esset ambigere. Vos enim de Vobismet ipsis *novo prorsus Judicio* Sententiam ferentes, vacuos esse praedicatis *omni culpa*, quae vestrum munus, ac ministerium respiciat; a Vestris Dioecesibus, atque Archidioecesibus rationem *Extraordinarii Casus* quàm longissimè abesse defenditis; Nosque Facultate constituendi *Stabiles*, et *Jurisdictione* munitas NUNCIATURAS destitutos omninò esse propugnatis.

7. *Si officio Archi-et Episcopali*, ajebas Tu, *Coloniensis* Archiepiscope, in tuis *ad Nos* datis *litteris* (12) = *huc usque pro viribus a Me satisfactum, nihilque intermissum fuit, quod rectum Ecclesiarum Mihi commissarum Regimen exposcebat, urgentes illas causas subintrare non video, quibus Sanctitati Vestrae vi Primatus a Deo instituti Jus competit, pro conservanda Religionis unitate, ac puritate* EXTRAORDINARIOS *mittendi Legatos ad Ecclesias, ubi Religionis necessitas id postulaverit; si hoc, At confido, non existit, multo minus me* OBLIGATUM *censeo, ut* NUNCIO JURISDICTIONE, et FACULTATIBUS INSTRUCTO, *in grave Potestatis meae Ordinariae praejudicium, locum cedam, quem* CHRISTUS, *ut ibi vigilem, ut ibi laborem, mihi commisit* =.

8. In *Scriptis* autem *ad Comitiorum Suffragantes* datis haec majori animi confidentia ajebas: = *E' una verità incontrastabile, ed universalmente ricevuta in fatto di Diritto Ecclesiastico-Politico, che il Papa non può inviare Legati negli Arcivesco-*

(11) HERMANN. cit. §. VIII. ANONYMUS in Opusc. = *Istoria Prammatica etc.* = cit. §. 29.

(12) Die 2. *Aprilis* 1787. in Opusc. pag. 7., = *Coup d'Oeil* = pag. 39. et p. 50.

scovadi, e *Vescovadi*, SE NON SE IN CASI URGENTI, *e ciò per conservare l' unità*, *e la purità della Religione Cattolica*; *che in conseguenza* LE NUNZIATURE PERMANENTI, E FORNITE DI GIURISDIZIONE SONO PROIBITE = (13).

9. Nec diversi admodum tui, Archiepiscope *Moguntine*, sunt sensus; quippe qui in *Encyclica ad eosdem Suffragantes Comitiorum* missa haec dilucide declarasti: = *Sanctitas Papalis*, *qua Primas totius Ecclesiae Catholicae juxta naturam officii sui*, *et ex Ordinatione Divina* TUNC SOLUM *Jurisdictionem habet*, QUANDO *Episcopi*, *aut Archiepiscopi suae obligationi desunt*, *aut quando conservatio incolumitatis Fidei*, *aut Concordiae id exposcit* = (14); et in *litteris ad Nos* datis haud absimiliter es locutus his verbis: = *In his circumstantiis* EXTRAORDINARIIS, *quas autem non vidimus*, *quasque etiam Superi longe ab Archi-et Episcopatibus Germaniae avertant*, *adhuc hodie Sanctitas Sua potest*, *ac debet Nuncios Facultatibus* EXTRAORDINARIIS *munitos ablegare*, *qui* AD TEMPUS, QUOUSQUE PERICULUM EXISTIT, *Gregem verbo*, *et exemplo pascant* = (15).

10. Id ipsum praeseferunt *litterae ad Nos* scriptae tam abs Te, Archiepiscope *Salisburgensis*, quam abs Te *Trevirensis* Archiepiscope, in quibus utrique non aliter STABILES NUNCIATURAS appellatis, quam *alienas usurpationes in Dioecesum Vestrarum Regimine* (16); tametsi, ut debitus veritati sit locus, hoc alios inter, et Te, Archiepiscope *Trevirensis*, *discriminis* interest, quod Tu non sine obsequentis in Nos animi tui significatione haec fueris palam professus; = *Ego Sanctitatem Vestram veneror profundissime*, *ceu Caput visibile Ecclesiae*, *Centrum Unitatis*, *et Divi Petri Successorem*, *nec unquam*, *quantum in me erit*, *committam*, *ut Sanctitati Vestrae subtrahatur vel minimum*, *quod Sacrae Sedi Romanae justo a majoribus tradito usu-*

(13) = *Pro-Memoria alla Dieta* = §.2. in Opusc. = *Riflessioni* = pag. 19.

(14) §. *Sanctitas*.

(15) §. *Equidem* vers. *In his*.

(16) Archiepiscopus TREVIREN. in *epist.* diei 18. *Novembris* 1788. §. *Novit*, et §. *Ego S. V.*, et SALISBURGEN. Archiepiscopus in *epist.* 24. *Novembris* §. *Quod si*; et magis apertè in = *Pro-Memoria* = Suffragantibus Comitiorum dat., de quo agit Opusc. = *Defense des Reflexions* = praesertim pag. 48. ad P. I.

Usu Ecclesiastico competit, *et vi Ordinis Hierarchici debet competere* = (17).

11. Cogimur ergò, atque compellimur, unumquemque Vestrum *ab errore* revocare, in quem estis miserè prolapsi, indigitantes Vobis *impuros* illos *fontes*, ex quibus vestrae tum *sententiae*, tum *argumenta* sunt hausta, et luculentissimè Vobis demonstrantes, quanta, et quali *falsitatis* labe inficiantur tam *prima* vestrarum opinionum *fundamenta*, quàm quae *consectaria* exinde deducere Vos posse arbitramini. Utque haec *ordine* quodam in tanta argumentonum copia disserantur, rem totam in *plures Sectiones* dividemus.

(17) Cit. §. *Ego S.V.* ADD. Longe secus se gessit Archiepiscopus SALISBURGENSIS in cit. = *Pro-Memoria* =, uti animadvertit Opusculum = *Defense des Reflexions etc.* = pag. 64. ad P. 38.

SECTIO I.

Explicatur vera JURIS illius notio, Quod nemine contradicente habet APOSTOLICA SEDES MITTENDI NUNCIOS IN CASIBUS EXTRAORDINARIIS, Explicaturque PRAESENS EXRAORDINARIUS STATUS ARCHIDIOECESUM MOGUNTIN., TREVIREN., COLONIEN., ET SALISBURGEN., ALIARUMQUE GERMANIÆ ECCLESIARUM.

12 A Nunciis EXTRAORDINARIIS ut initium ducamus, certum, atque exploratum etiam apud *Vos*, *Scriptoresque Vestros* est JUS APOSTOLICÆ SEDIS MITTENDI NUNCIOS *ad reparandum malum*, quod vel ex Episcoporum, Archiepiscoporumque *socordia*, aut *malitia*, vel ex alia quavis *extraordinaria* causa fuerit invectum. Usa semper hoc Jure est APOSTOLICA SEDES, tribuens *Nunciis*, sive *Legatis de Pontificis latere* missis *peculiares* extra ordinem Facultates; et in iis etiam *Locis* usa est, in quibus *Ordinarius* Nuncius adesset, cujus tamen Jurisdictio adventu ipso Legati, ut *infra* videbimus, quiescebat omnino.

13. Illud porrò *falsum* est, et cum manifesto errore conjunctum, quod ad *Archiepiscopos*, et *Episcopos* spectet *cognoscere*, sit ne *locus* EXTRAORDINARIOS Nuncios legandi; veluti Vos contenditis ad eludendum scilicet, atque è medio tollendum ipsum illud *Extraordinarium Jus*, quo Romanum pollere Pontificem apertè conceditis (18). Quomodo enim *sperari* unquam posset, futurum,

(18) Ut animadvertit ANT. A TORRE in = *Expostulat.* = Cap. III. §. I. vers. *Potestas* in fine pag. 113., qui ita contra RESCHAMPIUM arguit = *Adeo ne* STUPIDOS *nos fingis, ut non intelligamus, non videamus, non palpemus*, OMNEM PONTIFICIÆ POTESTATIS VIM *a vobis infringi, omnem* OBEDIENDI *necessitatem eludi, omnes Apostolicorum fontium* RIVOS *obstrui, et abscindi?* =

rum, ut *homines* a sua patefacienda infirmitate satis natura alieni, atque abhorrentes, suos *ultro* vellent morbos prodere, ac denuntiare, et ab alio auxilium quaerere, qui medicas sibi manus afferret? Nota est, ac pervulgata interrogatio illa, ac responsio, sapienti homine digna = *Si on eut domandè à* HERMAN DE WEIDEN, *et à* GEBHARD TRUCHSES, *s'il étoit* NECESSAIRE *d'envoyer dans leurs Dioceses un Nonce Apostolique? ils auroient certainement répondu*, QUE NON = (19).

14. Quod ille rogando est percontatus, quodque conjicit ex interrogatione responsum, id adeo extra omnem ambiguitatem est positum, ut *Scriptores Vestri* nil unquam reposuerint. Sed ad veritatem hujusmodi comprobandam lubet Nobis *rem ipsam*, de qua agitur, propius attingere. Cupientes *Vos*, ut è Vestris Dioecesibus, et è Germania tota Nuncii expellantur, *negatis* omnino, *vel leviter vestro* unquam *defuisse* Vos *muneri*; quinimò *affirmatis*, *nihil* modo in Vestris Dioecesibus, et in Ecclesiis Germanicis esse, quod *curationis* indigeat, omnemque isthinc necessitatem *extraordinariam* abesse contenditis, quae NUNCIATURAS expostulet. At liceat Nobis ea libertate Vos alloqui, qua uti PATREM oportet in *Filios*. Vos igitur ita animo comparati estis, ut *infirmitatem vestram*, quae patens est, non intueamini, utque eam minimè videatis *necessitatem*, quæ omnium incurrit in oculos. Si *de Vobis* res est, sufficit, ut animum advertatis *ad foedus*, quod adversus MATREM iniistis; sufficiunt celebres EMSENSIS CONVENTUS *Deliberationes*, quo confestim intelligatis, esse *vestros errores* tam *graves*, et *extraordinarios*, quàm *gravia*, et *extraordinaria* sunt ea rerum *Capita*, quae in Emsensi Conventu fuerunt *Examini* subjecta, quaeque vergunt omnia *ad Dominatum* aucupandum super Juribus tam *Episcoporum*, quàm APOSTOLICÆ SEDIS, ad *novitates* Doctrinae, aut Disciplinae invehendas, ad *Schisma* moliendum (20); ve-

(19) Ita Opuſculum = *Coup d'Oeil* = pag. 51. *b*, et aliud Opusc. = *Riflessioni sopra i 73. Articoli &c.* = ad §. 2. pag. 19., nec non DOCTOR INGOLSTADIENSIS *Colloq. XIII.* pag. 87.

(20) Iis, quae hac super re adnotavimus Cap. I. N. 19., addas DOCTOREM INGOLSTADIENSEM, cujus haec sunt verba = *Punctationes famosae* (*stolida sane nuncupatio*) REM CATHOLICAM *funditus ever-*

veluti non sine lacrymis *Germanica Natio*, et *Episcoporum Germanicorum coetus* agnovit [Cap.I. §§. 9. 10.] : quae quidem rerum Capita, quàm citius poterit, erunt *a Nobis* severiori, acriorique judicio, et condemnationi subjicienda, praevio *Examine*, et *Consilio* plurium *Episcoporum*, et *S.R.E. Cardinalium*, quos ad id jam destinavimus. Hisce autem erroribus, qui sunt Vobis *Communes*, alii quoque errores accedunt Uniuscujusque *Peculiares*, et *proprii*, superiori Nostra Oratione jam patefacti (21).

14. Huc etiam *timor* accedit, qui nedum Nos vehementer solicitat, sed plures etiam angit *Episcopos Germaniae*, ne *Synodus* a Te, *Moguntiae Elector*, indicta eos *praetergrediatur fines*, quos bene, sapienterque TRIDENTINUM CONCILIUM praestituit, (22) et BENEDICTUS XIV. Noster Praedecessor distinctè, doctèque explicavit (23); et ne *novitates* amplectatur, atque suscipiat ausu temerario invectas *in Emsensi Congressu*, aut in *alio* hujus generis *conventiculo*. Tu enim in Tua *Encyclica* (24) modò *antiquae* Disciplinae studiosiùs adhaerens, et modò ab *eadem* arbitratu tuo longiùs recedens, Synodi *Suffragantes* hortaris, ita se animo comparent, ut et *novi quid* inducere, et *quid antiqui* abolere ne detrectent (25); quod certè si fiet, praesto erit APOSTOLICÆ SEDIS *Judicium*, *et animadversio*.

16. Si *de statu* sermo est *Archidioecesum*, ac *Dioecesum Vestra-*

evertent = ; et rursus = *Sed quis ex dictis non sentiat, quam foede illa* NOVITATUM *intemperantia a minimis initiis* AD IPSIUS REIPUBLICÆ LABEM, ET EXITUM *gliscat*? = *Colloq. XIX.* pagg. 136. seqq., et *Colloq. XX.* pagg. 158.159. ADD. MART. GERBERTUM in recentissimo operè, cui Titulus = *Ecclesia Militans etc.* = 1789., in quo Conventiculi Emsensis Deliberationes singillatim perpendit, ac funditus evertit. To. II. Cap. 45. pag. 131. et seqq.

(21) *Trium*, videlicet, *Electorum Ecclesiasticorum* super *Encyclica* Nuncii ad Tractum Rheni, de qua actum est *Cap.IV.*, Archiepiscopi *Coloniensis* super instituto *Officialatus* Tribunali(Vid. novas *Pontificis* Litteras ad Arch. *Colonien.* a §.1. ad 16.), de quo *Cap.V.* et *VI.*, tandem Archiepiscoporum *Trevirensis*, et *Salisburgensis* super *Decimis* Clero Palatino-Bavaro a Pontifice impositis, seu potius prorogatis, de quo *Cap.VII.*

(22) Sess.24. de ref. Cap.2.

(23) In universim recepto Opere = *de Synodo Dioecesana* = Lib. VI. Cap.I., et toto Lib.VII., qui inscribitur = *De his, quae cavenda sunt in Constitutionibus Synodalibus* =

(24) *Diei* 18. Julii 1789.

(25) *Encyclic.* §. *Propositum.* in fine pag.7.

ſtrarum [*a*] deteriorem, ac magis lacrymabilem esse illum non posse testantur ipsi Conventiculi Emsensis *Delegati*, utpote quos constat pacto inter se cavisse = *d'intraprendere* LA RIFORMA *della Disciplina Ecclesiastica in tutte le sue parti, e di togliere dalle radici* GLI ABUSI, *che vi si sono introdotti* = (26); et eò rem deduxisse, ut *non semel* affirmarint, cogi Concilium sive *Generale*, sive *Nationale* oportere (27). Audent Illi quidem per summam improbitatem has Dioecesum corruptelas depromere, ac derivare = *dalle oppressioni della Curia Romana* = (28). *Sed* haec est *Schismaticorum* solita *calumniandi* ratio, ut quam corruptelam *negare* non possunt, eam non sine impietate conferant *in Apostolicam Sedem*, utque Reformationem solo Imperitos decipiendi animo polliceantur, minimè intelligentes, *ab se* duci oportere *Reformationis initium*. Pergant, ut oportet, NUNCII *Sua Jurisdictione liberè uti*, pergant ARCHIEPISCOPI eo, quo debent, *obsequio* PRIMAM SEDEM *colere*, ac *venerari*, unaque cum NUNCIIS inita consiliorum, et animorum *societate* in *usum* curent revocandas, ac restituendas providas ECCLESIAE *Leges*, ac CONCILII TRIDENTINI *Sanctiones* (29); et tunc sine *novi*

[*a*] Circa statum Dioecesis Coloniensis, et *Doctrinas*, quae in Bonnensi *Universitate*, et a Bonnensibus *Professoribus* traduntur, consule novas *Pontificis* Litteras ad Archiepiscopum §. 18., et ad Capitulum *Coloniae* §§. 3. 4.

(26) Artic. XXIII. in Opusc. = *Reſultato etc.* = pag. 28., apud DALHAM pag. 665.

(27) Artic. VII. (6), Artic. XV. (4), Artic. XXI., et Artic. XXIII. in cit. Opusc. pagg 22. 25. 26. 27. 28., et apud DALHAM pagg. 660. 663. 664. 665. ADD. *Lacrymabilem* quatuor Germaniae *Archidioecesum statum* describit Opusc. = *Riflessioni etc.* = ad conclusionem pag. 225. et seqq.

(28) Cit. Artic. XXIII. in citatis locis.

(29) Hoc fuit *consilium*, quod FELICIANUS NINGUARDA *Theologus Archiepiscopi Salisburgensis* oratione habita die 3. *Septembris* 1573. in fine *Concilii Salisburgensis* ejusdem anni sapienter dedit *Archiepiscopo*, et *Praesulibus Provinciae*, nempe, ut pro viribus incumberent *in executionem* constitutorum Decretorum *Apostolica Auctoritate confirmatorum*; iis, quae forsan objici potuissent, sic respondens = *Cum NIHIL videam, quod IMPEDIRE debeat. An rei gerendae NOVITAS? at nihil vetustius, nihil adhuc ab ineunte Ecclesia usque usitatius est AD NOVITATES TOLLENDAS, ABOLENDASQUE .... At cum subditis in GRATIA esse oportet? Quis BONUS ab iis GRATIAM ineat, qui*

vi convocatione Concilii (30), omnes è radicibus tollentur *abusus*, et cuncta simul in Vestris Archidioecesibus, ac Dioecesibus cessabunt *incommoda*, quibus eas *hodie* premi *Vestri Consiliarii* confitentur. Haec enim incommoda tum maximè importantur, et invalescunt, cum vel *absunt* Nuncii, vel suam exercere Jurisdictionem *prohibentur*, ut NATIONES ipsae testantur (31).

17. Si

qui per SVOS ERRORES, et CONTVMACIAM IN GRATIA DEI non sunt? At urgebimur omnium CONVICIO? Quis EORVM MALEDICTA magnopere curet, quibus etiam si BENE FACIAT, BLANDIATVR, INDVLGEAT, NON TAMEN EFFICIAT, QVIN OBTRECTENT? AT FVGIENT, ABIBVNT, A NOBIS SECEDENT: Quis NON JVRE LÆTETVR, PROVINCIAM tanta peste, et tanta perditorum hominum COLLVVIONE LIBERARI=? DALHAM pag. 569. col. 1.

(30) *Solitum* hoc est *effugium Schismaticorum*, ut palam fecit CARD. ÆNEAS cit. *Epist. Apologet.* in respons. ad II. Par. §. *Et primum* pag. 666. inquiens = *Intelligimus, quo tendis: omnes tuae Nationis homines, qui paululum docti sunt, quaedam* CONCILII CUPIDO *exagitat. Nam cum Synodi celebrantur,* EPISCOPI VESTRI DOMI *remanent,* VOS *Concilium* PETITIS, *ibique* LAUTE *vivitis sumptibus alienis, et* REGENTES *orbem in* MAGNOS *et* ADMIRABILES *evaditis Viros. Hinc voces illae: Conciliorum auctoritas* SALUBRIS, *atque* ÆTERNA *est: Mundum* CONCILIO *regendum, ad* CONCILIUM CUNCTA *deferenda: sine Concilio* NIHIL *esse, quod rectè perfici queat.* PRIVATA *vos trahit utilitas, et* CRESCENDI CUPIDO: *scitis enim* RAROS *esse conventus, quia* RES IMMUTENTUR, *et in* SEDITIONIBUS, *magnisque motibus* OBSCUROS *emergere, atque illustrari homines; eumque lucra vestra* DAMNOSA *esse* PRÆLATIS *non ignoretis, ingenio subtili, et peracuto illis Concilium ab eis* EXPETENDUM *suadetis, in quo* SEDIS APOSTOLICÆ SUMMUM IN EOS ARBITRIUM COARCTETUR: *et quemadmodum* VOS EOS CORRADITIS, *ita et* ILLIS APOSTOLICUM SOLIUM CORRODENDUM ESSE OFFERTIS. *At finito conventu* EPISCOPI EXPENSO ARGENTO, NIHIL PLUS DIGNITATIS, QUAM PRIUS HABENT: VOS AUCTI AURO, BENEFICIIS CUMULATI, ÆSTIMATIONE MAGNIFICATI, DOMUM REDITIS. QUID MIRUM SI CONCILIUM AMATIS, *et eos quaeritis ventos, qui* ALIENAM NAVIM *ad vestros* LITUS *illidat?* ALIENA MISERIA, VESTRA FELICITAS EST: BELLUM VOBIS PACE SALUBRIUS, ET TEMPESTAS QUIETE MELIOR=. Idem fere repetit Par. III. pag. 746.

(31) Inclytus POLONIÆ *Clerus* A. 1556. *Nuncio* declaravit, *haeresim* propterea serpere latius, = *quod a triginta, et amplius annis, quo coeptum est hoc malum,* ROMANI PON-

Digitized by Google

17. Si agitur denique de Statu *Eccleſiarum Germanicarum*; qui quotidie Veſtris obverſatur oculis, nolite, quaeſo, expectare, Ven. Fratres, dum a Nobis lamentabili oratione deſcribatur. Vos enim, qui in medio eſtis Germaniae ſinu, ignorare non poteſtis omnino, in *quali*, et *quanto* rerum diſcrimine verſetur; quàmque ſit aerumnoſus, et Chriſtianae Reipublicae exitialis, et quantùm fuerit jam acerbè defletus a pluribus *ex Veſtris Fratribus*, quorum NOMEN nulla obliterabit oblivio(32), ita ut ſi modò *Nuncii* in Germania non eſſent, illos quanto citiùs *legare* omninò deberet APOSTOLICA SEDES, ne Suo deeſſe muneri videretur(33); ad

PONTIFICES, *qui pro tempore fuerunt, excepta Sanctitate Sua, cui Deus longiſſimam vitam concedat, nullum vel* LEGATUM, *vel* NUNCIUM *ad hoc Regnum miſere, qui apud Reges inſtanter ſollicitarent, juxta paternas leges temerarios hos auſus comprimerent, et etiam Eccleſiae defenſores exiſterent*=; proindeque ſubdebat; = PRIMUM *remedium eſſe videtur, quod Sancta, et Apoſtolica Sedes* HOC IN REGNO, *ſicut et* APUD ALIOS PRINCIPES FACIT, NUNCIUM CONTINUE *haberet, vel* LEGATUM *Virum doctum, bonum, et Deum timentem, rerum gerendarum ſcientia peritum, qui* .... IN CURIA RESIDERET, SEMPERQUE REGIS LATERI ADHÆRERET, *atque Eum officii ſui admoneret; hic* CATHOLICAM FIDEM, *atque* LIBERTATEM ECCLESIASTICAM *tueretur, et Sedis Apoſtolicae obedientiam, et reverentiam in Regno conſervaret, et ad eum tanquam* AD ASYLUM *Viri boni ſemper pro juſto patrocinio confugere poſſent*=Vid. MARTEN. *Coll. Vet. Scrip.* Tom. VII. col. 1452. 54.

(32) Caveant è converſo *Metropolitani* ab *inſidiis* ſibi illatis ab *Anonymo* pacis inimico *Auctore* Libri = *Iſtoria Prammatica etc.* =, qui §. 24. ita Eos in *erroribus* fovet = *E non reſterà all'incontro la* MEMORIA *degli gran quattro Arciveſcovi* IMMORTALE, *ed in* ETERNA BENEDIZIONE, *quantunque contro ogni aſpettativa* LA LORO IMPRESA RIMANESSE INFRUTTUOSA. =; ſibique tandem perſuadeant, ſuum in aevum duraturum *Nomen*, quoties A NOVITATIBUS deſtiterint.

(33) Haec eſt etiam *Germanicorum* ſententia Scriptorum. Audiamus A. A TORRE in *Expoſtulat.* Cap. III. §. VII. pag. 120. = *Ipſis* EPISCOPIS *nihil opinione mea optabilius, atque ad implenda graviſſima munia praeſtabilius eſſe poteſt, quam ſi* APOSTOLICOS NUNTIOS, *veluti* LATERI SUO *adhaerentes habeant*, HIS PRÆSERTIM DIFFICILLIMIS TEMPORIBUS, *religionique ac ſanctitati morum maximè infenſis, quibus nonnulli homines Apoſtolicam Sedem non minus, quam Apoſtolicos Nuntios averſantur, atque iſtos tanto a ſe intervallo remotos cupiunt, quanto ab utriſque abhorrent animo, atque alienati ſunt. Quae quidem cum Germaniae*

ad Ipsam enim spectat tantummodo *de extraordinaria* temporum, ac rerum *necessitate* cognoscere, ac judicare (34).

maniae Praesules minimè fugiant, INCITAMENTO *esse debent*, *ut* SACERDOTALIS CONGLUTINATIONIS VINCULUM CUM APOSTOLICA SEDE ARCTISSIME CONSTRINGANT, *communique deliberatione, ac diligentia divinae religioni, ac sempiternae hominum saluti consulere satagant. Ob quam causam in eam* JAMDIU *sententiam abii*, NULLO FORTASSIS TEMPORE MAJOREM NUNTIORUM APOSTOLICORUM NECESSITATEM EXTITISSE, QUAM HOC NOSTRO, *quo Eosdem exterminare certi homines modis omnibus adlaborant* =. Auctor autem Opusculi = *Defense des Reflexions* = postquam *mala omnia* enumeravit, quae per Germaniam grassantur, ita ratiocinatur pag. 75. = *Cet aspect des chose a jettè la terreur dans l' ame des Catholiques, ils craignent que cette terre, arrosèe des sueurs des Boniface, des Wolfang, des Ulalric, etc. qui a portè si long-tems les fruicts de la piètè et d'une foi pure, n' engendre dorènavant que des plantes ameres et lethiferes. Et* BIEN LOIN DE PENSER, QUE CE SOIT LE MOMENT DE RENUOYER HORS DE L'ALLEMAGNE LES LEGATS DU PRIMIER PONTIFE, *les Ministres du Siège de Pierre, dont elle a recu la lumiere de l' Evangile*, ILS CROYENT, QUE CE SEROIT CELUI DE LES Y APPELLER, S'ILS N'Y ETOIENT PAS =.

(34) Apertè id agnovit S. BASILIUS Epist 52. ad *S. Damasum* Romanum Pontificem inquiens = *Debebant continuò a Vestra dilectione* EX SINCERIS FRATRIBUS ALIQUI MITTI, *qui nos* AFFLICTOS, *et* OPPRESSOS *inviserent*, *et* MULTO CREBRIUS *amicae ad Nos vestrae destinari* LITTERÆ, *quibus vel in* PROPOSITO CONFIRMAREMUR, *vel si qua in re* OFFENDAMUS, CORRIGEREMUR. *Non enim negamus* INNUMERIS NOS ERRORIBUS *obnoxios esse*, QUUM HOMINES SIMUS, ET IN CARNE VIVAMUS, PARATI IN HAC RE VESTRAM INSTITUTIONEM AMPLECTI =.

SE-

SECTIO II.

Probatur

JUS SANCTAE SEDIS MITTENDI NUNCIOS ORDINARIOS

STABILI PRAEDITOS JURISDICTIONE

EX JURE PRIMATUS.

18. DEtecto Vobis, ac patefacto illo, in quo estis, errore *super notione Casus Extraordinarii*, ad profligandum aggredimur errorem *alterum*, primo deteriorem, quo Vos decepti contenditis, JUS APOSTOLICÆ SEDIS *mittendorum cum Jurisdictione Nunciorum*, et exercendae suae Primatialis Potestatis in *Dioecesibus* aliorum Episcoporum, *tunc tantùm* vindicare sibi locum posse, ubi *Casus extraordinariae necessitatis* advenerit. Fuit haec opinio a M. ANTONIO DE DOMINIS primùm invecta in impio illo = *de Republica Ecclesiastica* = Libro (35), quam postea palam, et apertè amplexus est EDMUNDUS RICHERIUS in Scriptis = *de Potestate Ecclesiastica, et Politica* = editis (36), quamque denique EYBELIUS recentissimus Auctor Libri = *Quid est Papa?* = suscepit, atque amplificandam curavit (37). Sed opus M. ANTONII DE DOMINIS, quo ausus est comminisci, esse Ecclesiam *Reipublicae* instar, et nihil aliud esse Pontificem, nisi veluti quoddam ipsius *Caput*, *Ministrum*, ac *Ducem*, damnatum fuisse constat A. 1618. ab UNIVERSITATE SORBONAE (38), et per idem fere tempus a FACULTATE THEOLOGICA COLONIENSI. Haec enim cum a FERDINANDO *Coloniae* Electore, atque Archiepiscopo de ipsius Sententia, et Judicio fuerit rogata, haec, inqui-

A a mus,

(35) Edito in *Anglia* AA. 1617. et 1622., et in *Germania* A. 1658.

(36) Anno 1611.

(37) Librum hujusmodi *Germanico* sermone conscriptum edidit *Eybelius* A. 1782., audito vix nuncio Vindobonensis itineris *Religionis* causa a *Pontifice* suscepti: eumque mox in *alias* linguas versum, et in *Graecam* etiam *Vulgarem* linguam translatum divulgari curarunt *Hostes Apostolicae Sedis*.

(38) = *Le Grand Dictionaire Historique Par M. Lovis Moreri. Dixieme Edition.* 1717. = Tom. II. pag. 368. col. 1.

Digitized by Google

mus, = *Libro evoluto, et Spiritu veritatis solemni ritu evocato* =, declaravit, = *totum quidem illum veluti* HÆRETICUM, SCHISMATICUM, SCANDALOSUM, *ac* SEDITIOSUM *abolendum, et extirpandum* = (39).

19. Quo in loco est illud sedulò animadvertendum, quod cum M. ANTONIUS inter caetera pronuntiasset, = *Legatos Romani Pontificis* EXTRA ECCLESIAM ROMANAM VIX ULLAM *habere Potestatem* =, FACULTAS THEOLOGICA COLONIENSIS notandum censuerit eum locum his verbis, = *Titulus* HÆRETICUS, SCHISMATICUS, *et* SEDITIOSUS = (40). Id Vos, quaeso, animadvertite, Ven. Fratres, qui ulterius etiam progressi non partem aliquam, sed *omnem* omninò negatis APOSTOLICIS NUNCIIS *Jurisdictionem*.

20. Idem evadere non potuit *censorium* THEOLOGICAE FACULTATIS *Judicium* alia illa M. ANTONII sententia, quam Vos toties litteris consignastis, ita Apostolicos Nuncios habentes, ac reputantes, quales *Regii Oratores* esse solent (41). Cum enim M. ANTONIUS haec de Nunciis dixisset, = *Nuncii verò Papae nunc dierum ad Imperatorem, Reges, Potentatus Christianos eodem pariter loco sunt, quo* REGUM LEGATI *in Curiis Principum Saecularium pro Negotiis potissimum saecularibus tractandis, et indagandis commorantes. Et certe si optimo eos nomine insigniamus, sunt Oratores, sin verò* EXPLORATORES =; non potuit praedicta FACULTAS tantam *audaciam* tali non cohibere Judicio: = *Propositio* FALSA, SEDITIOSA, *in Romanum Pontificem, ejusque Legatos* CALUMNIOSA = (42). Hinc mi-

(39) Vid. Opuscula = *Riflessioni sopra i 73. Articoli etc.* = ad §. 19. pag. 68., et = *Defense des Reflexions etc.* = pagg. 19. 29. ad P. 86. 87. 88. ADD. Censura *Coloniensis* prostat apud DU-PLESSIS in = *Collect. Judicior. de novis erroribus* = To. III. Par. II.

(40) Opusc. = *Riflessioni &c.* = loc. cit.

(41) Id *tacitè* significarunt Archiepiscopi MOGUNTINUS, COLONIEN., et SALISBURGEN. in suis = *Pro-Memoria* = exhibit. Ministris *Pontificis*, quos percontabantur, *an*, et *qua* Jurisdictione muniretur Nuncius *Monachiensis*. *Aperte* autem declaravit Elector COLONIENSIS tum saepe *aliàs* Antecessori Nuncio BELLISOMI, tum in = *Pro-Memoria presentata alla Dieta* = §. 52. in Opusc. *Riflessioni etc.* pag. 132.

(42) Cit. Opuscula, = *Riflessioni* = ad §. 19. pag. 69., et = *Defense etc.* = pag. 20.

Digitized by Google

mirum esse non debet, quod *haeretici*, et *schismatici argumenti* Liber hujusmodi ex tot falsis, seditiosisque sententiis contextus; fuerit etiam a SANCTA SEDE, et ab ECCLESIA damnatus (43), reprobatusque, a quo prodierat, *Auctore*. Is enim ex Anglia, quo confugerat, Romam reversus A. *1622. suos ejuravit errores*, *veniamque* sibi IN PUBLICO CONSISTORIO deprecatus est; quamquàm paullò post, ut homines solent hujus generis, et ingenii, non leves de sua dubia Fide suspiciones ingesserit (44).

21. Liber autem *Richerianus* fuit A. 1612. a Concilio *Senonensi*, et *Aquensi* pro HÆRETICO habitus (45), et *Romae* DAMNATUS (46); itaut *Auctor* ejusdem in REGUM indignationem inciderit, et munere *Syndaci*, quod obibat, fuerit a FACULTATE PARISIENSI privatus, et duabus Declarationibus AA. 1620., et 1629. editis sua ipsa Scripta *damnarit*, ac *reprobarit* (47).

22. Liber denique EYBELII, in quo temerario ausu jactatùm, et praedicatum est, = *Quemlibet Episcopum vocatum a Deo ad gubernationem Ecclesiae* NON MINUS, *quam Papam*, NEC MINORI *praeditum esse Potestate . . . : voluisse Christum Ecclesiam* REIPUBLICÆ MORE *administrari: ei quidem Regimini opus esse Praeside pro bono Unitatis, verùm qui non audeat Se* ALIORUM, *qui simul regunt*, NEGOCIIS IMPLICARE; *privilegium tamen habeat* COHORTANDI *ad sua implenda munia: vim* PRIMATUS *hac una praerogativa contineri* SUPPLENDÆ ALIORUM NEGLIGENTIAE, PROSPICIENDI CONSERVATIONI UNITATIS HORTATIONIBUS, ET EXEMPLO: *Pontifices nil posse* IN ALIENA *Dioecesi*, *praeterquàm* EXTRAORDINARIO CASU =; Liber, inquimus, hujusmodi nihil *novi* praeseferens, nisi *inverecundam inscriptionem*,

(43) Decr. diei 2. *Decemb.* 1617. Vid. = *Index Librorum prohibitorum Benedicti XIV. jussu recognitus, atque editus Romae A.*1758. = pag.75.

(44) Narrat idem MORERI loc. cit.

(45) Idem MORERI Tom. IV. pag. 261. col. 2., et T. II. *Supplem.* pag. 429. col. 1., et 2.

(46) Decr. 10. *Maii* 1613., 2 *Decembris* 1622., et 4. *Maii* 1709. Consulendus cit. *Index Libr. prohibit.* pag. 208.

(47) Refert idem MORERI in *Supplem.* loc. cit.

nem, et quamdam impiorum dictorum congeriem; cum denuò ferat easdem sententias M. ANTONII DE DOMINIS, *et* RICHERII jam ab Ecclesia damnatas, meritò a Nobis pro muneris Apostolici ratione fuit *Solemni Ritu* proscriptus (48); quae quidem Proscriptio licet a perditissimis quibusdam hominibus maligniùs excepta, a *Bonis* tamen fuit publicè commendata, ac doctè, copioseque vindicata (49).

23. Persuasum certè Nobis est, ut si Consultores Vestri hos Vobis *fontes* indigitassent, ex quibus de verbo ad verbum *doctrinas suas* depromebant, hoc solum *satis* fuisset Vestrae Religioni, ac Pietati excitandae, et improbis insidiis magno animi horrore praecavendis. Nimium sane *interest* scire, *quo* ex fonte sententiae manarint, et *quale* super illis ab Ecclesia Judicium prodierit. Semel ac enim ECCLESIA, columna, et firmamentum

(48) Constitutione *diei* 28. *Novembris* 1786., quae inc. = *Super soliditate* =, quaeque *latinè*, *gallicèque* *Notis* illustrata refertur tum in Opusc. = *Veritable état* = a pag. 23. ad p.60., tum in cit. = *Recueil* = Par. Eccles.II. a pag.5. ad p.44.

(49) Tam ab *exteris*, quam ab *Indigenis* Scriptoribus. Ad *primam* classem pertinet = *Discours prononcè a l'Assemblee des Etats de Brabant*, *le* 20. *Juin* 1787. =, cujus *Auctor* nedum graviter reprehendit praecipitem, violentamque *Nuncii Bruxellensis*, ejusque *Auditoris expulsionem*, exclamans = *Voilà donc un Ambassadeur*, *un Archevêque*, *un Nonce Apostolique*, *condamné et exilé sur un* RAPPORT. *Mais quel est* CE RAPPORT, PAR QUI *est-il* FAIT, PAR QUI *est-il* VERIFIE'? *Et sur quel* GENRE DE RAPPORT *est-il permis de traiter ainsi* UN MINISTRE PUBLIC, *revêtu de tout ce qui peut rendre respectable* LE DROIT DE GENS? =, verum etiam ad *propugnandum* suscipit *Breve*, sive *Bullam* Pontificiam, contra *Eybelium*, utpote quae = *Est un Decret du Pape* REçU SANS CONTRADICTION DANS TOUT LE MONDE CATHOLIQUE, *repandu sans aucun murmure* DANS TOUS LES ETATS HEREDITAIRES D'AUTRICHE, *un Decret qui établit la* PRIMAUTE' DU PAPE ET SON AUTORITE' DANS TOUTE L'ETENDEU DE L'EGLISE CHRETIENNE = (= *Recueil* = Par. Eccles.II. pagg. 114. 118. 119.), et pertinent etiam PISTI ALETHINI = *Epistolae ad Auctorem Anonymum*, *quid est Papa?* = editae duplici volumine *A.* 1787. Ad *alteram* vero classem est referendus DOCTOR INGOLSTADIENSIS *Colloqu. IV.* pag. 14. et seqq, qui refert *Colloq.III.* pag. 12., = *Eybelium JUSSU CAESAREO fuisse Vienna expulsum*, *quamquam deinde Novatorum factione revocatum* =.

tum *Veritatis* locuta est, suamque dixit sententiam, piaculum *Catholicis* esse debet Ipsius Judicium *in quaestionem*, et in *disceptationem* vocare. Ita profecto sentiebat Magnus ille AUGUSTINUS inquiens, = *Quid adhuc quaeris* EXAMEN, *quod jam* FACTUM EST APUD APOSTOLICAM SEDEM = (50); et rursus, = *inde* (Roma) *rescripta venerunt*, CAUSA FINITA = (51); cujus dicto inhaerens S. BONIFACIUS rescribens = *DILECTISSIMO FRATRI RUFO* = ajebat; = *Nunquam licuit de eo* RURSUS, *quod semel statutum est ab* APOSTOLICA SEDE, *tractari* = (52). Inutile hinc esset, et supervacaneum, eas hic *rationes* exponere, quibus lata ab ECCLESIA *Judicia* fulciantur.

24. Sed ut rei veritas magis elucescat, eas modo Vobis *rationes* explicandas suscipimus, quae cuilibet persuadeant, JUS esse ROMANO PONTIFICI habendi aliquos in *dissitis* praesertim Locis, qui *Sui absentis* Personam repraesentent, qui Jurisdictionem Suam, atque Auctoritatem *Stabili Delegatione* collatam excerceant; qui denique *Suas vices* obeant, idque *ex intima vi*, ac *natura* PRIMATUS, *ex Juribus*, *dotibusque* CUM PRIMATU IPSO CONJUNCTIS, *ex constanti* ECCLESIÆ DISCIPLINA *a Primis* usque Saeculis deducta, *ex auctoritate* ECCLESIASTICARUM, atque IMPERIALIUM LEGUM, *ex communi* denique CANONISTARUM, ac JURECONSULTORUM, praesertim GERMANICORUM etiam PROTESTANTIUM *sententia*.

25. Exordientes autem a PRIMATU, quem CHRISTUS JESUS ita instituit in PETRO, ut ex Persona PETRI *ad omnes Ejus Successores* manaret ad finem usque Saeculorum (53); Vos etiam atque

(50) Lib.II. *Oper. Imperf. contra Julianum* 103.

(51) Serm.131. alias 2. *De verbis Apostoli* Cap.10.

(52) LABBÆUS Tom.V. col. 849. *B.*

(53) FEBRONII in Opere = *De statu Ecclesiae* = Cap.II. §.3., aliorumque cum eo insanientium, affirmantiumque, Primatum auctoritate Ecclesiae *transferri* posse ad *alium* Episcopum, e. g. *Mediolanensem*, *Parisiensem*, *errorem* manifestum coarguit brevis, perdocta, et elegans *Dissertatio*, cui titulus = *Epistola Sillasipi a Lapide in causa, an Summus Pontificatus a Romana Ecclesia avelli et aliò transferri possit? Augustoduni* 1782. = ADD. Vid. recentissimum Librum, cui Titulus = *L'Episcopato, ossia della Potestà di governar la Chiesa* 1789. = Par.I. Cap.III. a num. 29. ad 40. pag.59. et seqq. usque ad p.87.

atque etiam obsecramus in Domino, ut diligentissimè caveatis ab *erroribus* toties ab Ecclesia damnatis; Vosque etiam atque etiam precamur, ut veritatem *è* DOGMATIS *fonte* profectam toto animo amplexi pro certo habeatis, PRIMATUM hunc *Divinitus* institutum non iis dumtaxat ſuisse limitibus circumscriptum, ut PETRUS, ejusque *Successores*, Ecclesiae universae CAPUT efſecti, et *Vicaria* JESU CHRISTI *vice* fungentes, *malis occurrerent*, *et Fratres errantes*, *ac negligentes in viam reducerent*, et è *socordia excitarent*; sed Auctoritatem secumferre *Stabilem*, *Perpetuam*, numeris omnibus *Absolutam Pascendi*, *Regendi*, *et gubernandi* tam POPULOS, quàm POPULORUM ipsos PASTORES absque ulla certi temporis constitutione. *Unde hoc probemus*, quaeret fortasse Unusquisque Vestrum? EX VERBO DOMINI respondemus cum S. BERNARDO (54), cujus Vos auctoritate consuevistis *abuti*. Plura quidem sunt EVANGELII loca, ex quibus maniſeste se prodit *Suprema haec Potestas*, *soli* PETRO, et *Successoribus ejus* a JESU CHRISTO collata (55). Nos brevitatem, ubi commodè possumus, libenter sequentes, *duo* tantum seligemus ex pluribus; *illud* nempe, in quo DIVINUS MAGISTER ita est PETRUM allocutus = *Et Ego dico* TIBI, *quia Tu es* PETRUS, *et* SUPER HANC PETRAM *aedificabo Ecclesiam meam*, *et portae Inferi non praevalebunt adversus eam*, *et* TIBI DABO CLAVES REGNI CŒLORUM, *et quodcumque* LIGAVERIS *super Terram, erit ligatum et in Coelis*, *et quodcumque* SOLVERIS *super Terram*, *erit solutum et in Coelis* = (56); et *alterum* illud, in quo = *Dicit* SIMONI PETRO JESUS: SIMON JOANNIS, DILIGIS ME PLUS HIS? *Dicit ei*: *etiam*, *Domine Tu scis*, *quia amo Te*. *Dicit ei*: *Pasce Agnos meos* . . . . ., PASCE OVES MEAS = (57).

26. Haec porro Divina Verba *decretoria* sunt, et omnem cavil-

(54) *De Consideratione ad Eugenium III.* Lib.II. Cap.8.

(55) = *Tu vocaberis CEPHAS* = JOAN. Cap.I. vers.42.; = *Et elegit duodecim ex ipsis* (*quos et Apostolos nominavit*) *SIMONEM, quem cognominavit*, *PETRUM* = LUC.VI. 13. 14. = *Beatus es Simon BAR-JONA* = MATTH.XVI.17., = *CONFIRMA FRATRES TUOS* = *LUC.XXXII.32.*, = *Dicite Discipulis ejus*, *et PETRO* = MARC.*XVI* 7.

(56) S. MATTH. Cap. XVI. vers.18. et seqq.

(57) S.JOAN. Cap.XXI.vers.15. et seqq.

cavillandi facultatem, ac libidinem superant (58). = *Pascit igitur* PETRUS *Agnos*, *pascit et* OVES, *pascit Filios*, *pascit et* MATRES, *regit et Subditos*, *et* PRÆLATOS. OMNIUM IGITUR PASTOR EST, *quia praeter Agnos*, *et* OVES *in Ecclesia nihil est* = (59). Hinc SS. PATRES, quotquot de hac Divina Institutione sunt locuti, *unanimi consensione* professi sunt, PETRUM = *omnibus anteferri* =, ut ajebat AMBROSIUS (60); idemque confirmat S. LEO, = *Ideo*, inquiens, PETRO *hoc* SINGULARITER *creditur*, *quia cunctis Ecclesiae Rectoribus* PETRI FORMA PRÆPONITUR = (61); = *De toto Mundo* (pergit idem S. LEO) UNUS PETRUS *eligitur*, *qui et* UNIVERSARUM *Gentium vocationi*, *et* OMNIBUS APOSTOLIS, CUNCTISQUE ECCLESIÆ PATRIBUS PRÆPONATUR, *ut quamvis in Populo Dei multi Sacerdotes sint*, *multique Pastores*, OMNES TAMEN PROPRIE REGAT PETRUS, *quos principaliter regit et* CHRISTUS = (62); et S. AUGUSTINUS = *Multi*, inquit, *erant Apostoli*, *et* UNI *dicitur PASCE OVES MEAS* = (63): = *Deus unus est*, inquit S. CYPRIANUS, *et Christus unus*, *et una Ecclesia*, *et* CATHEDRA UNA, SUPER PETRUM DOMINI VOCE FUNDATA = (64). Ipsi enim PETRO data est Potestas SUPER OMNES numeris omnibus cumulata; = *Sicut Filius a Patre*, verba sunt S. JOANNIS CHRYSOSTOMI inclyti Ecclesiae Doctoris, *ad Salutem omnium mittitur cum Potestate plena super omnes*, *sic* A CHRISTO PETRUS, ET EJUS ECCLESIA AD SALUTEM OMNIUM MITTITUR CUM POTESTATE OMNI SU-

(58) Audebunt ne FEBRONIUS, ejusque *Consectanei* in *Divina* etiam *Verba* illud *maledictum* conjicere, quo solent configere nonnullorum *Patrum* sententias his verbis = *FIGURATÆ sunt*, *aut AMPULLATÆ Patrum elocutiones*, *quae rei substantiam non mutant*? = Vid. *Colloq.* IV. DOCTORIS INGOLSTADIEN. pag. 20., et seq.

(59) Homilia in *Natali Apostolorum*, cujus Auctorem esse *S. Eucherium Lugdunensem* putant Eruditiores. Prostat in = *Bibliotheca Veterum Patrum*. *Lugduni* 1678. = T. VI.

(60) Lib. X. in Cap. 24. *S. Lucae*.

(61) Serm. *III. de Assumpt. ad Pontif.*

(62) Serm III. in *Anniversario suae Assumptionis* Cap. 2.

(63) Serm. XLVI. Cap. 13.

(64) Epist 72. Eadem fere habet Epist. 57. 70. 71. 73., et in Libro *De unitate Ecclesiae*.

SUPER OMNES, *quod nulli hominum credimus esse concessum* = (65).

27. Caeteris missis, agmen claudat S. BERNARDUS inquiens: = *Dicit aliquis: debitam reverentiam exhibebo* (Rom. Ecclesiae), *et nihil amplius. Esto: fac, quod dicis: quia si* EXHIBEAS DEBITAM, ET OMNIMODAM. PLENITUDO *siquidem* POTESTATIS SUPER UNIVERSAS ORBIS ECCLESIAS, *singulari praerogativa* APOSTOLICAE SEDI *donata est. Qui igitur* HUIC POTESTATI *resistit*, DEI ORDINATIONI *resistit* = (66).

28. Quinimo PATRES, et CONCILIA, tam *ante*, quàm *post* S. GREGORIUM M. (67), inito veluti inter se foedere ROMANUM PONTIFICEM certatim appellaverunt SACERDOTEM SACERDOTUM, PATREM PATRUM (68), PASTOREM PASTORUM (69), EPISCOPUM EPISCOPORUM

(65) Homilia *in S. Matth.*16.

(66) Epist.131.

(67) Quem *Novatores recentiores* ad instar *Haereticorum* alterius Ætatis odisse jactant nomen *Episcopi Oecumenici*. At *S. GREGORIO* non *alia* de causa hujus nominis usum displicuisse, nisi quia illo abutebatur *JOANNES Episcopus Constantinopolitanus*, luculenter evincit Opusculum = *Esame della Vera Idea della S. Sede stampata in Pavia nel* 1784.= edit. secund. *Maceratae* 1788. §. 53. pagg.83.84. ADD. Vid. cit.Librum = *L'Episcopato* = Par.II. Cap.V.n.224. *a*. pagg.388. 389.

(68) Orthodoxi *Episcopi Orientales* in Concilio *Constantinopolitano* congregati *sub* MENNA A.536. *Libellum* obtulerunt *Pontifici* contra ANTHIMUM, SEVERUM, aliosque *Acephalos*, cujus haec erat inscriptio = *Domino Nostro per omnia Sanctissimo, et Beatissimo PATRI PATRUM Archiepiscopo Romanorum, et Patriarchae AGAPITO* =, et in quo Pontifex S. MARTINUS appellatur = *Omnibus his* (Episcopis) PRÆEMINENS SACERDOS SACERDOTUM, *et* PATER PATRUM = (LABBÆUS Tom. VI. col.113.): *easdem* adhibuit appellationes SERGIUS Episcopus *Cypri* in epistola THEODORO *Pontifici* scripta, lectaque in Concilio *Lateranensi* sub MARTINO I. A.649. (*Act.* seu *Secret. II.* cit. LABB. T.VI. col.121.): par monumentum exhibet *Africa*, seu epistola *Conciliorum* trium *Numidiae, Bizacenae, et Mauritaniae* lecta in eodem *Lateranensi* Concilio cum hac inscriptione = *Domino Beatissimo Apostolico Culmine sublimato, Sancto* PATRI PATRUM *THEODORO Papae, et* SUMMO OMNIUM PRÆSULUM PONTIFICI = (*cit. Secret.II.* T.VI. col.128.). De Episcopis *Illyrici infra* agit *Responsio*.

(69) S. EUCHERIUS loc. citat. = non

RUM (70), et EPISCOPUM UNIVERSALEM (71), itaut FACULTAS THEOLOGICA PARISIENSIS A. 1413. *erroris* notam inusserit huic sententiae = *Papa Romanus . . . non est Episcopus Universalis* = (72); eumdemque etiam nuncuparunt JUDICEM SUPREMUM, quippe qui = *specialiter Claves Regni Coelorum*, *et* PRINCIPATUM JUDICIARIÆ POTESTATIS

B b *obti-*

= *non solum Pastorem*, *sed* PASTOREM PASTORUM *eum* (Petrum) *constituit* =, et S. AVITUS *Viennensis* in epistola *Gallicanorum* Episcoporum nomine scripta Synodo *Palmari* in Causa SIMMACHI Papae, haec habet: = *Reddet rationem, qui Ovili Dominico praeest, qua commissam sibi Agnorum curam administratione dispenset: caeterum non est* GREGIS, PASTOREM PROPRIUM *terrere* =. Animadvertas, quaeso, hic *Gregis* nomine venire *Episcopos*, ad quos *epistola* dirigitur, eosque veluti *Gregem* haberi, cujus *Pastor proprius* sit *Romanus Pontifex*.

(70) *TERTULLIANUS* Lib. *de Pudicitia* Cap. I. = *Pontifex Maximus* EPISCOPUS EPISCOPORUM *edicit etc.* =, ubi quamvis in *haeresim* jam prolapsus loquatur *per ironiam*, et Romanam Sedem insectetur, testimonium tamen invitus perhibet, *ea Ætate* jam *consuevisse* Romanum Pontificem nuncupari *Pontificis Maximi*, et *Episcopi Episcoporum* appellatione. ADD. Aliter = *Questa beffa sarebbe stata senza fondamento, se il Papa non fosse stato da tutti i Cattolici riguardato in effetto*, COME CAPO DELLA RELIGIONE, E IL PASTORE DEGLI STESSI VESCOVI =, ut ad rem animadvertit FLEURIUS in *Hist. Eccles.* Lib.V. num.46. *Tertulliano* consentit ARNOBIUS *Junior* in *Ps.CXXXVIII.* haec de *PETRO* inquiens = *Ecce Apostolo poenitenti succurritur, qui est* EPISCOPORUM EPISCOPUS =.

(71) *Legati* Pontificis LEONIS ad Concilium *Calcedonense* A.451., nec non *quatuor illi*, qui provocarunt contra *Dioscorum*, Romanum Pontificem vocarunt = *Episcopum Ecclesiae* UNIVERSALIS, *Sanctissimum*, *et* UNIVERSALEM EPISCOPUM *et Patriarcham Magnae Romae*. = (Concil *Calced.* Act.III. apud LABB. Tom.IV. col. 1267. C., 1274. B., 1282. D., 1290. C., et 1335. D); MAURUS *Episcopus Ravenn.* in litteris datis MARTINO PAPÆ; quae recitatae, probataeque fuerunt in Concilio *Lateranensi* A.649., *Pontificem* appellat = *Toto Orbe Apostolico* UNIVERSALEM PONTIFICEM = (T.VII. col.98. B.); *et vetus Auctor* Libelli *super exilio, et morte* ejusdem MARTINI *Papae* eumdem vocat = *Sacerdotum Principem*, et APOSTOLICUM UNIVERSALEM *Papam*. = (Ibid. col. 68. A.).

(72) Sic = *Error temerarius, scandalosus, et totius Ecclesiasticae Hierarchiae confusivus* =. NAT. ALEXAN. *Hist. Eccles.* Saec XV. et XVI. Cap.II. §.III. num.6. cit. Edit. *Paris.* To.XVII. pag.177.

Digitized by Google

obtinuit = (73); DISPENSATOREM CANONUM, et CHRISTI VICARIUM. Sit instar omnium S. BERNARDUS: = *Tu* PRINCEPS *Episcoporum*, *Tu haeres Apostolorum*, *Tu Primatu ABEL etc. Tu es*, *cui* CLAVES *traditae*, *cui* OVES *creditae sunt*: *sunt quidem et alii Coeli Janitores*, *et Gregum Pastores*; *sed Tu tantò gloriosius*, *quantò et differentius* UTRUMQUE PRÆ CÆTERIS NOMEN *haereditasti*. *Habent illi sibi adsignatos Greges*, *singuli singulos*: TIBI UNIVERSI CREDITI, UNI UNUS; *nec modo Ovium*, *sed et* PASTORUM TU UNUS OMNIUM PASTOR =; qui rursus paulò post *Pontificem* vocat = *Assertorem veritatis*, *Doctorem Gentium*, *Christianorum Ducem*, *Cleri Ordinatorem*, PASTOREM PLEBIUM, *Regum Patrem*, CANONUM DISPENSATOREM, VICARIUM CHRISTI = (74).

29. Haec Auctoritas *Pascendi* cum *Clavium* Potestate conjuncta PETRO *peculiarem* in modum attributa (75), sicut *Auctoritatem* praesefert IN OMNES FIDELES *Ordinariam*, atque *Immediatam*, ita eamdem praesefert Auctoritatem *Ordinariam*, atque *Immediatam* IN OMNES PASTORES, qui quacumque demum praefulgeant Dignitate, non solùm non sunt PONTIFICI *pares*, sed ita ejus Auctoritati *subduntur*, ut qui *Pastores* appellantur, et sunt, si *Populos* respicias, ii, si PONTIFICEM spectes, nonnisi OVIUM numero habeantur. Quae quidem OVES juxta Divinae Institutionis praescriptum debent a PONTIFICE SUMMO *pabulum* petere, et expectare eo prorsus modo, quo FIDELES OMNES, qui AGNORUM nomine censentur, *pastum* ab Eodem, et alimenta praestolantur. = *PETRO imperatum est*, ait BOSSUETIUS, *ut* AMORE *caeteros Apostolos antecelleret*, *mox ut* CUNCTA *gubernaret*, *et pasceret* OMNES *Agnos*, *et* OVES, *Filios*, *et* MATRES, *et* IPSOS *quoque* PASTORES; *Pastores inquam*, *si Populi respiciantur*, OVES, *si* PETRO *comparentur* = (76). Unde rectè est

(73) BEDA Homil. *in die festo SS. Petri*, *et Pauli Apostolorum*.

(74) *De Considerat.* Lib.II.Cap.6.

(75) = *CUI ENIM NON DICO EPISCOPORUM*, *SED ETIAM APOSTOLORUM sic absolutè*, *et indiscretè* *TOTAE commissae sunt OVES? Si amas*, *PETRE*, *pasce OVES MEAS*, *inquit*. *Cui non planum*, *non designasse aliquas*, *sed assignasse OMNES? Nihil excipitur*, *ubi distinguitur nihil*. = S.BERNARDUS loc. cit. Cap.8.

(76) Serm. *De unit. Eccles.*

Digitized by Google

est illud a GERSONE animadversum, quod quemadmodum *Episcopi* in *tota* Dioecesi, et in *omnibus* Dioecesis Parochiis suam Jurisdictionem exercent, ita praestare idem possit SUMMUS PONTIFEX in *tota*, qua late patet ECCLESIA, et *in omnibus Dioecesibus Episcoporum* (77).

30. Quod *Divina* verba patefecerant, quodque concors *Patrum* Sententia prodiderat, id a CONCILIIS quoque luculentissimè definitum est. Ea quippe Summum agnoverunt, et coluerunt in *Romano Pontifice* PRIMATUM, seu PRINCIPATUM SUPER UNIVERSAM ECCLESIAM; cumulum scilicet *Potestatis*, et *Ordinariae Jurisdictionis super omnes, et singulas Catholici Orbis Dioeceses* ad *Causas* etiam definiendas, quae aut *Fidem* respiciant, aut negotia spectent ad *Ecclesiasticum* Forum pertinentia. Quod adeo verum est, ut GRÆCI ipsi, dum in Concilio *Lugdunensi II.* A. 1274. suam CATHOLICAM FIDEM profiterentur, haec palam affirmare non dubitaverint: = *Ipsa quoque Sancta Romana Ecclesia* SUMMUM, ET PLENUM PRIMATUM, ET PRINCIPATUM SUPER UNIVERSAM ECCLESIAM CATHOLICAM *obtinet*: *quem Se ab ipso* DOMINO *in Beato* PETRO *Apostolorum Principe, sive Vertice, cujus Romanus Pontifex est Successor*, CUM POTESTATIS PLENITUDINE *recepisse veraciter, et humiliter recognoscit. Et sicut prae caeteris tenetur Fidei veritatem defendere; sic et, si quae de* FIDE *subortae fuerint* QUÆSTIONES, SUO DEBENT JUDICIO DEFINIRI. *Ad quam potest Gravatus quilibet super negotiis ad* ECCLESIASTICUM *Forum pertinentibus* APPELLARE: *et in* OMNIBUS *Causis ad examen* ECCLESIASTICUM *spectantibus, ad Ipsius potest* JUDICIUM RECURRI; *et* EIDEM OMNES ECCLESIÆ SUNT SUBJECTÆ, *ipsarum Praelati* OBEDIENTIAM, *et* REVERENTIAM *Sibi dant*. Ad HANC *autem sic Potestatis* PLENITUDO *consistit, quod Ecclesias caeteras* AD SOLICITUDINIS PARTEM *admittit* = (78).

31. Egregiae huic *Graecorum* confessioni consentanea quoque erat praecedentis Concilii LATERANENSIS *IV.* A. 1215. *Sententia*, quippe quod de *Romana Ecclesia* verba faciens affirma-

(77) *De Stat. Eccles.* Considerat. III. edit. DUPIN *Antuerpiae* 1706. A. B.

(78) LABB. Tom. XIV. col. 512.

vit, eamdem = *Disponente Domino* SUPER OMNES ALIAS ORDINARIÆ POTESTATIS OBTINERE PRINCIPATUM, *utpote Matrem universorum Christifidelium*, *et Magistram* = (79); et Concilium BASILEENSE, quod agnovit = *solum* PETRUM *in* PLENITUDINEM POTESTATIS *vocatum esse*, *alios in* PARTEM SOLICITUDINIS = (80). Idem praestitit Concilium FLORENTINUM A.1439., cujus haec sunt verba: = *Definimus*, *Sanctam Apostolicam Sedem*, *et Romanum Pontificem* IN UNIVERSUM ORBEM TENERE PRIMATUM, *et ipsum Pontificem Romanum Successorem esse B.PETRI Principis Apostolorum*, *et verum Christi Vicarium*, TOTIUSQUE ECCLESIÆ CAPUT, *et* OMNIUM CHRISTIANORUM PATREM, *et* DOCTOREM *existere*, *et ipsi in B.PETRO PASCENDI*, *REGENDI*, *GUBERNANDI* ECCLESIAM UNIVERSALEM A CHRISTO PLENAM POTESTATEM ESSE; *quemadmodum etiam in gestis Conciliorum Oecumenicorum*, *et in Sacris Canonibus continetur* = (81); idemque postremò Occumenica Synodus TRIDENTINA confirmavit, quae non *alia* certè de causa unicuique praecepit *Episcopo* (82), ut Juramenti religione obstrictus *Obedientiam* polliceatur = *ROMANO PONTIFICI B. PETRI Apostolorum Principis Successori*, *ac JESU CHRISTI Vicario* = (83).

32. Si

(79) Can.V. apud *LABB.* Tom.XIII. col.937. et 938.

(80) In *Respons. Synodal. III.* ad proposita per *Tarentinum* Episcopum apud eumdem LABB. T. XVII. col.455. A.

(81) LABB. T.XVIII. col. 526. E., et 527. A. ADD. Hujus Concilii Decretum super Primatu a *Novatorum* quorumdam, qui *Tridentino* Concilio abutuntur, *fallaciis* vindicat Liber = *L'Episcopato* = Par.II.Cap.V. n.226., et N. *a*. pagg.390. 391.

(82) Sess.24. de ref. Cap.1.

(83) Verba sunt *Professionis Fidei*, quam praestant *Episcopi* juxta formulam a *Pio IV* praescriptam in ejus Bulla, quae incip. = *Injunctum* =, dat. *Idib. Novembris* 1564. Frequentes admodum sunt hujusmodi Sententiae in Conciliis *Provincialibus*, quas brevitatis gratia omittimus recensere. Praeterire autem non possumus Concilii *Provincialis Salisburgensis A.*1451. *Decretum*, = *Ut in Missae collectas*, *et nomen PONTIFICIS*, *et Archiepiscopi inferretur* =, hac quoad *Pontificem* expressa ratione; = *Hoc enim SS. Patres universalis Eclesiae UNITATI PERUTILE arbitrati sunt* =. Atque hinc sic consequentiam trahit pro *singulis Episcopis*: = *Sicut ROMANUS PONTIFEX UNIVERSALIS ECCLESIÆ CURAM habet*, *ita in SOLICITUDINIS PARTEM SINGULI EPISCO-*

32. Si igitur ex *una* parte abhorret a vero, et VERBO DEI cum *Scripto*, tum *Tradito* repugnat, *Romanum Pontificem* NIL *posse in* ALIENA *Dioecesi*, *praeterquam* EXTRAORDINARIO CASU = (84), Eumque non posse, nisi= AD TEMPUS, QUOUSQUE *periculum existit*, *Gregem* VERBO, *et* EXEMPLO *pascere* = (85); jam funditus concidit ea *Nunciorum Ordinariorum*, et *Extraordinariorum* DISTINCTIO, quam suo ingenio confictam, nullaque auctoritate subnixam *Vestri Schismatici Scriptores* obtrudunt (86). Et rursus, si VERBO cum *Scripto*, tum *Tradito* constat ex *alia* parte, ROMANUM PONTIFICEM in vim sibi concreditae *Universorum* curae, ac solicitudinis, non solum posse, ac debere in *extraordinariis* eventis *Fratres fluctuantes confirmare*, et *obvenienti* malo occurrere, sed insuper *posse*, ac *debere* SEMPER omni cum Auctoritate ORDINARIA, atque PERPETUA MALUM IPSUM, quoad ejus fieri potest, ANTEVERTERE, ac PRÆCAVERE *pascendo*, ac *regendo* tam *Filios*, quàm MATRES, tam *Populos*, quàm PASTORES, itaut *incolumis* sit semper UNITAS FIDEI, *salva* MEMBRORUM ERGA CAPUT SUBMISSIO, quae ad ipsam *Unitatem servandam* plurimum valet, *intacta* MORUM PURITAS, *intemerata* DISCIPLINÆ, CANONUMQUE CUSTODIA, *prompta ad repellendos enascentes morbos* REMEDIA, *parata cuique pro rerum opportunitate* SUBSIDIA in *Dispensationibus*, in *Causis*, et in *aliis* rebus, quae a *Suprema* tantum *Ecclesiastica* pendent Potestate (87); si inqui-

COPI vocati noscuntur: quare etiam convenit, IN SINGULORUM Dioecesibus pro PONTIFICIBUS SINGULIS orationes effundi =. *Decr.* I. apud DALHAM cit. Collect. pag.221.

(84) Ut ex *Novatorum* sententia tradit Elector COLONIENSIS. Vid. §§.3.4.7.8. hujus *Capitis*.

(85) Et repetit Elector MOGUNTINUS. Vid. §.9.

(86) His, aliisque rationibus innixus contra eosdem *Germanicos* Scriptores probat DOCTOR INGOLSTADIENSIS, = *Frustraneum esse* DISCRIMEN *inter Nunciaturas Extraordinarias, seu ad tempus, et inter Ordinarias fixas, et permanentes* =. *Colloq.XVIII.* pag.111.112.

(87) Non ob solam *conservationem* Unitatis Fidei, sed ad *efficiendam* ipsam Fidei Unitatem, et ob *Charitatis* etiam, et *Conjunctionis Unitatem* Primatum esse a Deo institutum contrà *HEDDERICHIUM*, aliosque sustinet, ac probat DOCTOR INGOLSTADIEN. *Colloq V.* pag 81., et *Auctor* Opusculi = *In Fr.Philippi Hedderich Dis. Juris Ecclesiast. German. Specimen. animadversionum*. *Placentiae* 1789. = §.1. pagg.4.5.6.

inquimus, haec omnia Verbo constant tum Scripto, tum Tradito (88), jam nemo non intelligit, *Vos* aliorum captos *insidiis* adversus veritatem praeliari. Quemadmodum enim Ipsi *conceditis*, inesse PONTIFICI, ubi *extraordinaria* eventa id postulent, Facultatem mittendi Nuncios *Extraordinarios* ad mala purganda, et tollenda, quae *altera* pars est Apostolici muneris cum Primatu conjuncti, ita *concedatis oportet*, inesse *Eidem* Facultatem mittendi, et habendi Nuncios *Stabili* praeditos Jurisdictione *ad bonum servandum*, *ad pascendum*, et *ad gubernandum*, quae *altera* pars est Jurium, atque Officiorum Apostolici Principatus; pars, inquimus, quae nullis nec *Temporis*, nec *Loci* limitibus est circumscripta, quaeque si non magis, non minus certè, quàm *prima* interest CHRISTIANÆ REIPUBLICÆ; itaut quicumque Jus hoc PONTIFICI adimendum curet, is naturam, vimque *Primatus* a CHRISTO instituti radicitus convellat, atque eruat.

33. Atque hoc loco nec magis absurda, nec magis evidens esse potest Vestra, Vestrorumque *Scriptorum pugna*, et *contra*.

(88) Brevitatis causa omissae hic fuere plures *veterum Pontificum* Decretales Epistolae, quae hanc ipsam *Traditionem* confirmant; quarum aliae citantur *inferius* in *Responsione*, ubi agitur de origine, et causa *Vicariatus Illyrici*, *aliae* videri possunt in *Epist. Apologet.* CARD. ÆNEÆ Par. III. pagg. 724. 725., qui ut confundat *Magistros FEBRONII* ajentes de his Pontificum Decretalibus, =*Humana sunt testimonia, et suspecta; nam eorum voce Romanam Ecclesiam extollis, qui praesiderunt in ea: suam agebant causam, se laudant, cum Sedem Apostolicam magnificant* =, Pontificum dicta et *rationibus*, et *Evangeliorum testimoniis* comprobat. Sed hujusmodi tam veteres, quam novos *calumniatores* validè repressit BOSSUETIUS, seu quicumque *alius* sit Auctor *Defensionis etc.* his verbis = *Audio quid dicant: Romanis Pontificibus, Sedis suae dignitatem commendantibus, in* PROPRIA *videlicet* CAUSA *non esse credendum: sed absit; pari enim jure dixerint, ne* EPISCOPIS *quidem, aut* PRESBYTERIS *esse adhibendam fidem, cum* SACERDOTII SUI HONOREM *praedicant, quod contra est . . . Quod quidem hic semel dicere placuit, ut* TEMERARIAM, *ac* PESSIMAM *responsionem confutarem; profiteorque, me de Sedis Apostolicae Majestate*, ROMANORUM PONTIFICUM DOCTRINÆ, *et* TRADITIONI *crediturum: quamquam eorum Sedem non* IPSI *magis, quam* RELIQUI, *ac* TOTA ECCLESIA, *atque* ORIENTALES *haud minus, quam* OCCIDENTALES *praedicant* =. Par. III. Lib. X. Cap. 6. Vid. DOCT. INGOLSTADIEN. *Colloq. IV.* pag. 21.

tradictio. Etenim *ex verbis*, quae *supra* in medium attulimus [a §. 3. ad 9.], tam a *Vobis*, quàm ab *illis* pro *legitima* habetur mittendorum Nunciorum Facultas = *pro conservatione Unitatis Fidei*, *Puritatis Morum*, *Constitutionis Hierarchicae*, *Canonum*, *et Disciplinae* =. At hujusmodi rationum momenta, quae vestro judicio apta sunt vindicandis *Legationibus* Nunciorum, qui a S. Sede per Christiani Orbis plagas mittuntur, ibique habentur, proprio quodam jure *ad Nunciaturas* pertinent *Ordinarias*, et *Stabiles*; utpote quae *solae* possunt *assidua* NUNCIORUM *vigilantia*, et *stabili* Eorumdem *Auctoritate* custodire, ac tueri *Fidem*, *Mores*, *Hierarchiam*, *Canones*, et *Disciplinam*; nihilque prorsus *commune* habent cum *Extraordinariis* Nunciaturis, quarum scopus cum eò maxime spectet, uti Vos affirmatis, Vestrique *Scriptores* contendunt, ut invectum Archiepiscoporum, Episcoporumque negligentià *malum avertant*, non possunt illae quidem *bonum servare*, quod jam abiit, atque recessit. Quamobrem si *rationum* momenta potentiora sunt *verbis*, id omne, quod Vos in medium affertis adversus *Stabiles* Nunciaturas, mirum in modum confirmat, ac fovet indubia PONTIFICIS Jura *habendi Nuncios Stabili Jurisdictione pollentes*.

SE-

SECTIO III.

Probatur

JUS IDEM ORDINARIARUM NUNCIATURARUM

ex

CONSTANTI ECCLESIÆ DISCIPLINA

A PRIMIS SÆCULIS AD SÆCULUM USQUE NONUM.

34. JUs hoc in *Primatus* cardine solidè constitutum multò fulgidiorem lucem mutuatur a CONSTANTI ECCLESIÆ CONSUETUDINE, ac DISCIPLINA. Ad hanc enim oculos convertentes, non jam *Isidorianarum Decretalium* praesidio (89), sed firmissimis monumentis ostendemus, ROMANUM PONTIFICEM, quo recte defungeretur injunctum Sibi a Deo Apostolatus officium, habuisse semper a *Primis* Ecclesiae Saeculis ad haec usque tempora in *dissitis* Locis sub *variis* nominibus varios *Ecclesiasticos* Viros, aut ex Provinciae Episcopis selectos, aut ab Urbe missos, qui *Stabili* Jurisdictione muniti *Suas illic vices* obirent. Utque in hac parte, quae tantopere interest, nullus sit locus diffugio, eam Nobis lubet *Temporum* sequi *distinctionem*, qua *Vester Scriptor* in Libro = *de Legatis etc.* = est usus.

35. *Tres* porrò hic distinguit *Epochas* Temporum, quarum primam *a Saeculo quarto ad nonum* ducit, alteram *a Saeculo nono* protrahit *ad decimum quintum*, tertiam *a decimo quinto Saeculo ad Nos usque* deducit. Agens itaque de Legatis, et Nunciis Pontificum *usque ad Saeculum nonum* = *Restituta*, inquit, *pace Ecclesiae, Saeculo quarto Pontifices suos ablegarunt Legatos ad Concilia* = (90), et = *ad certum aliquod negocium ea lege, ut negocio absoluto ad Pontificem redirent* = (91). = *Diversum*

(89) Ut *Auctor* Opusculi = *Istoria Prammatica* = §.29. persuadere conatur *Germanis*, innixum nempe *quibusdam* dumtaxat *Isidorianis* affirmasse *Pontificem* in Litteris in forma *Brevis* diei 18. *Octobris* 1786. ad defunctum Episcopum *Frisingensem* datis, = *Notissimae sunt Canonicae Sanctiones, per quas potest Romanus Pontifex vi sui Primatus .... suos mittere Nuncios* =.

(90) Cap. 1. §. 1 pag. 3.

(91) §. 4. pag. 5.

ſam a prioribus (pergit *Auctor*) *Legatorum genus originem accepit Saeculo quinto. Hi namque non ad breve tempus, specialisve negocii causa mittebantur, sed longiores moras in Aula, et Comitatu Imperatorum trahere, ibidemque pro Causis Fidei, et Disciplinae excubare debebant . . . Haec ipsa res occasionem dedit sequentibus Saeculis mittendi ad Urbem Constantinopolitanam* RESPONSALES (*graece* APOCRISARIOS) SEDIS APOSTOLICÆ, QUI PERPETUO IN AULA PERMANERENT, *et tam Romanae, quàm* TOTIUS ECCLESIÆ NEGOCIA *ibidem prosequerentur* = (92).

36. Dum haec *Auctor* fatetur, ad defendendum aggreditur, = *nulla illos* (Responsales) *Jurisdictione fuiſse instructos* = (93). Quemadmodum verò *omnem* hanc *cujuscumque* Jurisdictionis privationem vidit *Auctor* a *Coaevis* monumentis, quae temporum evaserunt injuriam, labefactari, eam idcircò aliquantulum *temperavit* his verbis, = *nisi specialis quaedam Causa vel a Principe, vel a Pontifice committeretur, quod tamen raro fiebat. Atque hinc Episcopis sua Jura salva manebant* = (94). Id autem facili negotio probare se poſse sibi persuadet: tum quia S. LEO I., dum *Apocrisarium* destinavit JULIANUM Episcopum *Coensem*, his usus est verbis; = *Sequestrata earum actione Causarum, quae in quibuscumque Ecclesiis Praesulum suorum debent cognitione firmari* =: tum quia S. GREGORIUS haec declarare non dubitavit; = *Si sua unicuique Episcopo Jurisdictio non servatur, quid aliud agitur, nisi ut per Nos, per quos Ecclesiasticus custodiri debet ordo, confundatur? Tunc vere honoratus sum, cum singulis quibusve honor debitus non negatur* = (95).

37. Sed haec arguendi *subtilitas* minimè potest negotium facessere. *Apocrisarii* enim, = *qui* PERPETUO *in Aula permanebant, et* CAUSAS *Fidei, et Disciplinae, ac totius Ecclesiae negocia prosequebantur* = [§. 35.], Saeculo *quinto* sunt *antiquiores* (96),

C c et

(92) §§. 3., et 4. cit. pag. 5., et pag. 6.

(93) §. 5. pag. 6.

(94) Loc. cit.

(95) Cit. §. 5. pagg. 7. 8.

(96) HINCMARUS *Rhemensis primam* Apocrisariorum originem repetit a temporibus, quibus *Constantinopoli* Sedem Imperii statuit CONSTANTINUS. = *Apocrisarii ministerium*, inquit, *ex eo tempore sumpsit exordium*, QUANDO CONSTANTINUS MAGNUS SEDEM SUAM IN CIVITATE SUA, *quae antea*

et eorum Jurisdictio nec adeo *rara* (97) erat, nec talibus *limitibus* circumsepta (98); utpote quae unicè pendebat ab *arbitrio* Pontificum, qui quoties eamdem delegabant *Exteris* plerumque, sive *Episcopis*, sive *Romanae Ecclesiae Diaconis* (99), toties Jus exercebant Suum STABILES mittendi, et habendi LEGATOS, qui modò *majori*, modò *minori* Jurisdictione fulgentes (100), Causas apud *exteras* Ditiones definiebant. Quod si memorati Pontifices salva, et integra esse voluerunt Jura Episcoporum, et Privilegia Metropolitarum in Causis, quae ad Ipsos pertinerent; *salva*, et *integra* pariter esse voluerunt *Jura* APOSTOLICÆ SEDIS *super Episcopos*, et super *Metropolitanos* tam

antea BIZANTIUM *vocabatur*, ÆDIFICAVIT. *Et sic* RESPONSALES *tam* ROMANÆ SEDIS, *quam et aliarum praecipuarum Sedium, in Palatio* PRO ECCLESIASTICIS NEGOTIIS *excubabant*. = Tom.II. pag. 206.

(97) *Talis* non erat *Apocrisariorum* Jurisdictio ex THOMASSINI sententia (*Vet. et nov. Eccles. Discipl.* Par.I. Lib.II. Cap. 108. n.1.); id quod confirmat Cap. 118. n.14. ex petitione ab Imp. CONSTANTINO POGONATO facta LEONI II., ut *Apocrisarium* ad Se mitteret, qui = *in emergentibus sive Dogmaticis, sive Canonicis, ac prorsus in* OMNIBUS ECCLESIASTICIS NEGOCIIS VESTRÆ SANCTITATIS EXPRIMAT, AC GERAT PERSONAM =.

(98) Ex eodem THOMASSINO adeo *tenuis*, et *exigua* esse non poterat *Apocritariorum* Jurisdictio, cum *delegatos* referat ad *Disciplinam* in Provinciis redintegrandam, ad *Monasteria* pristinae Sanctimoniae restituenda, ad *Causas* abdicatorum Episcoporum *rursus* ad Examen vocandas, ad servandam tam *Decretorum Pontificiorum*, quàm *Canonum custodiam*, uno verbo ad *Personam Papae repraesentandam*. Cit. Lib.II. Cap.107. fere per tot.

(99) HINCMARUS loc. cit. ita prosequitur; = *Aliquando per Episcopos, aliquando vero per Diaconos Apostolica Sedes hoc officio fungebatur* =; et THOMASSINUS Cap. 108. n.14., qui mox *seriem* nectit *Apocrisariorum Constantinopolim* ablegatorum, quos inter recenset *Pelagium*, *Sylverium*, *S.Gregorium M.*, *Sabinianum*, *Bonifacium*, aliosque, quorum *plerique ad Summum Pontificatum* evecti postea fuere.

(100) Consuetudo erat Sedis Apostolicae *a Primis* Saeculis modo *majorem*, modò *minorem* tribuendi suis *Vicariis*, sive *Legatis* Jurisdictionem, uti testatur IVO Epist.59. inquiens: = *Quum secundum LEONEM Legationis officium pars sit Apostolicae solicitudinis, non plenitudo potestatis, quae etiam* PARS *modo* PLUS, *modò* MINUS *recipit* PRO ARBITRIO COMMITTENTIS =.

tam in *Causis*, quàm in *aliis* omnibus rebus, quae ad eamdem S. Sedem spectarent (101).

38. Clariùs profecto hoc ipsum Sanctorum Pontificum LEONIS, et GREGORII tum *auctoritas*, tum *exempla* monstrassent, nisi *Auctor* tam multa inutili labore effudisset super *Apocrisariorum* Jurisdictione, de qua ob monumentorum deperditorum *jacturam* certant Eruditi; et nisi *malitioso silentio* praeteriisset *supparem* VICARIORUM APOSTOLICORUM *Jurisdictionem*, de qua multa ad Nos *indubia* monumenta pervenerunt. = *Superest*, inquit ille, *ut de Vicariis Romanae Sedis* QUÆDAM *dicamus* =. Narrat itaque, = *Pontifices Romanos, qui non solum Primatis in Ecclesia, sed etiam Patriarchae Occidentis vices sustinent, è re sua esse putasse, ut in Regionibus valde dissitis Vicarios sibi constituerent, quibus ad tuendam Fidem, servandam Disciplinam, juvandamque Canonum executionem uterentur. Placuit autem ad id muneris assumere illustrissimarum Ecclesiarum Episcopos* = (102). Narrat insuper, = *Inter hos Vicarios antiquitate, et celebritate enituisse Episcopum* THESSALONICENSEM IN ILLYRICO, ARELATENSEM IN GALLIA . . . ., *quibus generali Concessione Jus* PERPETUÆ LEGATIONIS *fuit tributum, et ordinatum* = (103). Narrat denique, = *alios Vicariatus tum antiquos, tum recentiores fuisse institutos* = (104).

39. Hac autem pandita, et narrata APOSTOLICORUM VICARIORUM *serie*, tacet omninò *Auctor* Eorum *Jurisdictionem*; et LEONIS, GREGORII, aliorumque auctoritate usus illud *rursus* obtrudit, = *Quod Pontifices Vicariatum, et Legationem illustrioribus Ecclesiis* PERPETUAM *concedendo, summopere semper caverint, ne Jura, et Privilegia Metropolitarum* vio-

(101) Id de S. LEONE patet ex jam *allatis*, magisque patebit ex *afferendis* in *Responsione* locis super *Illyrici Vicariatu*. Ad S. GREGORIUM verò quod attinet, sat est Ejus percurrere *Litteras*, quae testatum faciunt, plenam in *omnes*, etiam *Orientis*, Ecclesias Sibi *re*, *factisque* non semel vindicasse *Jurisdictionem*. Agnovit id THOMASSINUS inquiens: = *Indubitatum certe est, NEMINEM Pontificum Apostolicae Potestatis PLENITUDINE, et UNIVERSALITATE tam LONGE, LATEQUE regnasse, quam GREGORIUM* =. Par.I. Lib.I. Cap.6. n.21.

(102) §.6. pag 9.

(103) Cit. §.6. pag.10.

(104) Loc. cit. vers. *Similia*.

violarentur, *sed ut haec illis integra*, *et intacta permanerent* = (105).

40. Nos itaque ad *emendandam* dolosam *Auctoris* reticentiam inquirendum suscipiemus, *quo ex tempore* VICARII APOSTOLICI esse coeperint, *quo nomine*, et *qua de causa* a Pontificibus designati sint, *qua Jurisdictione* insigniti fuerint, *in quas Personas*, et *pro quibus negotiis*. Initium autem sumemus a Vicariatu ILLYRICI, qui *antiquitate* caeteris antecellit.

41. Ad ORIGINEM quod attinet *Illyriciani* hujus *Vicariatus*, ea incomperta, atque *obscura* est apud Eruditos; cum pleraeque *antiquorum* Pontificum, et praesertim DAMASI *Epistolae* interierint. Sed dubitari non potest, quin a *Primis* Ecclesiae Saeculis ea sit repetenda; cum S.INNOCENTIUS, qui A. 412. *novum Vicarium* delegavit, id Se facere declaraverit = *Praedecessores nostros Apostolicos imitatos* = (106); idemque prorsus innuunt verba S. BONIFACII ita ad RUFUM *Thessalonicensem* Episcopum scribentis A. 422.: = *Retro* MAJORIBUS TUIS *super Provincias Apostolicae Sedis injunctum diligenter a Tua Charitate debet impleri* = (107); et verba alterius *Epistolae* = *Ad universos per Thessaliam Episcopos* = ab Eodem per *idem* fere tempus missae, in qua Pontifex eo prorsus modo *Vicarii* designationem considerat, perinde ac si esset JESU CHRISTI *Praeceptis* consentanea: = *Audio enim*, ait, *Episcoporum quosdam*, *Apostolico Jure contempto*, *novum quidquam* CONTRA CHRISTI PROPRIA PRÆCEPTA *tentare* .... *Legantur etenim* PRÆCEPTA MAJORUM, *et quibus in Ecclesias Juris aliquid dederint*, *invenimus* .... NIHIL NOVUM *Auctoritas Nostra concedit*, *sequens* PRIORUM *gratiam*, *qua huic cura Ecclesiarum saepe videtur injuncta*. *Quod factum ita servari volumus in futurum*, *sicut* A PATRIBUS *hujus Dispositionis forma servata est* ... *Nullus ea*, *quae sunt* A PATRIBUS *gesta*, *et* PER

(105) §.7. pag.11.

(106) Epist. ad *Rufum*, quae est V. apud LABBÆUM To.V. col.846. *B*. Similia habet in anteriori Epist.IV. ad *Anisium* col.845. *D*. ADD. Haec tradit THOMASSINUS de *origine* hujus Vicariatus: = *Jecere* DAMASUS, *et* SIRYCIUS *prima fundamenta Vicariatus Apostolici Thessalonicensis*: *culmen vero imposuit* INNOCENTIUS I. = *Vet. et nov. etc.* = loc. cit. Cap.18. n.7.

(107) Epist. VIII. LABB. To. V. col.848. *D*.

PER TANTUM TEMPORIS *custodita*, *temerare contendat* = (108).

42. Similiter S. SIXTUS eo nomine *Tertius*, ad Episcopum *PERIGENEM* scribens A. 431., *de Vicarii designatione* locutus est, tanquam de more *Ecclesiastica Disciplina* recepto; ait enim = *Cum* NIHIL NOVUM *illi a Nobis fuerit concessum*, *sed id*, *quod* EJUS DECESSORIBUS NOSTRI DECESSORES *detulerunt*, *habita consideratione Disciplinae Ecclesiasticae constitutum*= (109); eademque fere habet in alia *Epistola*, quam ad Episcopos *Thessalonicensis Synodi* scripsit, = *Nos Fratri*, inquiens, *et Coepiscopo nostro ANASTASIO tantum tribuimus*, *quantum* DECESSORIBUS IPSIUS A NOSTRIS DECESSORIBUS *attributum*. PRIORUM *Judicium sequimur haec constituendo*, *quae* AB HIS *novimus constituta* = (110); nec dissimili sermone usus est S. LEO I. in *Epistola*, quam *Metropolitanis Illyrici* scripsit A. 444., hac edita declaratione, = *Vicem itaque Nostram Fratri*, *et Coepiscopo nostro ANASTASIO*, *secuti eorum* EXEMPLUM, *quorum Nobis recordatio est veneranda*, *commisimus* = (111).

43. Hisce *Pontificum* testimoniis mirificè respondent testimonia ipsorum *EPISCOPORUM ILLYRICI*, qui in id maximè incubuerunt, ut *antiquam* hanc Consuetudinem tuerentur *adversus Patriarcham Constantinopolitanum*, *et aliquot Episcopos* ejus *Assèclas* (112) NOVA molientes *contra* S.SEDIS, ejusque VICARIORUM *Jurisdictionem*, quo *Soli* dominarentur, et imperitarent, *Episcopis* reliquis in *servitutem* redactis: quod quidem *Consilium* Vestri quoque iniisse videntur *Emsensis Conventiculi Delegati* [C.I. N. 19.]

(108) Epist. IX. *ibidem* col.850. A. B. C.

(109) Epist.XIV. col.855. A.

(110) Epist.XV. col.855. *B.*

(111) Epist.XXV. col.863. *D.*

(112) Hi erant PROBIANUS *defamator Demetriadae* Civitatis Episcopus, quem *Abundantius* nec debere *Episcopum* secundum *Canones nominari* ajebat, utpote qui eam Ecclesiam *invaserat*, et per *temeritatem* usurpaverat, ac potiùs *legitimè* non obtinuerat; necnon DEMETRIUS *Sciatensis* Civitatis Episcopus, aliique nonnulli, qui contra electionem *Stephani ad Larissaeam* Ecclesiam, quae est Metropolitana Provinciae *Thessaliae*, confugerant ad *Epiphanium* Patriarcham Constantinopolitanum, ut *Jus* in *Provincia Sibi facere* praepararent. Vid. primum *Stephani* libellum supplicem, aliumque trium Episcoporum *Elpidii*, *Stephani*, et *Timothei* BONIFACIO porrectos apud LABB. cit. T. V. col. 836., et 842.

N. 19.]. Celebris, ac pervulgata est *Epistola*, quam *STEPHANUS Thessaliae Metropolitanus* scripsit Pontifici Summo BONIFACIO = PATRI PATRUM, *et Archiepiscopo, atque Patriarchae*, Ejus auctoritatem, et auxilium exoraturus. = *Hoc*, sunt Ejus verba, *allegare non distuli*, *Sancti*, *ac beati Capitis Vestri Sedem Apostolicam implorans*, *et* CONSUETUDINEM, QUÆ USQUE HACTENUS IN NOSTRA TENUIT PROVINCIA, NON DEBERE CONVELLI: *et supplicabam*, *ne Auctoritas Sedis Apostolicae*, *quae ut a Domino Nostro JESU CHRISTO*, *et a Sacris Canonibus data est*, *ita et* PER ANTIQUAM CONSUETUDINEM SERVATA *in aliquo violaretur* = (113).

44. Celebris quoque, ac pervulgata est alia *Epistola*, quam eidem Pontifici scripserunt *Elpidius*, *Stephanus*, et *Timotheus* Episcopi vehementer dolentes, querentesque, quod *Contradictiones* eò denique devenissent, ut = *Nemo audeat de Sanctarum Ecclesiarum nostrarum Jure quidquam dicere*, *nec* MEMORIAM *facere* ANTIQUITATIS, *vel* EORUM, *quae* USQUE HACTENUS *tenuerunt*. *Quia studii eorum est*, *ut sub Ordinationem*, *et Jus Sanctae Regiae Civitatis Ecclesiae* NOS MISEROS EFFICIANT. *Pro quibus omnibus lugentes die*, *ac noctu omnium Salvatori JESU CHRISTO Deo Nostro lacrymas fundimus*, *et miseram nostram praetendimus canitiem supplicantes*, *ne Nos* IN MANIBUS EORUM *tradi patiamini*. *Pro his enim et Vestram appellamus Beatitudinem*, *et Apostolicam Sedem*; *et per eam ter Beatum PETRUM*, *atque Sanctae Ecclesiae Primum Pastorem CHRISTUM Dominum Nostrum audire*, *et adorare credimus*..... *prospicientes in futurum*, *ut* CONSUETUDO SANCTARUM ECCLESIARUM NOSTRAE PROVINCIAE NULLATENUS CONVELLATUR (114).

45. Hae autem Episcoporum *Illyrici*, Pontificum, et *aliorum* Epistolae, quas *infra* in medium afferemus, fuerunt tanquam *omnibus notae* a THEODOSIO Episcopo Civitatis *Echiniensis* exhibitae in Concilio *Romano* III. A. 531. (115), = *Nota sunt*, en Ejus

(113) Epist., quae incip. = *Quae autem* = col. 840. *D. E.*

(114) Epist., quae incip. = *Necessitates* = col. 842. E., et col. 843. A.

(115) Plurima hujus Concilii fragmenta jam publici Juris fecerat LEO ALLATIUS; sed Acta omnia ex *Barberina* Bibliotheca primus edidit LU-

Ejus verba, *Vobis omnibus* PRÆCEDENTIUM *Scripta* PONTIFICUM, *verumtamen* QUARUMDAM *Epistolarum exemplaria profero*, *quarum fidem fieri ex vestro nunc scrinio postulo* = (116); jussuque S. BONIFACII fuerunt in eodem Concilio recitatae (117); itaut nullus sit ambigendi locus de earumdem *Authenticitate*, quam critici, et infensissimi Scriptores STEPHANUS BALUTIUS (118), JUSTUS HENNINGIUS BOEHMERUS (119), FEBRONIUS (120), et *Auctor* Libri = *de Legatis* = (121) unanimi consensione confitentur. Si itaque ex *indubiis* monumentis certum est, VICARIORUM APOSTOLICORUM *Destinationem* cum Jure *Perpetuae* Legationis habitam fuisse jam inde *ab ineunte Saeculo V.* tamquam VETEREM ECCLESIÆ DISCIPLINAM, a *Patribus*, et a *Majoribus* institutam, et *per tantum temporis* custoditam; nemo unus negabit, hujus institutionis *Originem* esse a *primis* ferè Ecclesiae incunabulis repetendam.

46 *Origine* patefacta, videamus modo, QUALI JURE, QUAVE DE CAUSA usi PONTIFICES fuerint hujusmodi *Delegationibus*. Si verum esset, quod *Auctor* Libri = *de Legatis* = (122), et

LUCAS HOLSTENIUS Vaticanae Basilicae Canonicus, et Bibliothecae Praefectus, et in suam Collectionem intulit LABBÆUS cit. Tom.V. a col.835. ad 865. Vid. THOMASSIN. cit. Cap.18. n.7.

(116) Sic legitur post dictam *Epistolam* cit. col.843. C.

(117) = BONIFACIUS *Episcopus dixit. Prolatae Epistolae recitentur, et Scriptorum fides in Sedis Apostolicae requiratur scrinio. Cumque suscepta fuissent exemplaria Litterarum, MENAS Notarius recitavit* = ead. col.843.

(118) In *Notis* ad PETRUM DE MARCA = *de Concord. Sacerd. et Imper.* = Lib.IV. Cap.2. verb. *Sed Theodosii conatus*; et in *Continuatione* Lib. V. Cap.24. 25. et 26., ubi agens *de Juribus Vicariatus Thessalonicensis* his ipsis utitur *Epistolis*.

(119) In *Observat.* ad eumdem de MARCA Lib. V. Cap. 24. §. 9. Obs. XVIII.

(120) *Nov. Comment.* Posit. VII. pag.45., ubi plures citat Summorum Pontificum *Epistolas* ad Episcopos *Thessalonicenses*, ex quibus ita argumentatur: = *Ejusmodi Legatos, seu Nuntios, qui et Vicarii quandoque appellabantur, mittendi morem ANTIQUISSIMUM esse, et ADMODUM FREQUENTEM, nos docent Pontificum Epistolae, veluti LEONIS MAGNI Epist.12.ad Anastasium Thessalonicensem, INNOCENTII I. Epist. 13. ad Rufum Thessalonicensem etc.* =.

(121) Hic pariter pluribus *est usus* ex iis *Epistolis* Cap.I.§§.6.7. a pag.9. ad 12.

(122) Cit. Cap.I. §.6. pag.9.

et *alius quidam* (123) videtur innuere, id scilicet praestitisse Pontifices, tamquam *Patriarchas Occidentis*, in *Illyrici* Partibus, Romano Patriarchatui subjectis, nil Vobis illud *adjumento* esset, Ven.

(123) *Auctor* scilicet *Adnotationum ad Breves Litteras PII VI. ad Arch. Colonien. datas* 20. *Januarii* 1787. relatarum in *Diario Moguntino Mensis Junii* 1787. *Art.V. n.8. pag.* 505. *seqq.*, qui *Auctor* ad *exemplum* S.Leonis in iisdem *Litteris* allatum praeficientis ANASTASIUM in Vicarium Apostolicum *Illyrici* illud memorandum putat, = *quod Papae quod ad* ILLYRICUM *adhuc* PARTICULARIA JURA PATRIARCHALIA *exercerent*, *quae cum Juribus* PRIMATIALIBUS *non sunt confundenda. De Marca Concor.Sacer. et Imp.Lib.V. C.6.* = At PETRUS DE MARCA neque *hic*, neque in Dis. *de Primatibus* §§.39., et seqq., ubi fusè agit de Vicariis *Illyrici* verbum ullum facit de *distinctione* hujusmodi, qua praefatus *Auctor abutitur*. Eam quidem *distinctionem* innuit *Lib. V. Cap. XIX.* §.3. *de Conc. Sacerd. etc.*, sed ejus *Capitis*, ut et *sequentium* ejusdem *Libri* Auctor est *STEPHANUS BALUTIUS* infensissimus contra Sedem Apostolicam Scriptor. Illud verò hic *animadvertere* opus est, quod ANONYMUS = *de Legatis* =, aliique cum eo hanc *distinctionem* sectantes *ulterius* progrediantur, quam eorum *Dux*, et *Magister FEBRONIUS*, qui in opere = *de Statu Ecclesiae* = Cap.II. §. 10. Vicariatum *RUFI Thessalonicensis* Episcopi repetit *ab exercitio, et usu Jurium Primatui Romano adhaerentium*, in cujus vim = *Papae* (inquit) *Facultas competit habendi in Provinciis, et Regnis* VICARIOS, *et* LEGATOS =. Clarius id ipsum docuit DALHAM in *Dis. praev. ad Concil. Salisburgen.* §.XII. pag. 17. col.1. affirmans cum *S.Gregorio M.*, Vicariatus hujusmodi = *pro Hierarchiae commodo, et remotarum Ecclesiarum promptiori nexu* SEMPER PERUTILES *extitisse* = : explicansque hoc modo *titulum* constitutorum Vicariatuum; = *Si enim Romanus Pontifex Primatu donatus est a Christo non honoris modò, sed et JURISDICTIONIS, ut Catholicorum est Axioma, sique Primatus hujus causa ei solicita incumbit TOTIUS VINEÆ, idest ECCLESIÆ custodia, atque* UNITATIS PROCURATIO; RECTE *ille ac* LAUDABILITER *suas administrandi vices in remotissimis* POPULIS DEMANDABIT *illustrioribus quibusdam Praesulibus, ut . . . consensionem omnium* FELICIUS *moderetur* =. Quis autem non mirabitur *inconstantiam Auctoris*, audiens in *postrema* ejusdem *Collectionis* parte pag.667. cum sic dixisse = *Pontifices elati favoribus* CANONIS SARDICENSIS, *et* DECRETI IMPERATORIS *miserunt Vicarios Apostolicos per Occidentem, qui suo nomine Episcoporum, Ecclesiarumque* CAUSAS *definirent*? = At admiratio quaevis cessabit, quoties animadvertas, ipsum *Deliberationibus Emsensibus* adeo adhaerescere, ut affirmare minime dubitaverit, in iis = *notas sincerioris Disciplinae deprehendi* =.

Ven. Fratres. Cum enim *Germania* quoque sit *Patriarchatui Occidentis* obnoxia, teneremini et *Vos*, non secus atque *Episcopi Illyriciani*, recipere, ac obsequio prosequi PONTIFICIUM LEGATUM *Stabili* Jurisdictione pollentem (124).

47. Nimium tamen abest *a vero*, Pontifices tamquam Patriarchas Occidentis *tantummodo* Suos *per Illyricum* Vicarios ablegasse. Omnes enim Pontificum *Litterae*, quae *de Vicariorum destinatione* loquuntur, exhibent Nobis *constanti more* Pontifices, tamquam PRIMATES ŒCUMENICÆ ECCLESIÆ, et praeseferunt *pro causa* necessitatem gerendae *per alios* in tanta *Locorum distantia* curae, et solicitudinis UNIVERSI GREGIS, Sibi unis PRIMATUS Jure concrediti. Ita S. INNOCENTIUS ait: = *Divinitus ergo haec procurrens gratia*, *ita* LONGIS INTERVALLIS *disterminatis a me Ecclesiis discat consulendum . . . Arripe itaque, dilectissime Frater, Nostra vice per suprascriptas Ecclesias, salvo earum Primatu, curam, et inter Primates primus* = (125).

48. Ita S. BONIFACIUS = *Summi Rectoris*, inquit, *utaris officio. Nec potest Tibi esse non proximus*, *qui* PASTOR DOMINICARUM OVIUM *est* PERPETUUS *constitutus*; *aut aliquam ubivis positam Ecclesiam non curare*, *in quo* UNIVERSALIS ECCLESIÆ *positum legimus fundamentum* = (126); et in cit. *Epistola Ad universos per Thessaliam Episcopos* sermonem suum ita sublimiter exorditur: = *Institutio universalis Ecclesiae de Beati PETRI sumpsit honore principium, in quo Regimen ejus, et summa consistit . . . Nicaenae Synodi non aliud praecepta testantur . . . omnia denique huic noverat Domini sermone concessa. Hanc ergo* ECCLESIIS TOTO ORBE DIFFUSIS VELUT CA-

(124) *Exemplum* hoc ipsum *Vicariatus Illyrici* satis per se *errorem* arguit *Auctoris Anonymi* Opusc. = *Istoria Prammatica della neo-eretta Nunziatura di Monaco etc.* =, qui §. 42. haec inter caetera *portenta* excogitavit: = *Dopo l' introduzione delle Decretali, e perchè i Vescovi Romani a misura del loro particolare diritto Metropolitano, ch' esercitavano sopra i Vescovi Suburbicani, volevano poco a poco ancora stenderlo su tutta la Chiesa, hanno i medesimi stabilito de' principj affatto diversi, mandato nell' Impero Germanico de' Nunzj, ai quali compartirono, in pregiudizio manifesto dei diritti Vescovili, una Potestà molto ampia relativamente a tutti quelli, ed ancora maggiori atti di Giurisdizione da esercitarsi in più Vescovadi* =.

(125) Epist V. *ad Rufum* col. 846. *A.*

(126) Epist. VII. *ad Eumdem* col. 847. E.

PUT *suorum certum est esse Membrorum* = (127). Nec minori sublimitate orationis in alia *Epistola* utitur data = *RUFO*, *et caeteris Episcopis per Macedoniam, Achajam etc. constitutis* =, ubi sic ait: = *Manet, Beatum Apostolum PETRUM per Sententiam Dominicam* UNIVERSALIS ECCLESIÆ *ab hoc solicitudo suscepta: quippe quam Evangelio teste in Se noverit esse fundatam: nec unquam ejus honor vacuus potest esse curarum; cum certum sit, summam rerum ex Ejus deliberatione pendere*. QUÆ RES ANIMUM MEUM USQUE AD ORIENTIS LOCA (scilicet *Illyriciana*), QUÆ PER IPSAM SOLICITUDINEM QUODAMMODO VIDEMUS, EXTENDUNT = (128).

49. Ita S. CÆLESTINUS in *Epistola* loquitur, quam *Episcopis per Illyricum* scripsit; = *Nosque praecipuè* CIRCA OMNES *cura constringimur, quibus necessitatem* DE OMNIBUS *tractandi CHRISTUS in Sancto PETRO Apostolo, cum Illi Claves aperiendi, claudendique daret, indulsit; et inter Apostolos suos, non qui altero esset inferior, sed eum maximè, qui esset* PRIMUS, *legit etc.* = (129).

50. Ita S. SIXTUS eo nomine *Tertius* in ea, quam A. 437. misit, *Epistola Ad Episcopos omnes Illyrici* = *nullum Corpus est*, inquit, *quod* CAPITE *non regatur; Estis quidem* MEMBRA, *ut novimus, sancta, sed* VESTRUM CAPUT *respicere, et honorare Vos condecet; quoniam honor Capitis ad spem totius proficit Sanctitatis: et* SUUM CORPUS *solicitis tuetur oculis, quod sibi aptum, et dignis videatur ad unamquamque rem officiis convenire* = (130). Ita denique S. LEO *ad Metropolitanos Illyrici* inquiebat; = *Quia* PER OMNES ECCLESIAS *cura Nostra distenditur, exigente a Nobis Domino, qui Apostolicae Dignitatis Beatissimo Apostolorum PETRO* PRIMATUM FIDEI *sui remuneratione commisit, universalem Ecclesiam in fundamenti ipsius soliditate constituens, necessitatem solicitudinis, quam habemus, cum his, qui Nobis Collegii caritate juncti sunt, sociamus* = (131).

51. Quin et *Episcopi* quoque *Illyriciani* perspicuè agnoverunt, ac venerati sunt PRIMATUS *nomen*, et *Jura*, quibus *Ponti-*

(127) Epist. IX. col. 849. E.
(128) Epist. X. col. 850. D.
(129) Epist. XIII. col. 854. B. C.
(130) Epist. XVII. col. 857. D.
(131) Epist. XXV. col. 863. D.

tificiae Epiſtolae perſonabant, ſimulque *cauſam* agnoverunt IN CURA UNIVERSI GREGIS conſtitutam, quam *Pontificiae Litterae* exhibebant. Ipſi enim *Litteras* dederunt *Pontifici*, uti = PATRI PATRUM, *Archiepiſcopo, et Patriarchae* = (132); ac declârarunt, Se Facultates Apoſtolicas protueri; = *Quoniam nullus Eccleſiaſticus Ordo illam Veſtram, quae a Salvatore omnium, et primo Paſtore Vobis eſt conlata, poteſt* PRÆCELLERE *Poteſtatem: exiguum eſt, vel humile, in quo providentia Veſtra reſpicit. Quantum Vos apud Deum* OMNES *praecellitis, tantò Vos neceſſe eſt cogitare, quia haec eſt probatio Deum amantium, ut poſt Deum Pater, et Doctor S. Eccleſiae PETRUS Veſtrae*, *et* TOTIUS MUNDI *teſtatur. Quia Domino dicente tertio: AMAS ME? PASCE OVES MEAS; tradit prius Vobis mandata oſtendens, et* PER VOS DEINDE *omnibus per univerſum Mundum Sanctis Eccleſiis condonavit* = (133); et rurſus, = *Quia* AUCTORITAS SEDIS APOSTOLICÆ, *quae a Deo, et Salvatore noſtro Summo Apoſtolorum data eſt*, OMNIBUS *Sanctarum Eccleſiarum* PRIVILEGIIS ANTECELLIT: *in cujus confeſſione* OMNES MUNDI *requieſcunt* ECCLESIÆ = (134).

52. Hinc titulus *Patriarchae Occidentis*, qui in Pontifice *coaleſcit* cum titulo, et dignitate *Primatis*, nihil poteſt vi ac naturae PRIMATUS adimere; cum praeſertim titulus *Primatis* a Pontificibus delegantibus expreſſus, fuerit ab *Epiſcopis*, ad quos VICARII delegabantur, *agnitus*, ac *receptus*. = HOC ENIM (inquiebat *STEPHANUS AD S. BONIFACIUM*) *opus veſtrum eſt, Beatiſſime, die ac noctu Sanctorum Patrum, et Venerabilis, atque Apoſtolicae Veſtrae Sedis Leges, atque Conſtituta in* OMNIBUS *quidem Eccleſiis*, PRÆCIPUE *autem in Veſtra Illyriciana Provincia cuſtodire* = (135); addiditque *THEODOSIUS* Epiſcopus *Echinienſis*: = *Nam conſtat, Venerandos Sedis Ve-*

Dd 2 *ſtrae*

(132) Ita *Stephanus Eccleſiae Lariſſaeae* Epiſcopus in *duobus* ſupplicibus Libellis BONIFACIO exhibitis in I. Seſſione d. Concilii *Romani* III. Similiter Epiſcopi *Elpidius*, *Stephanus*, et *Timotheus* in *alio* libello Eidem porrecto in II. Seſs. loc. cit. col. 836. 840. 842.

(133) *Stephanus* Epiſcopus BONIFACIO col. 836. *E*.

(134) Idem *Stephanus* in alio ſupplici Libello ad BONIFACIUM col. 842. *B*.

(135) In *primo* ſupplici Libello col. 839. D.

strae Pontifices, *quamvis* IN TOTO MUNDO *Sedes Apostolica Ecclesiarum sibi jure vindicet Principatum*, *et solam Ecclesiasticis Causis* UNDIQUE *appellare necesse sit*, SPECIALITER *tamen Gubernationi suae Illyrici Ecclesias vindicasse* = (136): quemadmodum hoc loco perdoctè LUCAS HOLSTENIUS advertit (137). Quod si *alter* ex hisce titulis ipsa *Contradictorum* sententia sufficeret *Perpetuae* LEGATORUM *Destinationi* vindicandae, multò sane magis aptus erit *uterque* hujusmodi *Delegationibus* per GERMANIAM tuendis.

53. Reliquum est, ut videamus, *qualibus Facultatibus*, *in quas Personas*, et *pro quibus Rebus ILLYRICIANI VICARII* stabili ratione muniebantur. *Amplissimae* quidem erant huiusmodi Facultates, adeout PONTIFICES professi fuerint, Se *illis* ea CUNCTA committere, quae a Se geri potuissent. = *Ita quippe*, ajebat *S: BONIFACIUS*, *vice sua B. Apostolus PETRUS Ecclesiae Thessalonicensi* CUNCTA *commisit*, *ut intelligat*, *se solicitudinem manere multorum* = (138). Nos, ut ordine procedat oratio, Facultates distinguemus, quae *Voluntariae* Jurisdictionis sunt, ab iis, quae *Contentiosae* Jurisdictionis vocitantur, ne latum quidem unguem *ab Epistolis Pontificiis* recedentes, quae *certa*, et *indubia* sunt DELEGATÆ POTESTATIS *monumenta*. Ad Facultates VOLUNTARIÆ Jurisdictionis quod attinet, concessum eis fuit

54. PRIMO *Jus* illud, quod VISITATIONIS ECCLESIARUM appellamus.= *Te ergo* (verba sunt *Litterarum*), *Frater carissime*, *omnis cura respectat earum Ecclesiarum*, *quas Tibi vice Sedis Apostolicae a Nobis creditas* RECOGNOSCES, UT ET PRAVA-

(136) In Supplici Libello a tribus *Larissensis* provinciae *Episcopis* eidem *Bonifacio* exhibito col.843. *C.*

(137) Inquiens in *Notis* ad verba *Quamvis in toto Mundo etc.* = *Diligenter notanda haec verba sunt*, *et quae sequuntur ad sextum hinc versum*. *In his enim clarissimè distinguitur DUPLEX in Romano Pontifice potestas*. *Prior UNIVERSALIS in OMNEM Ecclesiam jure SUPREMI PRIMATUS*, *et officio PASTORIS OECUMENICI Ei competens*: *altera conveniens Eidem tanquam PECULIARI PATRIARCHÆ TOTIUS ECCLESIÆ OCCIDENTALIS*, *ad cujus Dioecesim ILLYRICI quoque Ecclesiae pertinerent* = col.869. C.

(138) In Epist. *ad Rufum* n.VIII. col.848. E.

VA CORRIGAS, ET DISSIPATA COMPONAS = (139).

55. SECUNDO fuit Eis concessum *Jus* INQUIRENDI, PROBANDIQUE IDONEITATEM illorum, qui ad *Episcopale* munus eveherentur. = *Ipsum* (verba itidem sunt *Litterarum*) *major cura respectet* EORUM, QUI AD EPISCOPATUM VOCANTUR, DISCUTIENDI SOLICITIUS, ET PROBANDI= (140), ita ut = *citra ejus conscientiam* = (141), = *et sine ejus consilio* NULLUS ORDINETUR; NULLUS USURPET EODEM INCONSCIO COMMISSAM ILLI PROVINCIAM = (142); et rursus, = *Hoc inscio*, *vel invito*, *quem* DE OMNIBUS *volumus* ORDINATIONIBUS *consuli*, NULLUS AUDEAT ORDINARE = (143); et similiter, = *Nullus*, TE INCONSULTO, *per illas Ecclesias ordinetur Antistes*. *Ita enim fiet*, *ut sint de* ELIGENDIS MATURA JUDICIA, *dum Tuae Dilectionis* EXAMINATIO FORMIDETUR. *Quisquis verò de Metropolitanis Episcopis contra Nostram Praeceptionem* PRÆTER TUAM NOTITIAM *fuerit Ordinatus*, NULLAM SIBI APUD NOS STATUS SUI ESSE NOVERIT FIRMITATEM, *eosque usurpationis suae rationem*, *qui hoc praesumserint*, *reddituros* = (144).

56. TERTIO fuit Vicariis *Jus* datum ORDINANDI METROPOLITANOS, facta prius diligentiori in Illos *inquisitione*. = *Singulis autem Metropolitanis* (verba sunt earumdem *Epistolarum*)

(139) BONIFACIUS *Rufo* n.VII. col.847. E. Hanc *unam* fuisse Vicarii *Thessalonicensis* curam agnoscit et ipse BALUTIUS, qui hanc *Bonifacii* Epistolam, uti et sequentes *fere* omnes citat, ut ex *HOLSTENIO* desumptas pro comprobandis *Vicariatus Thessalonicensis Facultatibus* in *continuatione* Lib. V. *P. de Marca de Conc. Sacerd. et Imper.* Cap.24. §.8. Similiter et THOMASSINUS cit. Lib. I. Cap. 18. n.7., ubi *Facultates* hujusmodi recenset.

(140) S. SIXTUS III. *Episcopis Synodo apud Thessalonicam congregandis* n.XV. col.855. C.

(141) S.BONIFACIUS *RUFO*, *et caeteris Episcopis etc.* n X.col.853.A.

(142) S. CÆLESTINUS *Episcopis per Illyricum* n.XIII. col 854.C.

(143) S.SIXTUS in Cit. Epist. n.XV. col.855.C.

(144) S. LEO *Fratri ANASTASIO* n.XXIV. col.862.C. *Jus ordinationis* in *Vicariis* Illyrici agnovit etiam DE MARCA in Dissert. *de Primatibus* §.42., inquiens = *Inter mandatorum capita est, ut de persona consecrandi Episcopi Metropolitanus cujusque Provinciae, de Metropolitani autem Electione provinciales Sacerdotes ad* THESSALONICENSEM *referant, ut ejus Auctoritate Ordinatio celebranda firmetur* =.

Digitized by Google

rum) *sicut Potestas ista committitur*, *ut in suis Provinciis Jus habeant ordinandi*, *ita eos* METROPOLITANOS A TE VOLUMUS ORDINARI, MATURO TAMEN, ET DECOCTO JUDICIO = (145): = *Ut verò* (ita habet *Epistola ad* ipsos *Metropolitanos Illyrici* data) *Vestrae Dilectioni Provinciae suae Ordinatio permittitur Sacerdotum*; *ita Fratrem*, *et Coepiscopum Nostrum ANASTASIUM de ordinando Antistite volumus*, *consulatis*: CUI METROPOLITANI EPISCOPI CONSECRATIONEM STATUIMUS RESERVARI = (146).

57. QUARTO fuit Eisdem tributum *Jus* CONVOCANDI CONCILII, si *legitimae* causae convocationis adessent, injuncto illis onere *mittendorum Actorum* AD APOSTOLICAM SEDEM pro eorumdem Actorum *confirmatione*. = *Sit Concilium* (ita *Litterae* praescribunt), *quoties* CAUSÆ *fuerint*, *quoties Ille pro* NECESSITATUM *emergentium ratione* DECREVERIT, *ut meritò* SEDES APOSTOLICA RELATIONE EJUS *instructa*, *quae fuerint* ACTA, CONFIRMET = (147): item = *Ad Synodum quisquis Fratrum fuerit evocatus*, OCCURRAT, *nec Sanctae Congregationi se deneget* = (148). Quin *evocari* ad Concilium *sine Ejus voluntate* Episcopi non poterant; = *Colligere*, NISI CUM EJUS VOLUNTATE, *Episcopos praesumant* = (149); et quoties evenisset, ut *Vicarii Apostolici sententia foret a sententia Episcoporum* simul unitorum diversa, tunc *omnia* essent sustinenda, et *Judicium* APOSTOLICÆ SEDIS expectandum: = *Si autem in eo*, *quod cum Fratribus tractandum*, *definiendumve credideris*, DIVERSA EORUM FUERIT A TUA VOLUNTATE SENTENTIA, AD NOS OMNIA SUB GESTORUM TESTIFICATIONE FERENTUR, UT REMOTIS AMBIGUITATIBUS, QUOD DEO PLACEAT, DECERNATUR. *Ad hunc enim finem omnem affectum Nostrum*, *curamque dirigimus*, *ut quod* AD UNITATEM CONCORDIÆ, *et quod* AD CUSTODIAM *pertineret* DISCIPLINÆ, *nulla dissensione violetur*, *nulla desidia negligatur* = (150).

58. QUIN-

(145) S. LEO ad *Anastasium* n.XXIV. col.892. C.

(146) Idem S. LEO n. XXV. col.864. B.

(147) S. SIXTUS *universis Episcopis Illyrici* n.XVII. col.857. B.

(148) S. LEO *Fratri Anastasio* n.XXIV. col.863. D.

(149) S. CÆLESTINUS *Episcopis per Illyricum* n.XIII. col.854. C.

(150) S.Leo in *Decretis* Cap.41., et *Epist*.48.

58. QUINTO *Jus* CONCEDENDÆ METROPOLITANIS EPISCOPIS VENIÆ è suis discedendi Ecclesiis, itaut = *Si quis praeter Ejus conscientiam, sine ejus Epistolis, atque Formata venire tentaverit, tamquam* DISCIPLINÆ ECCLESIASTICÆ DESPECTOR, ET CONTEMPTOR CANONUM, *quos Nos temerari aliqua ex parte non patimur, habeatur* = (151).

59. SEXTO fuit Eisdem *Jus* datum, *ut* CERTIORES fierent eorum, quae a quocumque sive Episcopo, sive *Sacerdote* gerebantur: = *Ad Eum, quidquid* A SINGULIS SACERDOTIBUS *agitur, referatur* = (152).

60. SEPTIMO attributum pariter Eisdem fuit *Jus* AD EXAMEN REVOCANDI, curaque, et studio diligenti REFERENDI ea, quae quis vellet AB APOSTOLICA SEDE *postulare*. = *Quidquid Eos ad Nos necesse fuerit mittere*, NON SINE TUO POSTULENT ARBITRATU. *Ita enim aut per Tuam experientiam quidquid illud est, finietur, aut* TUO CONSILIO *ad Nos usque perveniendum esse mandamus* = (153).

61. OCTAVO concessum Iis denique fuit *Jus* NOSCENDI STATUM ECCLESIARUM, deque illo AD S. SEDEM ea, qua par esset, diligentia REFERENDI, ne VICARIORUM *culpae* verteretur, si quid *in antiquas Sanctiones* accidisset. = *Ipsum verò* (ita *Litterae* pergunt) *secundum definita Canonum hoc Vestra Dilectio Nostris Epistolis admonitum esse cognoscat*, UT DE STATU ECCLESIARUM VESTRARUM CERTIORES SUBINDE SUA RELATIONE NOS FACIAT, *sciturus Sibi a Nobis imputandum, si quid de his, quae statuimus, a quoquam fuerit temeratum* = (154).

62. Ad Facultates verò quod spectat CONTENTIOSÆ Jurisdictionis, *Judicium* VICARIORUM APOSTOLICORUM subire *primo* debebant CAUSÆ MAJORES in *prima* Instantia: = *Ad Thessalonicensem* MAJORES CAUSÆ *referantur Antistitem* = (155). *Deinde* Causae QUÆCUMQUE inter Episcopos, et

(151) S. SIXTUS *Proclo Episcopo Constantinopolitano* n. XVI. col. 856. B.

(152). S. SIXTUS *universis Episcopis Illyrici* = XVII. col. 857. B.

(153) S. INNOCENTIUS I. *Rufo* n. V. col. 845. C., et S. CÆLESTINUS *Episcopis per Illyricum* n. XIII. col. 854. C.

(154) S. LEO *Metropolitanis Illyrici* n. XXV. col. 864. C.

(155) S. SIXTUS *Episcopis ad Thessalonicam congregandis* n. XV. col. 855. C., et S. LEO *Metropolitanis Achajae* n. XXVI. col. 864. C.

et Patres obortae: = *Si* QUÆ *inter Episcopos, vel inter Fratres nascantur* ACTIONES, *eveniant* CAUSÆ, *sub Divini Judicii timore* DISTINGUAT, *atque* DEFINIAT = (156): = QUIDQUID CAUSARUM, *ut assolet, inter Consacerdotes eveniret*, EJUS, *cui vicem Nostram commisimus*, EXAMINI RESERVENTUR, *ut illo sub Dei timore Praesule* OMNIS AMBIGUITAS FINIATUR = (157). *Tertio* Causae, et Actiones QUÆVIS, quibus *aliquis contra* EPISCOPUM ageret: = *Si* QUOD CAUSARUM, *aut inter Fratres natum fuerit*, *aut Fratri cuiquam* ALIQUA ACTIO, *qua pulsetur*, ILLATA, *aut* ILLIC FRATRE, ET COEPISCOPO NOSTRO ANASTASIO JUDICE EVENIENS NEGOCIUM TERMINETUR, *qui vices Apostolicae Sedis agere ex nostra voluntate cognoscitur*, *aut ad Nos, si illic finiri non potuerit*, EODEM TAMEN SUIS LITTERIS CAUSAM OMNEM, QUÆ VERTIT, PROSEQUENTE, *veniat Examen* = (158).

63. Licitum *praeterea* erat Vicariis Apostolicis de ALIIS CAUSIS ECCLESIASTICIS Judicium ferre sive PER SE, sive adhibitis IN SOCIOS, ET CONSILIARIOS illis *Episcopis*, quos *eligere* maluissent, permissumque erat Eisdem DESIGNARE JUDICES, illisque Causas definiendas DELEGARE. = *Licitum autem* (perampla sunt *Litterarum* verba), *et Apostolicae Sedis favore permissum Tuae Fraternitati cognosce, ut cum* ALIQUA ECCLESIASTICA RATIO *vel in memoratis Provinciis agitanda, cognoscendaque fuerit*, QUOS VELIS EPISCOPORUM SOCIOS QUIBUSCUMQUE DE ECCLESIIS ASSUMAS TECUM, *quorum et fide, et moderatione quidquid necessitas, Causave flagitaverit*, OPTIMUS *dirigas* ARBITER, *et* PRÆCIPUUS, *quippe a Nobis lectus*, DEFINIAS INTERCESSOR = (159): = *Ipse optimos, solertissimosque de vestro numero* ELIGAT, *quos negociis secum adsciscat Arbitros, aut* SINE SE TRI-

(156) S. BONIFACIUS *Rufo* n.VII. col.847. E., S. SIXTUS *universis Episcopis Illyrici* n. XVII. col.657. A. et B.

(157) S. LEO *Metropolitanis Illyrici* n.XXV. col.864. A.

(158) S.SIXTUS *Episcopis Illyrici* n.XVII. col.857. C.

(159) S. INNOCENTIUS *Rufo* n. V. col. 846. C., et S. BONIFACIUS *Episcopis Macedoniae, Achajae etc.* n.X. col.852. E.

TRIBUAT; QUI IN DISCEPTATIONE MISSA COMPONAT = (160).

64. Ad haec judicabat quoque DE CAUSIS, *quae* juxta tunc vigentem Disciplinam IN GRADU APPELLATIONIS AD SYNODOS *deferebantur*. = *Si qua verò Causa Major evenerit, quae a* TUA FRATERNITATE ILLIC (nempe in *Synodo*) PRÆSIDENTE NON POTUERIT DEFINIRI, *Relatio tua missa Nos consulat, ut revelante Domino, cujus misericordiae profitemur esse, quod possumus, quod ipse Nobis aspiraverit, rescribamus; ut cognitioni nostrae, pro traditione veteris Instituti, et debita Apostolicae Sedis reverentia, nostro examine vindicemus* = (161).

65. Si verò de Causis *gravioribus* ageretur, aut si *Partes* in Causis minus etiam gravibus AD APOSTOLICAM SEDEM *voce* provocassent a *Decretis* Episcoporum, aut Vicariorum Apostolicorum, tunc earumdem Judicium *ad solum Pontificem* unicè pertineret. = *Ut enim Auctoritatem Tuam vice nostra exercere Te volumus, ita* NOBIS, *quae illic componi non potuerunt, vel* QUI VOCEM APPELLATIONIS EMISERIT, RESERVAMUS = (162): = *Si quae verò Causae* GRAVIORES, *vel* APPELLATIONES *emerserint, eas sub ipsius Relatione ad Nos mitti debere decrevimus, ut* NOSTRA SECUNDUM ECCLESIASTICUM MOREM SENTENTIA FINIANTUR = (163).

66. Hae autem FACULTATES, cum *Voluntariae*, tum *Contentiosae* Jurisdictionis quemadmodum *omnes Causas*, et *negotia Ecclesiastica* comprehendebant, ita comprehendebant etiam FIDELES OMNES, OMNESQUE EPISCOPOS, et METROPOLITANOS, qui certiores effecti *per Epistolas* DE VICARIORUM AD SE LEGATORUM DESTINATIONE explicitè *monebantur*, ut Illos *susciperent*, susceptosque *reverentia*, et *honore* prosequerentur, ut in *Delegatis* Supremam DELEGANTIS Dignitatem suspicerent, utque eorum *voluntati*, et *Constitutis* parerent, ac se conformarent; si *sua Privilegia salva* esse vellent, sique cuperent, ut nihil *de ipsis debito honore* decederet. *Vos*;

E e Ven.

(160) S. SIXTUS *Episcopis Synodo apud Thessalonicam congregandis* n.XV. col.855. C.

(161) S. LEO *Fratri Anastasio* num.XXIII. col.862. E.

(162) Idem S. LEO loc.cit.

(163) Idem *Metropolitanis Illyrici* n.XXV. col.864. C.

Ven. Fratres, qui estis GERMANIÆ *Metropolitae*, pronis, quaeso, auribus accipite ea, quae ILLYRICI *Metropolitis* dicta sunt, perinde ac si *ad Vos* haec monita *ex eadem voce* prodirent.

67. En *Litterarum* verba: = *Servate honorem debitum* CAPITI . . . *Ordinationi nostrae pareat quisquis se* EPISCOPUM *recognoscit* = (164); = *Vestrum* CAPUT *respicere, et honorare Vos condecet, quoniam honor Capitis ad spem totius proficit Sanctitatis. Reservate Fratri, et Coepiscopo nostro* REVERENTIAM, QUAM DEBETIS = (165); = *Nullus* OBVIET *salubribus Constitutis, nullus Praeceptionibus his* RESULTET. *Habeant honorem suum Metropolitani, salvo hujus Privilegio*, QUEM HONORARE DEBEANT MAGIS HONORATI = (166); = *Nec credatis* VOBIS MINUI *quidquid* REVERENTIÆ *Illius*, *ad Quem et Majores nostri, et Nos Illyricianas Ecclesias juxta morem traditum voluimus pertinere, a vestra Dilectione*, ET SERVARI VOLUMUS, et DEFERRI = (167); = *Ad ipsos etiam Metropolitanos singularum Provinciarum nostra, quibus Eos* MONEREMUS, *Scripta direximus, ut noverint*, APOSTOLICIS OBEDIENDUM ESSE SENTENTIIS, *et tunc se* NOBIS *parere*, *cum* FRATERNITATI TUÆ EX NOSTRA DELEGATIONE CŒPERINT *secundùm ea, quae scripsimus*, OBEDIRE = (168).

68. Et sicut omnis vilescit *Auctoritas*, nisi *vim* habeat adjunctam continendi homines in officio, et compellendi, coercendique *Contumaces* formidine *poenae*; ita haec, provido sane consilio, addita sunt: = *Hac praeceptione cognoscent, et eum, qui refragandum Nostrae Auctoritati, vel Illius crediderit Jussioni*, A FRATERNITATIS CŒTU, *cum ipse se separet*, SEGREGANDUM = (169); = *Quapropter, Frater carissime, fretus jamdudum a Te Auctoritate suscepta* CONTRA INIMICAS TURMAS *idoneus Dei nostri miles armare. Nibil hic timebis dubii, nihil*

(164) S. BONIFACIUS *universis per Thessaliam Episcopis* n. IX. col.850. B. C.

(165) S. SIXTUS *Episcopis Illyrici* n.XVII. col.857. D.

(166) Idem S.SIXTUS *ad Episcopos Synodi Thessalonicensis* n. XV. col.855. C.

(167) Idem *ad Episcopos Illyrici* n.XVII. col.857. E.

(168) S. LEO *ad Anastasium* n.XXIII. col 863. A.

(169) S. CAELESTINUS *Episcopis Illyrici* num. XIII. col. 854. D.

nihil incerti formidabis eventus. *Habes* BEATUM APOSTOLUM PETRUM, *qui ante Te pro sua possit vi repugnare* . . . NON PATITUR ILLE SEDIS SUÆ PERIRE PRIVILEGIUM. *Te laborante*, PISCATOR. OMNIS TUMOR FLUCTUUM, OMNIS PROCELLA CESSABIT, *eo favente nisibus Tuis*, *cui soli Mare pervium fuit*. ADERIT *nimirum*; *et* VIOLATORES CANONUM, *atque* ECCLESIASTICI JURIS INIMICOS *Deo Auctore compescet*. IN CÆTEROS ETIAM CONTUMACES JUS CONCESSÆ POTESTATIS EXERCE = (170).

69. *Stabili* huic *Voluntariae*, et *Contentiosae Jurisdictioni* paruerunt EPISCOPI, ut ex *Litteris* constat in Concilio *Romano* III. A. 531. recitatis; imo = DEBITUM *se commodare* CONSENSUM PLURIMI SACERDOTUM *Sacrarum Traditionum memores* SUNT PROFESSI = (171); quos inter recensendus merito est STEPHANUS (172), de quo *supra* diximus [§.43.], Is enim *Causas* praesertim respiciens, CAUSAS, inquimus, super quibus *Vos* tantum *turbarum*, et *contentionis* excitastis, haec scripsit: = *Dixi*, *Apostolicam Sedem*, *idest Vestram Beatitudinem*, CAUSAS NOSTRÆ PROVINCIÆ, ET AUDIRE CONVENIT, ET FINIRE = (173); et THEODOSIUS *Episcopus*, de quo item facta mentio est [§.45.], quique Concilio intererat, = *Constat*, exclamavit, *in toto Mundo Sedes Apostolica Ecclesiarum sibi vindicet Principatum*, *et* SOLAM ECCLESIASTICIS CAUSIS UNDIQUE APPELLARE NECESSE SIT = (174).

70. Quod si *nonnulli* ex Episcopis Illyricianis = *aegrè ferentes*, *sibi* IN OMNIBUS CAUSIS ECCLESIASTICIS *superpositum esse* THESSALONICENSEM EPISCOPUM, *nacti* OCCASIONEM *turbandi*, QUERELAM *istam ad aures* THEODOSII

(170) S. BONIFACIUS *Rufo* n.VIII. col.848. E., et col. 849. A.

(171) S. BONIFACIUS in alia *epist. ad Rufum* n.VII. col.848. A.

(172) Cui adhaerebat ABUNDANTIUS *Demetriadae* Civitatis *Episcopus*, THEODOSIUS *Echinientis*, nec non ELPIDIUS, STEPHANUS, et TIMOTHEUS *Episcopi*; prout colligitur ex supplicibus Libellis, et litteris in eodem Concilio *Romano III.* perlectis.

(173) Supplex Libellus a *Stephano* datus BONIFACIO, qui incip. = *Quae antea* = col.840. D.

(174) Haec THEODOSIUS adjecit verba, postquam lecta in *Concilio* fuerat *Epistola trium Episcoporum* ad BONIFACIUM data, col.843. C.

DOSII AUGUSTI *detulerunt*, *simulque suggesserunt*; *ut Constantinopolitanae Urbis Antistiti*, *quae se Veteris Romae praerogativa gaudere gloriabatur*, *hunc honorem tribueret* = (175); et rursus si THEODOSIUS *falsis* est circumventus horum Episcoporum clamoribus; si denique idem THEODOSIUS = *horum* INVIDORUM *suasionibus permotus* LEGEM *edidit A.* 421. *votis Episcoporum consentaneam* = (176); *Vos*, Venerabiles Fratres, qui, miserandum in modum *in errorem* inducti, illorum estis *exempla* secuti, AD CÆSAREM deferentes *injustas Vestras Querelas* ADVERSUS STABILES NUNCIATURAS, ignorare non potestis, B. APOSTOLUM PETRUM = *Sedis Suae perire privilegium* = minime permisisse. Consultò enim ab ipso Nostrae hujus *Responsionis* initio [C. I. §§.33. 34. 35.] tum VOBIS, tum CÆSARI, tum reliquis IMPERII PRINCIPIBUS *ad imitandum* proposuimus ea, quae illa tempestate acciderunt.

71. Contra *horum* Episcoporum *conatus* (177) *alii* insurrexerunt *Episcopi* (178), seseque opposuerunt *Romani Pontifices*, et praesertim S. BONIFACIUS, qui, *Epistola* data *Rufo post* THEODOSII *Legem* (179), non *irrita* modo declaravit, quae per *illegitimam* Potestatem invehi contendebantur, sed *firmam*, *immotamque* jussit esse VICARIATUS APOSTOLICI *Auctoritatem*, = *Quam* MINOREM *facere* NOVA, QUÆ VIRES HABERE NON POSSUNT, TENTAMENTA NON DEBENT.

Non

(175) Verba sunt BALUTII in *continuatione Petri de Marca* = *de Conc. Sacerd. et Imp.* = Lib.V. Cap.24 n.10.

(176) Idem BALUTIUS loc. cit. num.11.

(177) *Indicare* videtur hos Episcopos BONIFACIUS in Epistola *ad Rufum* sic., = PAUSANIUM, CYRIACUM, *atque* CALLIOPUM *a nostra communione penitus summovendos* = LABB. loc. cit. n.VIII. col. 849. C., eosdemque putat intelligendos HOLSTENIUS in *Notis* ad verb. *Audio Episcoporum quosdam etc.* col.872. C.

(178) Inter *caeteros* sunt certe recensendi ADELPHIUS, et PERIGENES, quos *inter plurimos Sacerdotum debitum commodantes consensum* Jurisdictioni Vicarii recenset nominatim BONIFACIUS in *alia* Epist. *ad* eumdem *Rufum* n. VII. col.848. A.

(179) Scilicet = *data V. Idus Martias Honorio XIII.*, *et Theodosio X. Augustis Coss.* = n.VIII. col.849. D., ad quae verba HOLSTENIUS *in Notis* haec animadvertit = *Est hic Christi* 422. *Quare haec Epistola scripta est nono mense post rescriptum Theodosii*, *quod datum fuit Constantinopoli* 14. *Julii An.* 421. = col.872. C.

Non eſt enim EORUM CEDENDUM STUDIIS, QUOS NOVITAS RERUM, ET INDEBITÆ DESIDERIUM DIGNITATIS ACCENDIT; *ſed elaborandum eſt, et Deo noſtro favorem praeſtante certandum*, UT QUISQUIS CONTRA LICITUM NITITUR, SIBI PER OMNIA RECOGNOSCAT OCCURSUM = (180); et rurſus in alia *Epiſtola* data pariter *poſt* THEODOSII *Legem* (181) *Univerſis Epiſcopis per Theſſaliam conſtitutis*, = *Audio*, inquit, *Epiſcoporum* QUOSDAM, *Apoſtolico Jure contempto*, NOVUM QUIPPIAM CONTRA CHRISTI PROPRIE PRÆCEPTA TENTARE, *cum ſe ab Apoſtolicae Sedis Communione, et, at dicam veriùs*, POTESTATE *ſeparare nituntur*, EORUM PETENTES AUXILIUM, QUOS ECCLESIASTICARUM SANCTIO REGULARUM MAJORIS ESSE NON DEDIT POTESTATIS. *Legantur etenim Praecepta Majorum; et quibus in Eccleſias Juris aliquid dederint, invenimus. Jam temerator eſt Eccleſiaſticae Diſciplinae quiſquis in ejus Leges, cum ſibi nihil debeatur, inrepit ea ſibimet vindicando, quae ſibi a Patribus negata videantur . . . . Ergo ſervate honorem debitum Capiti* . . . . NON DECET FRATRES ALTERIUS DIGNITATE MORDERI = (182).

72. Quodque majori animadverſione dignum eſt, *adverſus Epiſcopos* erexit ſe *Laicus* etiam *Princeps*, ſcilicet HONORIUS OCCIDENTIS IMPERATOR, qui, *Litteris* AD THEODOSIUM IMPERATOREM datis, non poſſe ſe graviſſimis verbis declaravit negare *auxilium*, et *ſtudium* praeſertim in Cauſis, = *quibus S.Sedis Apoſtolicae* DESIDERIA *contineantur*; *nam cum Favore Divino noſtrum ſemper gubernetur Imperium, procul dubio illius Urbis Eccleſia* SPECIALI NOBIS CULTU VENERANDA EST, *ex qua et Romanum Principatum accepimus, et principium Sacerdotium*: = optimeque conſcius, ſumma niti juſtitia *petitionem Pontificis*, quippe quae = *Nil aliud continebat, niſi quod* CATHOLICÆ FIDEI, *et* ÆQUITATI *concordet*; *petit enim,ut* HÆC PRIVILEGIA, QUÆ DUDUM A PATRIBUS CONSTITUTA USQUE AD TEMPORA NOSTRA SERVATA SUNT, INCONCUSSA PERDURENT. *In qua parte perſpicit* Se-

(180) LABB. cit. num.VII. col. 848. E.
(181) *Eadem* prorſus die = *V. Idus Martias etc.* =
(182) LABB. n.IX. col.850. A.

Serenitas Tua, NIHIL VETUSTIS DECRETIS PENITUS DEROGANDUM, NEC TOT JAM SÆCULORUM REVERENTIAM NOVELLIS PRÆJUDICIIS SAUCIANDAM = (183); facile a THEODOSIO impetravit, ut LEGEM sibi *per insidias extortam* ABROGARET, novoque edito *Rescripto* ediceret; = *Omni Supplicantium Episcoporum per Illyricum* SUBREPTIONE REMOTA, OBSERVARI *quod prisca Apostolica Disciplina, et Canones veteres eloquuntur, ... et* ANTIQUUM ORDINEM CUSTODIRI = (184).

73. Novit sane robur, ac vim ABROGATIONIS *Theodosiani hujus Rescripti* JUSTUS HENNINGIUS BOEHMERUS in suis illis *animadversionibus*, quas concinnavit in Librum = *de Concordia Sacerdotii, et Imperii* = (185); cumque se minimè posse videret *in dubium* revocare *rem ipsam*, adjecit animum ad *conjecturas*, *et indicia* quaedam aucupanda, quibus consideratis, = *Haec revocatio*, inquit, *videtur facta vel* DICIS CAUSA *in solius Honorii favorem*, *vel saltem Honorio defuncto post paucos ab hac Lege lata annos*, *scilicet* 423.; *cum Lex allegata lata sit A.* 421., EFFECTUM NULLUM HABUISSE; *quia revocatoria, vel correctoria Lex illa* CODICI *nec* THEODOSIANO, *nec* JUSTINIANEO *inserta fuerit*, *sed* PRIOR IN UTROQUE RETENTA =. Sed multis opus non est verbis; ut argumentum oppugnemus solis *conjecturis* subnixum, si par est, ut, ubi *veritas* constat, nullus sit conjecturis, et argumentationibus locus. Jam verò ex ipsa *rei evidentia* liquet, abrogationem primi Rescripti non *dicis causa*, neque *solius* HONORII *gratia* fuisse factam, sed *solemni ritu*, et praevio diligentiori *rerum examine* prodiisse, quo compertum est, *primum* illud Rescriptum *malis* fuisse *artibus* extortum; cujus rei locupletissimo est testimoniò Rescriptum *alterum* = *AD VIROS ILLUSTRES PRÆFECTOS PRÆTORII ILLYRICI* = missum ab IMPERATORE, quo illud *exequerentur* (186).

74. *Facto* item constat, *secundum* Rescriptum fuisse *executioni*

(183) Referuntur hae *Litterae* a LABBÆO inter *Acta* ejusdem Concilii n XI. col. 853.

(184) *Ibidem* n.XII. E.

(185) Lib.V. Cap.24. §.9. *Observat.XVIII.*

(186) De quo Idem testatur THEODOSIUS in *Responsione ad* HONORIUM cit. n.XII. col.853. E.

tioni mandatum non vivo tantum HONORIO, sed eo quoque *vita functo*, ita ut omnes *Illyrici* Provinciae *obnoxiae*, sicut *ante*, remanserint *Episcopo Thessalonicensi* a S. BONIFACIO, a S. CŒLESTINO, a S. SIXTO, a S. LEONE (187), et ab aliis Summis Pontificibus Successoribus (188) *in sui Vicarium* designato; nec *ante* recepta fuerit *Constantinopolitani Episcopi* Auctoritas, quam *Saeculo VIII.*, et LEONIS ISAURI tempore, quo Provinciae illae defecerunt a *Fide* (189). Nemo est qui ignoret, Collectionem *Codicis Theodosiani*, ac *Justinianei* fuisse a Viris confectam SEDI APOSTOLICÆ aeque, ac RELIGIONI CHRISTIANÆ inimicis; unde *mirum* non est, quod in *utrumque* Codicem non secundum, sed *primum Rescriptum Theodosianum* intulerint (190): sed isthaec eorum *omissio* nihil potest *veritati* detrahere, quae *indubiis* monumentis suffulta, vel ipsis invitis, se prodit (191).

75. Igno-

(187) Vid. *Litteras* horum Pontificum apud LABB. loc. cit. a n. VII. ad XXV. col. 848. et seqq.

(188) De Vicariorum *destinatione* ad *annum usque* 531. testantur eademmet *Acta Concilii Romani III.* apud eumdem LABB. col. 835. et seqq.

(189) *Schisma* Orientalium fluxisse *ex controversia* inter Summos Pontifices, et Orientalem Ecclesiam ob *Dioeceses malo* more *usurpatas*, et Pontifici Romano *per vim* ablatas propugnat PETRUS DE MARCA cum BALUTIO Lib I. Cap. I. §. 4., necnon THOMASSINUS haec addens: = *Verum non minus ille* (Leo Isaurus) *sibi, Imperioque intulit* DAMNI, *quàm Ecclesiae. Ab ejus enim Imperio descivit quidquid in* OCCIDENTE *hactenus retinuerat. Certissimè enim* EXTENUANTUR, *et inanescunt* IMPERIA, *quibus* PER ECCLESIARUM CLAVES ROBUR, *et* INCREMENTUM *quaeritur*. = cit. Cap. 18. n. 9.

(190) De hoc *primo* rescripto ad rem animadvertit HOLSTENIUS: = *Quae tamen Constitutio, nescio quorum* FRAUDE, *et* MALITIA, *non solum in* THEODOSIANO *Codice remansit, sed in* JUSTINIANEUM *quoque recepta fuit a* JURIS CONDITORIBUS SEDI APOSTOLICÆ *aeque ac* RELIGIONI CHRISTIANÆ *infensis* =. LABB. loc. cit. in *Not*, ad verb. *Ad Viros illustres etc.* col. 874. C.

(191) Si ex hujusmodi *omissione* aliquid argumenti desumi posset contra *secundum* derogatorium Rescriptum, idem argumentum omninò confici posset contra *primum* etiam Rescriptum, utpote quod planè *omissum* fuit in celebri *graeca Collectione* LX. Librorum *Basilicon*, ubi Lib. V. Tit I. = *de Ecclesiis, Monasteriis, et Venerabil. domibus, rebus, et juribus earum* =, qui respondet titulo *Codicis Theodosiani*, ac *Justinianei* = *de Sacrosanctis Ecclesiis etc.* =, nec vola est, nec vestigium *primi* illius Rescripti, licet *Schismaticorum* sententiis apprimè consentanei.

75. Ignotum erat PETRO DE MARCA, Auctori minime suspecto, *alterum* hoc Rescriptum, ubi Librum exarabat = *de Concordia Sacerdotii, et Imperii* =, nec non Lucubrationem = *de Primatibus* =. At PETRUS DE MARCA cum minimè ignoraret *historica monumenta*, quae cuique persuadebant, *primum Theodosianum Rescriptum* NULLUM HABUISSE EFFECTUM, hinc *primi Rescripti* verbis recitatis ita in Libro = *De Concordia* = argumentari se posse putavit. = *Sed THEODOSII conatus* IRRITUS *fuit. Etenim* POST TEMPORA ISTIUS LEGIS (*quae lata est anno quadringentesimo vigesimo primo*) A SOLO ROMANO EPISCOPO *Macedoniae Episcopi pependerunt, ad eumque solum* RELATIONES SUAS *in rebus dubiis destinaverunt, ut patet ex Epistola LEONIS AD ANASTASIUM THESSALONICENSEM, cui vices quoque suas per Macedoniae Dioecesim commiserat. Inde est, quod Clerici Constantinopolitani, quum Privilegia Sedis Suae tantopere assertum et amplificatum irent in Concilio Calcedonensi*, ILLYRICI *mentionem nunquam injecerunt, solasque Dioeceses Thracicam, Asianam, et Ponticam obtinuerunt Canone XXVIII. illius Concilii. Quare* LEX THEODOSII EFFECTUM SORTITA NON EST *in eo capite, quod* ILLYRICUM ORIENTALE *Constantinopolitano Episcopo addicebat, quum* PATRIARCHATUI ROMANO SEMPER PARUERIT, *donec per vim a Sedis Apostolicae administratione distractum est* = (192). Sed ulterius progressus *perfrictae frontis* esse oportere declaravit eum, qui hanc veritatem negaret: = *Sed adeo apertum erat, Illyricum nunquam Sedem Constantinopolitanam coluisse, ut nemo* TAM PERFRICTÆ FRONTIS *fuisse censendus sit, qui libertatem Illyricianorum* INNOVATIONEM *appellaret; praesertim, quum ipso Canone secundo CP.* (*quem sub nomine vetustatis, et pristinorum Canonum vult significari Vir summus*) *nulla Dioeceseos Illyricianae mentio facta fuerit; sed tantum Egyptiacae, Antiochenae, Asianae, Ponticae, et Thracicae, ut alibi monui* = (193).

76. In Lucubratione verò = *de Primatibus* = agens de Ecclesia *Thessalonicensi*, et de *Constitutione* a *THEODOSIO* lata sese retulit ad ea, quae de ejusdem *Regis* sententia dixerat in Libro = *de Concordia* =, et putavit, = *id unum adjiciendum, quod ad*

(192) Lib.IV. Cap.2. §.1.

(193) Loc. cit. §.2.

Digitized by Google

ad rem iſtam pertinet, *nempe* THEODOSIO *viſum ſatis caveri Juribus Romanae Sedis*, *quod Relatio fieret Epiſcopo Conſtantinopolitano vice Romani Epiſcopi*, *cujus praerogativa cum illo communicata erat a Synodo Secunda Oecumenica*. *Sed Conſtitutionem ſuam probare non potuit Romano Pontifici*, CUJUS AUCTORITATE DESTITUTA NULLAS VIRES HABUIT, *adeo ut in illo Synodi Calcedonenſis ambitioſo Canone* 28., *quo amplificata eſt Conſtantinopolitanae Sedis Dignitas*, NULLUM JUS COLLATUM ILLI FUERIT IN PROVINCIAS ILLYRICI= (194).

77. Edita mox per HOLSTENIUM Virum clariſſimum *Synodo* habita *Romae* A. 531. ſub BONIFACIO II., inter cujus *Acta* extant *Epiſtola* HONORII *ad* THEODOSIUM, *alterumque Reſcriptum* ejuſdem THEODOSII, quo *primum* fuit *abrogatum*, et quod ibi *exhibitum*, ac *recitatum* eſt, quodque adhuc vigebat *poſt centum*, *et amplius annos*, ex quo prodierat; nemo dubitavit, quin *primum* Reſcriptum *effectu penitus caruerit*: quae res etiam *antea* minimè latebat Homines *Doctos*, et in *Hiſtoria* verſatos. Et jure quidem, ac merito animadvertit HOLSTENIUS, nullam habendam eſſe rationem eorum, quae Viri *minus docti* rerum ignoratione decepti dictitaverant; = *Ut fruſtra ſint*, *qui de illius Conſtitutionis cauſis hactenus* MIRA *excogitant* *BLONDELLUS DE PRIMATU*, *et* ALII IGNORANTES, *eam fuiſſe* ABROGATAM *ab ipſo*, *qui tulit*, *poſtquam agnovit*, SE FUISSE DECEPTUM *in ea ſancienda* = (195).

78. Ex quo factum eſt, ut BALUTIUS, cui PETRUS DE MARCA ſuarum Lucubrationum curam, antequam moreretur, commendaverat (196), in Libro = *de Concordia* = ſcriptum reliquerit: = *Praeterea caſſata*, *ut ſupra diximus*, *Conſtitutione THEODOSII*, *quae Relationem Cauſarum dubiarum ad Conſtantinopolitanum Epiſcopum fieri praecipiebat*, NULLUM SUBREPTIONES ILLYRICIANORUM EPISCOPORUM HABUERUNT EFFECTUM = (197); juſtaque commendatione proſequendum duxerit *Auctorem*, qui tametſi nihil ſciret de abrogatione Reſcripti, illud tamen *omni effectu vacuum* fuiſſe affirmavit,

Ff ſui-

(194) Dis. *de Primatibus* §.40.

(195) Cit. *Not.* col.874. D.

(196) Vide *Praefationem* BALUTII *ad Lectorem* in Libros = *de Concordia Sacer.*, *et Imper.* = in principio.

(197) Lib V. Cap.24. n.15., quae Libri *pars*, videlicet a *Cap.* 19. ad *Cap.* 58. ad BALUTIUM pertinet.

Digitized by Google

suique *officii*, et *muneris* esse putaverit, = *hanc illius Observationem confirmare Auctoritate ejusdem THEODOSII* =, allatis in medium tam *Honoriana Epistola*, quàm *altero Theodosiano Rescripto*, = *Ut quae rectè, et vere ab eo dicta sunt, ea* UT PRO VERIS HABEANTUR, *enitar, quoad possum* = (198). Hinc si etiam DE MARCA, quem penitus fugit *primi Rescripti abrogatio*, hominem PERFRICTÆ FRONTIS esse illum existimandum putavit, qui Illyricianas Provincias Thessalonicensi Vicariatui *perpetuò* paruisse *negaret*; perpendite, Ven. Fratres, *quale judicium* fieri debeat de BOEHMERO, sive de *alio quopiam*, qui *levissimis* suffultus *indiciis* ea *hodie* contra *facti* evidentiam negaret, quae, *Rescripti abrogatione* jam patefacta, omnes confitentur.

79. Firma itaque, et immota mansit THESSALONICENSIS VICARIATUS *Jurisdictio*, non *THEODOSII* dumtaxat tempore, sed *aliorum* etiam IMPERATORUM. Illud quin imò *animadversione* dignum videtur esse, quod JUSTINIANUS, qui vixit centum circiter post THEODOSIUM annos, desiderio flagrans, ut quae Apostolica Jurisdictio a *solo* Thessalonicensi Episcopo exercebatur, ea divideretur in *plures*, non aliò Se converterit, quàm ad APOSTOLICAM SEDEM; ad eam, inquimus, *Sedem*, cujus *arbitrio* satis noverat cum *Institutionem*, tum *Divisionem* VICARIATUS pendere. Suis autem pluries iteratis *precibus* impetravit Ille tandem, ut a VIGILIO Pontifice per A. 540. = *Provinciae Daciae Mediterraneae, et Daciae Ripensis, et Praevalis, et Dardaniae, et Nisiae superioris, atque Pannoniae* = a VICARIATU THESSALONICENSI segregarentur, et ARCHIEPISCOPO attribuerentur JUSTINIANÆ PRIMÆ *Patriae suae*, itaut Archiepiscopus Ille *locum* obtineret = SEDIS APOSTOLICÆ ROMÆ *secundum ea, quae definita sunt a SANCTISSIMO PAPA VIGILIO* =, prout Idem *Imperator* testatur (199).

80. = *Per eadem forte JUSTINIANI tempora*, ut ait BALUTIUS, *Thessalonicensi Episcopo adempta est Auctoritas in Achajam, et Hellada, quae* CORINTHIO EPISCOPO, *ceu* ROMANI PONTIFICIS VICARIO *deinceps paruerunt* = (200); hinc

(198) *Not.* ad Lib.IV. Cap.2.

(199) Novel. 131. A.541. Cap.3.

(200) Cit. Lib.V. Cap.29. n.11.

hinc factum est, ut ubi *antea unus* tantùm fuerat VICARIATUS in *tres* Vicarios distinctus, TRES *postea* essent VICARIATUS, totidemque VICARII nominarentur.

81. Peracta prima haec *Divisio* fuit, etiamsi EPISCOPI ILLYRICIANI *dissentirent*, et praesertim THESSALONICENSIS EPISCOPUS: at eorum *contradictiones* ADVERSUS S. SEDEM *irritae* fuerunt. SANCTUS enim GREGORIUS, qui VIGILIO successit, *ad Episcopos* scripsit, = *Eos* ADMONENS, *ut JOANNI Episcopo Primae Justinianae*, QUI VICES APOSTOLICÆ SEDIS OBTINERET, PARERE NULLO MODO DIFFERRENT = (201); quibus monitis *Episcopi obtemperarunt*: = *Novam illam* (testatur idem BALUTIUS) *Archiepiscopi Primae Justinianae Dignitatem acceptam non fuisse* ILLYRICIANIS EPISCOPIS, *praecipuè vero* THESSALONICENSI, *in cujus diminutionem ista constituta fuerunt*, *facile mihi persuadeo*. *Ipsi enim testatum hoc mihi fecisse videntur etc.* = (202); subdit modo = *Nihil tamen* CONTRADICTIONE SUA *effecit* EPISCOPUS THESSALONICENSIS, *mansitque novo Archiepiscopo Auctoritas*, *quam illi Lege sua*, *et* COMMENDATIONE APUD ROMANOS PONTIFICES PROCURAVERAT IMPERATOR JUSTINIANUS. *Discimus id ex Epistolis S. GREGORII* = (203).

82. Atque hic sinite, Ven. Fratres, ut animorum vestrorum attentionem paullisper excitemus. Quemadmodum VIGILIUS Pontifex rogatu JUSTINIANI IMPERATORIS *divisit* Sexto Ecclesiae Saeculo STABILEM ILLYRICI seu VICARIATUM, seu LEGATIONEM; ita Nos rogatu ELECTORIS PALATINI PRINCIPIS TERRITORIALIS Jurisdictionem *divisimus* STABILIUM GERMANIÆ NUNCIATURARUM. Restiterunt, ac repugnarunt *Episcopi Illyriciani* ADVERSUS DIVISIONEM VICARIATUS; quemadmodum et *Vos* ADVERSUS DIVISIONEM NUNCIATURARUM GERMANICARUM restitistis, ac repugnastis: at *moniti* illi a S. GREGORIO *paruerunt*. PAREBITIS VOS MONITIONIBUS NOSTRIS? Ipsa est *rei Divisio*, par atque eadem *Auctoritas*. Haec dicta sint, ut ea magis magisque confir-

(201) Lib. IV. *Indict.* 13. Epist. 9.
(202) Cit. Cap. 29. n. 8.
(203) Loc. cit. § 9.

confirmentur, quae *supra* in medium attulimus ***ad Nunciaturam Monachiensem*** vindicandam [Cap. II.].

83. *Vicariatui Illyriciano* simillimus fuit VICARIATUS ARELATENSIS, si ejus spectatur *Antiquitas*. Nam hic quoque a *Primis* Ecclesiae Saeculis suam ducit Originem, ut *Auctor* ipse = *de Legatis* = indigitat his verbis; = *PATROCLO Arelatensi Episcopo Vicariatum Sedis Apostolicae contulit ZOSIMUS Papa, HILARIUS LEONTIO, GELASIUS I. HEONIO, SYMMACHUS CÆSARIO, et ut de caeteris taceam, GREGORIUS M. VIGILIO Arelatensi*= (204), quos testatur ipse Jus *Perpetuae Legationis* obtinuisse (205). Item hi *duo Vicariatus* fuere simillimi inter Se, sive *nomen, titulusque* inspiciatur; ambigi enim nequit, quin et VICARIATUS ARELATENSIS a *Pontifice Summo*, tanquam a PRIMATE, prodierit; sive *causa* attendatur Institutionis ejusdem; quae non alia certè fuit, nisi *necessitas* Suo defungendi munere *per alios*, cum per se idem praestare *magna Locorum distantia* Pontifices prohiberentur; sive sermo habeatur de *Facultatibus voluntariae*, et *contentiosae* Jurisdictionis; sive denique res sit de *obsequio*, deque *observantia*, qua *Episcopi* HUNC etiam VICARIUM prosequi debebant.

84. Nos ne nimii simus in re minimè necessaria, eam tantùm afferemus in medium *Epistolarum* partem S. GREGORII, in qua S. Pontifex EX PRIMATU desumit *Facultatem* constituendorum VICARIORUM CUM PERPETUA JURISDICTIONE *juxta ordinem Ecclesiasticae Hierarchiae*, ibidem distinctè, disertèque explicatum. = *Ad hoc*, (inquit ille *Universis Episcopis Galliarum, qui sub Regno CHILDEBERTI sunt*) *Dispensationis Divinae provisio* GRADUS DIVERSOS, *et* ORDINES *constituit esse* DISTINCTOS, *ut dum* REVERENTIAM MINORES POTIORIBUS EXHIBERENT, *et potiores minoribus dilectionem impenderent, una* CONCORDIÆ *fieret ex diversitate contextio, et rectè officiorum gereretur administratio singulorum. Neque enim Universitas alia poterat ratione subsistere*, NISI HUJUSMODI MAGNUS EAM DIFFERENTIÆ ORDO SER-

(204) Cap. I. §. 6. pagg. 9. 10, et BALUTIUS Cap. 30. per tot. Vid. THOMASSIN. loc. cit. Cap. 30. n. 5. et seqq.
(205) Cit. §. 6. pag. 10.

SERVARET, ... *Quia igitur unumquodque tunc salubriter completur officium, cum fuerit unus, ad quem possit recurri*, PRÆPOSITUS; *idcirco opportunum esse perspeximus in Ecclesiis, quae sub Regno praecellentissimi Filii CHILDEBERTI Regis sunt, secundum antiquam Consuetudinem Fratri nostro* VIGILIO ARELATENSIS CIVITATIS EPISCOPO VICES NOSTRAS *tribuere* = (206).

85. Provinciae autem, = *quae Arelatensi Episcopo subjectae erant, quo tempore VIGILIUS ista statuebat, hae fuerunt*; VIENNENSIS, ALPES MARITIMÆ, UTRAQUE NARBONENSIS, HISPANIA TARRACONENSIS . . . *Ad has Provincias accesserunt magna pars* QUARTÆ LUGDUNENSIS, *et in hac* PARISII, *aliqua pars* SECUNDÆ BELGICÆ, SYLVANECTUM *nimirum*, *et* BELLOVACUM, *integra* LUGDUNENSIS SECUNDA, BRITANNIA, *et aliqua pars* AQUITANIÆ = (207). At hic quoque *Arelatensis* Vicariatus *divisus* ab HORMISDA Pontifice fuit, qui Jure utens augendi, diminuendique *terminos* LEGATIONUM (208), cum ab illo *Provinciam Tarraconensem* decerpsisset, eam detulit ad JOANNEM forte *Tarraconensem Episcopum*, quem VICARII APOSTOLICI munere decoravit (209): *novum exemplum*, quod fovet, comprobatque a Nobis factam GERMANICARUM NUNCIATURARUM *Divisionem*.

86. Fatetur *Auctor* Libri = *de Legatis* =, *similes* quoque fuisse *antiquos* VICARIATUS HISPALENSEM, TARRACONENSEM, atque CANTAURIENSEM (210), unde a probationibus hujusce rei afferendis abstinebimus; solumque animadver-

(206) Lib.V. Epist.2. juxta editiones *antiquas*, et Epist.54. juxta *novissimam* A.1770.

(207) BALUTIUS Cap. 37. §.2.

(208) Vid. BALUT. Cap.25. §.5. et 6., Cap.46. §.11.

(209) A.521. BALUT. Cap.42. §. 3.

(210) §.6. vers. *Similia*. pag.10., id ipsum explicatè tradit THOMASSINUS, qui generatim de hujusmodi Vicariorum *Juribus* ita loquitur =*Tota extraordinaria Potestas Vicariorum primae Sedis ad accuratissimam conspirabat CANONUM SANCTIMONIAM tuendam, sive infligenda reis POENA, sive MONENDO, EXCITANDOQUE Summo Pontifice, qui custos, ultorque Canonum est, omniumque Ecclesiasticarum Legum* = Cit. Cap.30. num.2., et 3.

vertemus, *Hispalensem Vicariatum* fuisse A.521. ab HORMISDA Pontifice ad Provincias PER BOETICAM, LUSITANIAMQUE *ampliatum* (211). Fatetur insuper, *alios* etiam fuisse similes, et antiquos Vicariatus *Ecclesiasticis monumentis* consignatos (212). Et sane, ut de caeteris taceamus, *similis*, et *aequae Antiquitatis* est VICARIATUS SICULUS, cui S. Sedes modò *Episcopum Indigenam*, modò *Ecclesiasticum Virum* praefecit *ab Urbe missum*, eadem *ex causa*, et iisdem donatum *Facultatibus* ad Populorum commodum, atque utilitatem. Nisi enim in Provincia quidam adfuisset, aut selectus ex Episcopis Regni, aut Roma missus, qui *stabili* ratione S. SEDIS *vices* obiret, etiam in *parvulis* Causis ROMAM confugere SICULI debuissent (213).

87. Lubet Nobis hanc *antiquae Disciplinae* demonstrationem absolvere *binis* S. GREGORII *Litteris*, quibus pateat, *liberum* esse S. Sedis sive *Exterum* mittere, sive *Indigenam* in Vicarium, et Legatum praeficere. Alterae *ad Episcopos Siciliae* datae Eisdem significant, PETRUM ECCLESIÆ ROMANÆ SUBDIACONUM *pro Vicario Apostolico illius Provinciae* fuisse designatum; explicant quoque hujusce Legationis *causam* his verbis: = *Valde necessarium esse perspeximus, ut sicut Praedecessorum Nostrorum fuit judicium, ita* UNI, EIDEMQUE PERSONÆ OMNIA COMMITTAMUS, ET UBI NOS PRÆSENTES ESSE NON POSSUMUS, NOSTRA PER EUM, CUI PRÆCIPIMUS, REPRÆSENTETUR AUCTORITAS. *Quamobrem* PETRO SUBDIACONO SEDIS NOSTRÆ *intra Provinciam Siciliae vices nostras, Deo auxiliante, commisimus* = (214). Alterae verò, missae *ad* MAXIMIANUM *Syracusanum Episcopum* a Pontifice electum ad vices obeundas Apostolicae Sedis = *super cunctas Siciliae Ecclesias* =, haec habent *de Populorum commodo*, atque *utilitate*: = *Quatenus Eis non sit necessarium post haec* PRO PARVULIS AD NOS CAUSIS TANTA MARIS SPATIA TRANSMEANDO PERVENIRE; *sed si qua fortasse* DIFFICILIA

(211) BALUT. Cap.42. §.5., et THOMASSIN. loc. cit. n.2.

(212) Cit. §.6. vers. *Similia* pag.10.

(213) *Locorum distantiam*, et *Populorum commodum* causam fuisse instituti *Thessalonicensis*, *aliorumque* Vicariatuum propugnat THOMASSINUS cit. Lib.I. Cap.18. num.8.

(214) Lib.I. Epist.1. in cit *edit.* A.1770., quae Epistola etiam refertur a *Gratiano* Distinct.94. Can.1.

LIA *existunt*, *quae Fraternitatis Tuae Judicio nequaquam dirimi possint*, HÆC SOLUMMODO NOSTRUM JUDICIUM FLAGITENT, *ut sublevati de minimis*, *in Causis majoribus efficacius occupemur* = (215).

88. Permissum adhuc Nobis non est, ut *a prima* temporis *Epocha*, quae ad *Saeculum nonum usque* protrahitur, recedamus: superest enim, ut *de Legasione* S. BONIFACII loquamur, quem P. DE MARCA, et BALUTIUS *Vicariatum* appellant; nomen enim utrumque idem sonat (216). De ista agens LEGATIONE *Auctor* Libri = *De Legatis* = cum narraverit, Sanctum Virum = *36. Annis sub Pontificibus GREGORIO II.*, *et III.*, *ZACCHARIA*, *et aliquo etiam tempore sub STEPHANO II. Legatum Sedis Apostolicae per Germaniam*, *et Boioariam egisse*, *nobis hic* (inquit) *pro scopo nostro observasse sufficiat*, *BONIFACIUM quaecumque tempore suae Legationis egit*, *cum consensu Regum*, *et Episcoporum egisse*, *nec ullius Auctoritati praejudicium adtulisse* =: quo in loco utitur testimonio P. DE MARCA, et HENNINGII BOEHMERI (217); e quorum *Libris* fere omnia decerpsit, quae profert, et in suum = *de Legatis* = Librum derivavit. Hos itaque *Auctores* secutus rem et ipse relinquit *in ancipiti*, ad quam classem sit *Legatio Bonifaciana* referenda, ad *Extraordinarias* ne, an ad *Ordinarias*, et *Stabiles*.

89. Nos, qui veritatem sequi gloriamur, non negabimus, hujusmodi Legationem *initio* EXTRAORDINARIAM fuisse, *ob Evangelizandi causam*: sed postquam BONIFACIUS renunciatus fuit *Archiepiscopus Coloniensis*, et deinde *Archiepiscopus*, et *Primas Moguntinus*, postquam suas *Coloniae* primùm, et deinde *Moguntiae* Sedes, ac domicilium collocavit (218), ambigi sanè nequit, quin hujusmodi LEGATIO, quae initio *Extraordinaria* fuerat, a tribus subinde Pontificibus renovata, evaserit ORDINARIA, licet *Martyris* morte finierit post gravissimas curas ab Illo susceptas, post innumeros exantlatos pro Fide labores, ut docte

(215) Lib.II. Epist. *al.* 4., in cit. Edit.7.

(216) De variis usibus, et varia significatione Titulorum *Archiepiscopi*, *Primatis*, et *Legati*, seu *Vicarii* Papae in *prima*, et *secunda* Ecclesiae Aetate agit THOMASSINUS Cap.19. n.11, Cap.30. n.3., Cap.32. n.1., et Cap.33. n.8.

(217) §.9. pagg.14. 15. 16.

(218) S.BONIFACII Epist 138., et 140.

ctè perpendit THOMASSINUS (219). BONIFACIUS reapse uti semper consuevit LEGATI GERMANICI nomine: quinimò si *Ecclesias visitavit*, si *novos Episcopatus instituit*, si *Synodos Nationales*, et *Provinciales coegit*, si *Leges saluberrimas condidit*, ab ISAACO Episcopo *Lingonensi* summopere in *Statutis Synodalibus* commendatas (220), si *malos usus avulsit*, si *Disciplinam moderatus est* (221); haec aliaque omnia peregit VICE APOSTOLICA functus, et tanquam LEGATUS SEDIS APOSTOLICÆ; ad quam quidem Sedem *ter praesens accessit*, et *saepius suos Nuncios legavit*, ut de rebus a Se gestis *Eamdem*, uti oportebat, redderet *certiorem* (222).

90. Haud diffitemur equidem, GREGORIUM II., utpote minimè ignarum ad quas barbaras, ut tum erant tempora, Nationes BONIFACIUM ablegaret, satius duxisse *Principis Patrocinium* implorare, Eumque *per suas Litteras commendare* = *CAROLO Francorum Duci, nec non Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Ducibus, Castaldis, Comitibus, omnibusque* DEUM TIMENTIBUS = inquiens, = UT IN OMNIBUS NECESSITATIBUS ADJUVETIS, ET CONTRA QUOSLIBET ADVERSARIOS, QUIBUS IN DOMINO PRÆVALETIS, INSTANTISSIME DEFENDATIS = (223). Haud diffitemur quoque, Francorum Ducem suscepisse *Apostolici Legati Patrocinium*, et Episcopos, ac Clerum *Ipsius Auctoritati* Sese ultro subjecisse, ut par erat; quamvis ex BONIFACIO ipso intelligamus, multas Se *injurias*, et *vexationes* fuisse perpessum, suo ut muneri satisfaceret (224). Haec, quae adhibita *tunc* fuerunt Officia, adhiberi *etiam nunc* solent per consuetas *Litteras*, publicae fidei testes, atque indices, quae AD PRINCIPES dantur, quoties *novi* ad Eosdem Nuncii ablegantur: ECCLESIA enim semper postulavit, et postulat SUMMORUM PRINCIPUM *Patrocinium*, semperque optavit, et optat, ut *Membra* SUO CAPITI cohaereant, et colligentur, unde RE-

(219) Cap.31. n.5.

(220) Quinimo iisdem *Synodalibus Statutis* = *quaedam saluberrimarum Capitula Sanctionum* = adtexuit a S.BONIFACIO in *duobus* Episcoporum Conciliis conscripta. LABB. Tom.X. col.31. A. B.

(221) Epist. 131., 132., 142., 143., 144., et alibi passim.

(222) Epist.118.

(223) Epist.123.

(224) Epist.134.

RELIGIONIS res *feliciter* procedant, et secundo progrediantur sine ulla offensione cursu (225).

91. Sed ne Vobis quidem datum erit inficiari, CATHOLICOS PRINCIPES *gloriae*, et *honori* Sibi duxisse *semper*, si CHRISTIANÆ REIPUBLICÆ *bono* suam operam commodarent, et ECCLESIÆ *precibus* obsecundarent; nec non EPISCOPOS *tanto strictius* teneri providas ECCLESIÆ *Constitutiones* fovere, et colere *obsequio*, quanto caeteris *honore*, et *dignitate* antecellunt; itaut nonnisi per manifestam injuriam a P. *DE MARCA*, et ab *HENNINGIO BOEHMERO ECCLESIÆ Officia*, PRINCIPUM *patrocinia*, *et* EPISCOPORUM *Obsequia* confundantur, et commisceantur simul cum LIBERA tum REGUM, tum EPISCOPORUM CONSENSIONE, perinde ac si *sine hujusmodi consensu* nec PONTIFICES *mittere Nuncios*, nec NUNCII a *Pontifice missi ullam possent Jurisdictionem exercere*: quo absurdius nihil esse potest, et magis ab *antiqua* ECCLESIÆ *Disciplina* alienum. Vos enim Ipsi paullo ante vidistis, Ven. Fratres, *intercipiendae Jurisdictioni* ILLYRICIANI VICARIATUS satis non fuisse nec *Imperiale Rescriptum*, nec plurium *Episcoporum conspirationem*; cum Utrique vi muneris Sui ita = *ad debitum praestandum consensum*, *et obsequium* = adigantur, ut = *in Contumaces Jus concessae Potestatis* = sit exercendum [§. 68.].

92. Sed quoniam *Auctor Vester*, Ven. Fratres, tantis effert laudibus agendi rationem S. BONIFACII, = *cujus insignia in Germaniam*, *et Bojoariam merita* = (226) Eum dignum effecerunt, qui GERMANIÆ APOSTOLUS nuncuparetur, praestat, ut ea in mentem *Monita* revocetis, quae *Sanctus hic Apostolus Vobis* reliquit, dum viveret, dumque ex hac vita decederet. Voluit itaque Ille, dum adhuc *sospes* esset, ut *Episcopi in Synodum cogerentur*; qui simul congregati cum essent, profiteri palam minime dubitarunt, *Episcopos*, si PONTIFICI comparentur, *non Pastores* esse, sed OVES, quae non secus, atque *Agni* ab ŒCUMENICO PASTORE *pabulum*, ac *nutrimenta* suscipiant, oportet. = *Professi sumus* (inquit Ille cum Suo, tum suorum *Confratrum* nomine) *Fidem Catholicam*, *et Unitatem*,

(225) THOMASSINUS Cap.32. n. 5.

(226) Verba sunt *Auctoris Anonymi* cit. §. 9. vers. *Varia* pag. 15.

tatem, *et* SUBJECTIONEM ROMANÆ ECCLESIÆ *fine tenus vitae nostrae velle servare* SANCTO PETRO, *et* VICARIO EJUS VELLE SUBJICI . . . , *et per omnia Praecepta Petri canonicè sequi desiderare*, *ut inter* OVES *sibi commendatas numeremur*. *Et isti Confessioni universi* CONSENSIMUS, *et* SUBSCRIPSIMUS, *et ad Corpus S. PETRI Principis Apostolorum direximus* = (227).

93. *Morti* autem *proximus* cum esset, subjectis *Judicio* SEDIS APOSTOLICÆ iis, quae per sex et triginta annos *in Legatione Romana* peregerat, auream illam Sententiam scriptis consignatam reliquit, ut etiam manaret *ad Posteros*, esse APOSTOLICAM SEDEM = *Omnium Fidelium IN CHRISTO Spiritualem Matrem*, *et debere* NEMINEM *rennere illius feriri Disciplina, vel emendari Censura juxta illa Proverbia SALOMONIS*: *NE DIMITTAS LEGEM MATRIS TUÆ etc. . . . MALEDICTIO MATRIS ERADICAT FUNDAMENTA*; *illa utique*, *quae arrogant divisa a Sede illius*, *cui dictum est*: *TU ES PETRUS etc.*, *et super arenam concupiscentiae carnalis*, *seu humanae praesumptionis probantur posita* : CURSUS RIVI MINIME PROSPERATUR, SI A SUO FONTE DIVIDATUR = (228). Imo *felicitatem* ECCLESIARUM, quae *filiae* essent ROMANÆ ECCLESIÆ, in *felicitate*, ac *prosperitate* MATRIS tanquam in FUNDAMENTO collocavit; = *Secundùm* ANTISTITIS, inquiens, *vel* RECTORIS *sui qualitatem*, *et valetudinem*, *afficit* TOTIUS CHRISTIANITATIS *membra*, *ut illius incolumitati sua respondeant incolumitate*, *et congaudeant*; *et nihilominus ejus languoribus suo languore consentiant*, ET SICUT EJUS GLORIA CONGLORIFICANTUR, SIC EJUS DEJECTIONE DEJICIUNTUR =. Ad extremum praecepit, =*Ut reliquae Ecclesiae* AB HAC UNICE *peterent magis*, *quam a paternis Traditionibus* SACRORUM CANONUM DISCIPLINAM; *atque* EPISCOPI OMNES AD EJUS ARBITRIUM *suam conversationem remitterent*, *et intenderent* = (229).

94. Ad hanc quoque *Epocham* pertinerent illae Concessiones *Vicariarum*, et *Apostolicarum Facultatum* quibusdam PRIMATIBUS attributarum: sed quoniam hae magis *crebrae* fuerunt

(227) Epist. 105.
(228) Epist. 91.
(229) NIC. SERRARIUS = *Rer. Moguntin.* = pag. 563.

runt per ea tempora, quae ad *secundam Epocham* spectant, ad quam modò transgredimur, ita *inferius* erit illarum habenda ratio. Interim verò si ex *monumentis* constat ita certis, et indubiis, ut ne *Auctor* quidem Libri = *de Legatis* = de eorum *veritate* audeat ambigere, APOSTOLICAM SEDEM *a Primis Ecclesiae Saeculis ad nonum usque* habuisse semper in *dissitis* Regionibus *aliquos* sive ex *Episcoporum* numero electos, sive *ab Urbe missos*, qui *suas vices* obirent, quique *Stabili Jurisdictione* tam *Voluntaria*, quam *Contentiosa* uterentur etiam in *Contumaces*, et *Invitos*, nemo non videt, quàm distet *a vero*, quod *Coronidis* loco ponit idem *Auctor*, quodque *ex jactis jam fundamentis* inferre posse se putat, = *a Saeculo* nempe *quarto usque ad octavum inclusivè*, NONNISI MAGNA ECCLESIÆ NECESSITATE AUT UTILITATE EXIGENTE, *Sedis Apostolicae Legatos constitutos fuisse* = (230). Nulla profecto dignus est *excusatione* qui veritatem studet occulere, quam *monumenta ab ipso etiam allata* patefaciunt.

(230) §. 10. in princip. pag. 17.

Digitized by Google

SECTIO IV.

Confirmatur idem Jus

EX EADEM

ECCLESIÆ DISCIPLINA

A SÆCULO NONO
AD SÆCULUM USQUE DECIMUM QUINTUM:

95. AGit *Auctor* de *altera* hac Epocha iis et *verbis*, et *sententiis*, quae ipso verè sunt dignae. Illud enim in antecessum ponit, quod = *antiqua Ecclesiae Disciplina primis octo Ecclesiae Saeculis quoad praecipua saltem capita eadem, et invariata permansit* = (231). Secutus dein *recentiorum Obtrectatorum* exemplum haec profatur declamantis in morem: = *Ast ingens rerum mutatio a Saeculo nono subsecuta est, quae insequentibus quinque Saeculis majora semper incrementa cepit*. OCCASIONEM *huic mutationi dedit Collectio illa Canonum, quae sub nomine ISIDORI MERCATORIS nota est, et sub finem Saeculi octavi procusa fuit* = (232). = *Dici vix potest* (pergit *Auctor*), *quanta exinde* STRAGES DISCIPLINÆ ECCLESIASTICÆ *facta fuerit. Aucta fuit in immensum Potestas Pontificia, depressa verò Episcoporum, Metropolitanorum, et Synodorum Provincialium Auctoritas. Stabilita Principia antea nunquam audita: Pontificem habere Plenitudinem Potestatis, esse Ordinarium Ordinariorum, et Jus habere Praeventionis in Collatione Beneficiorum, Jus Reservationum, et Appellationum in quibuscumque Causis Clericorum etiam infimorum, et Ecclesiasticis Laicorum*= (233).

96. = *Aucta hoc modo* (ita ille argumentatur) *Pontificis Potestate*, CREVIT *etiam* LEGATORUM *tum numerus, tum* AUCTORITAS... *Hac Ætate mirum in modum frequentes in omnes Provincias ablegati fuerunt, tamque ampla ipsis fuit concessa Potestas, ut omnes Causae Ecclesiasticae ab eorum nutu penderent... Ad hos etiam pertinebant convocatio Conciliorum ex Provinciis suae Legationis ..., Episcopos, et Metropolitanos non suspenderent*

(231) Cap.II. §.11. pag.19.
(232) Loc. cit. pag.20.
(233) §.12. pagg.21. 22.

rent solùm , sed prorsus deponerent , atque in Conciliis unicum eorum suffragium collectis totius Synodi suffragiis aequipolleret . Praeterea Electiones Episcoporum suo arbitrio subjiciebant . . . , Statuta edebant , et licet Vicarii solùm essent Summi Pontificis , pro Ordinariis tamen reputabantur = (234) . = *Accessit malum , de quo in priori periodo nihil auditum* = , nempe *coacta Procurationum solutio* ab Ætate GREGORII VII. (235); quo in loco *Auctor* maxime debacchatur in NUNCIOS , commemoratis illorum *exemplis* , qui Provinciarum spolia diripuisse perhibentur *(236)* .

97. Illud quoque addit *Auctor* , quod , Romanis Pontificibus praesens aliquod medicamen tanto morbo afferre negligentibus (237) , ipsi *Metropolitani* , *Episcopi* , et *Principes* necessitate quadam prohibiti sunt , quominus *Nuncios* reciperent , allatis in medium hujusce quoque rei nonnullis *exemplis* (238) . Illudque tandem animadvertit , quod , = *Qui post NICOLAI tempora medio aevo in Provincias missi fuerunt , amplissimam quidem exercebant Potestatem , nullibi tamen fixam et stabilem habebant Sedem , sed Provincias visitando obambulabant , et post aliquod tempus , plerumque opibus onusti , ad Romanam Curiam remeabant* = (239) ; ut ista ratione unicuique suadeat, nullum *secunda* hac temporis *Epocha* STABILEM seu LEGATUM , seu VICARIUM fuisse , sed fuisse omnes *Extraordinarios* .

98. Haec argumentandi ratio Vobis etiam non parum arrisit , Ven. Fratres . Ipsi enim quoque NUNCIORUM *Auctoritatem* ex DECRETALIBUS ISIDORIANIS repetendam putatis (240) , et adversus *medii aevi abusus* orationis tela conjicitis (241) . Hinc necessarium duximus oculis subjicere totum hoc *ratiocinandi genus* , ut eam *partem* , quae ad praesentem *quaestionem* attinet , funditus evellamus ; non enim debemus inutili-

(234) §.13. pagg.23. 24.
(235) §.14. pag.25.
(236) §.15. pag.26. et seqq.
(237) §.16. pagg.28. 29.
(238) §.17. pag.30. et seqq.
(239) Cap.III. §.30. pag.62.
(240) Elector MOGUNTIÆ in Epist. *Encycl.* §. *Eo tempore* : et alia ad *Pontificem* missa §. *Illustre* : Cui consonant *recentiores Germanici* Scriptores fere omnes , Metropolitanorum fautores, et *Deputati Emsenses* in Proemio cit. Opusc. = *Resultato etc.* = pag.16.
(241) Idem Elector MOGUNTINUS in cit. *Encycl.* §. *Praetertim* :

tiliter tempus terere in rebus *alienis*, ut ii solent, qui *malam* agere se *Causam* intelligunt.

99. Tempus profectò esset, ut PONTIFICIÆ AUCTORITATIS *hostes* desinerent *aliquando* Illam *calumniis* proscindere, perinde ac si una *Isidorianarum Decretalium* Collectione niteretur. Etenim est *toties* jam illis demonstratum invictis rationum momentis, Collectionem hujusmodi, non *Romae*, sed in Ecclesiis GALLO-GERMANIS *Saeculo IX.* natam (242), S. NICOLAO Pontifici *prima vice* exhibitam fuisse ab HINCMARO *Episcopo Laudunensi* earum controversiarum tempore, quae *Ipsum* inter, et HINCMARUM *Archiepiscopum Rhemensem* exardebant (243). Porrò si in ea continentur *falsae* Decretales antiquissimorum Pontificum à CLEMENTE I. usque ad DAMASUM; hae *falsitates*, quicumque denique illarum *Auctor* fuerit, tam feliciter confingi, et credi nequivissent, nisi *Epistolae* ita fuissent concinnatae, ut et *priscis* monumentis cohaererent, et Disciplinam *tunc vigentem* referrent; secus nullam omninò neque apud *Doctos*, neque apud *Indoctos* fecissent *fidem*, nec illas in suas *Collectiones* recepisset BURCHARDUS *Episcopus Wormatiensis* (244), et IVO *Carnutensis* (245); egregii sane Viri, et inter alios aevi sui summa doctrinae laude celeberrimi (246). Caeterum ISIDORI consilium non ad *amplificandam* SEDIS APOSTOLICÆ *Auctoritatem* spectasse, sed ad *sublevandos* EPISCOPOS aut *spoliatos*, aut *accusatos* (247), ad

(242) Vide BALLERINIUM *Collect. Canon.* Par. III. Cap. 7. praesertim n. 12. et 13., ubi Auctorem Collectionis fuisse conjicit *BENEDICTUM Levitam Moguntiae* sub ficto nomine ISIDORI, et Opusc. italice versum = *Colpo d'Occhio* = in *Dis. praevia* Cap. II. pagg. 17. et seqq. Animadvertendum, eadem Collectione usum fuisse Saeculo X. REGINONEM *Abbatem Prumiensem* in Libro = *De Ecclesiasticis Officiis* = in publicam lucem edito = *Ex jussu Domini Metropolitani RATBODI Trevericae Urbis Episcopi* =.

(243) Collect. *Concil. HARDUINI* Tom. V. col. 1239., et 1405.

(244) In Opere, quod inscripsit = *Collectarium Canonum* =

(245) In Collectione, cui titulus = *Decretum* =, et in alia Eidem *communiter* attributa, quae inscribitur = *Panormia* =

(246) BALLERINIUS loc. cit Par. IV. Cap. 12. et 16. ADD. WEISMANN = *Nuove Osservazioni etc.* = ad n. 7.

(247) Agnovit id ipse VAN-ESPEN *Commentar.* in Caus. 2. Qu. 7., ubi de GRATIANO loquens haec ait; = *Hic rursus adducit varia fragmen-*

Digitized by Google

ad *stabiliendos* PRIMATES, et ad *Eos* PATRIARCHIS *exaequandos*, ita perspicuè *Decretales* ipsae praeseferunt, ut res argumentatione non egeat (248).

100. Sed seponamus *Collectionem* hujusmodi, igne etiam, si placet, concremandam. PONTIFICIA sanè AUCTORITAS *subsidio* hujusmodi non indiguit ùnquam, nec indigebit imposterum; Nosque *data opera abstinendum* huc usque rati ab ea *in praesidium* advocanda, demonstravimus Vobis ex SACRIS LITTERIS, ex TRADITIONE, ex DISCIPLINA *Priorum Ecclesiae Saeculorum*, ex firmis, indubiisque *Monumentis*, a Vestromet ipso *Auctore* receptis, ROMANUM PONTIFICEM esse PASTOREM PASTORUM, *Ordinarium* scilicet *Ordinariorum*, et habere PLENITUDINEM POTESTATIS SUPER UNIVERSAS ECCLESIAS [Sect. II. III.]; demonstravimus, VICARIOS, aut LEGATOS *S. Sedis* et STABILES fuiſſe, et a *Prima* Ecclesiae Aetate fuiſſe FACULTATE donatos *judicandi Causas Ecclesiasticas*, *convocandi Concilia*, *et Synodos*, et quatenus ab Eorum Sententia *diversa* esset Sententia Episcoporum, *impediendi*, quominus Deliberationes mandarentur *executioni*, missis *interea* Actis AD APOSTOLICAM SEDEM; *discutiendi Electiones*

menta fictarum Decretalium, *quae* PRÆCIPUE *ad eximendos* EPISCOPOS *ab omni* CRIMINALI *Judicio adornatae apparent* =. Id ipsum fatetur FLEURYUS italice redditus cit. *Istor. Eccles.* Lib XLIV. n. 22. vers. *La materia*=*La* PRINCIPAL *materia di queste Decretali sono* LE ACCUSE DEI VESCOVI; *non ve ne è quasi alcuna, in cui non se ne parli, e non si diano delle regole per renderle* DIFFICILI. ISIDORO *fà altresì chiaramente conoscere nella sua Prefazione, che questo Articolo* GLI PREMEVA MOLTISSIMO =; et luculentius Auctor Germanus SCHMIDT in sua *Germanorum Historia*=ISIDORO, inquit ille, *ardì di provocare i Giudici medesimi dei Vescovi, cioè i* METROPOLITANI, *e cercò di* ANNIENTARE *il loro potere, affinchè i* VESCOVI *foſſero* LIBERI, *ed in sicuro: e per così dire*, INVIOLABILI. *Va* MOLTO LONTANO DAL VERO *chiunque crede, che il suo* DISEGNO *foſſe* D'INNALZARE L'AUTORITA' DEL PAPA. *Egli li rendea* PIU' GRANDI, *per* IMPICCOLIRE I METROPOLITANI =, quem citat, sequiturque DOCTOR INGOLSTADIEN. *Colloq. XIII.* pag. 79.

(248) Consule BALLERINIUM in Tom. III. *S. Leonis* pag. 220. n. 10., et Commentarium CAROLI BLASCI IC. Neapolitani = *de Collectione Canonum Iſidori Mercatoris* = praesertim Cap. VII. VIII. XII., ubi id egregiè, ac perdisertè demonstratur.

nes Episcoporum, easque *probandi*, ac *ordinandi* etiam METROPOLITANOS; *Eos*, et *Episcopos ab officio suspendendi*, *removendique*; *visitandi Ecclesias*, *et condendi Statuta*, *prava corrigendi*, *et dissipata componendi* [Sect.III. a §. 13. ad 65.]. Nonnisi ergo calumniandi studio possunt *hae Facultates ab* ISIDORIANIS DECRETALIBUS peti, cum jam receptae *usu* essent juxta *veterem* ECCLESIAE DISCIPLINAM multis *ante* Saeculis, quàm *Isidorianae Decretales* prodirent in lucem.

101. Ad *Commeatus* quod attinet, quae *Procurationes* nominantur, hi *novi* nequaquam fuerunt, nec *sine justa causa* invecti. Etenim jam *Germani* fuerant a GREGORIO II. praemoniti, = *ut BONIFACIO*, *sociisque ejus* ALIMENTA VICTUI NECESSARIA *subministrarent* = (249). Nec *discriminis* ratio afferri ulla poterit, cur EPISCOPIS *Dioeceses suas visitantibus* Jus sit *ex lege Canonum* cogendi Populos *ad Commeatus*, et *Procurationes* sibi persolvendas, eo autem jure PONTIFEX destituatur, ubi suos mittit *Legatos ad easdem Ecclesias perlustrandas*, iisque auxilia suppeditanda; cum *lege Canonum* PONTIFICIS aeque atque *Episcoporum* Jura foveantur (250). PHILIPPUS *Trevirensis* Archiepiscopus, utrasque Procurationes *aequiparans*, A. 1250. voluit = *eamdem Collectam personaliter de ipso Monasterio S. PETRI recipere*, *et imponere*, *si qua* PRO DOMINO PAPA, *vel* LEGATIS, *aut* DELEGATIS, *vel* PRO NOBIS *fuerit imponenda* = (251).

102. Caeterum si *justum* excesserunt LEGATI *modum*, multò certe *gravius* hac in re peccasse EPISCOPOS possemus Vobis facilè demonstrare, nisi Vestrum, Vestrique *Auctoris* dissimiles mallemus *obtegere*, quàm Nostrorum Confratrum CULPAS *prodere*, et *evulgare*; cum Nobis interim meminisse sufficiat, in id Suas curas intendisse PONTIFICES in Concilio III., et IV. *Lateranensi*, ut ad *justum* redigerentur modum tam EPISCOPORUM, quam LEGATORUM *Procurationes* (252). Cura-

(249) Ut ex Epist.123. *S.Bonifacii* tradit BALUTIUS cit.Lib.V.Cap.43. num.4.

(250) INNOCENTIUS III. in Cap. *Cum instantia*. 17., *C. Procurationes*. 23., et *C. Cum nuper*. 25. *de Censibus etc.*

(251) *Hist. Mon. S.Petri Salisburg.* pag.276.

(252) Concil.*Lateran.III.* Can.4. apud

rarunt quoque PONTIFICES *alios* etiam *abusus* evellere; nunc LEGATOS *corripientes* asperioribus verbis (253), nunc Eosdem *Legatione exuentes* (254), nunc Viros eligentes, qui *morum probitate*, et *vitae sanctitate* praestarent, qui Principum, Episcoporum, ac Populorum *existimationem*, *cultumque* Sibi conciliarunt (255); ut Ipsi etiam, qui infenso erant in Sedem Apostolicam animo, confiteri debuerunt (256).

103. Quod si *abstinuerunt* aliquando PONTIFICES a potentioribus remediis adhibendis, non id *ex ratione aliqua* factum est, quam *prudentia carnis* suggesserit *magis*, *quàm spiritus*, ut BALUTIUS, quem sequitur *Auctor* Libri = *de Legatis* =, conviciatur (257); sed quia *certis Auctoribus* ad Eorum aures nondum pervenerant, qui *clam*, et in *longinquis* Regionibus abusus irrepserant; quemadmodum ALEXANDER IV. declaravit in *Encyclica Epistola ad* ARCHIEPISCOPOS ECCLESIÆ GALLICANÆ, quos proinde *excitandos* putavit ad excubandum, et inquirendum, quae esset NUNCIORUM *agendi ratio*, et *ad Se referendum*, = *ut ex Tua*, *et aliorum Archiepiscoporum ejusdem Regni*, *quibus consimiles super hoc mittimus Litteras*, *Relatione sufficienter instructi*, *quos* CULPABILES *in hac parte fore invenerimus*, TALITER CASTIGEMUS, *quod et Ipsi* PŒNAM DEBITAM *pro eorum transgressione reportent*, *et caeteri* SIMILIS

Hh PŒ-

apud LABBÆUM T.XIII. col.418. et 419., et IV. Can. 33. col.967.: quae Conciliorum Statuta referuntur in *Textu Jur. Canon.* Cap. *Cum Apostolus*. 5., et C. *Procurationes*. 23. Tit. *de Censibus etc.*

(253) Vid. BALUTIUM Cap. 53. n.2. 4. 5.

(254) Vid. *Eumdem* loc. cit. n. 3. et 8.

(255) Horum plures enumerat BALUTIUS in peculiari Cap. 55., quod ita inscribitur = *Exempla nonnulla Legatorum afferuntur*, *qui munera spreverunt*, *et absque omni pompa*, *et luxu incesserunt* =.

(256) BALUTIUS cit. Cap. 55. praesertim n. 1., et *Auctor Anonymus* = *de Legatis* = Cap.II. §.15. vers. *Non tamen* pag. 27. Adeo autem *rara* non erant hujusmodi exempla, ut ex S. BERNARDO colligere ANONYMUS conatur: idem enim BERNARDUS *de Consideratione* Lib.IV. Cap. 5. laudat etiam *Episcopum* GAUFFRIDUM, = *qui Legationem in Partibus Aquitaniae* PROPRIIS SUMPTIBUS *administravit* =, et Epist. 290. summopere commendat *Cardinalem* JOANNEM PAPERONEM, = *Cujus laus est in Ecclesia*, *quippe* HONORIFICANTIS UBIQUE MINISTERIUM SUUM. =

(257) Cap.II. §.16. pag.29.

PŒNÆ METU *ſimilia praeſumere pertimeſcant* = (258); et quemadmodum teſtatus quoque eſt URBANUS IV. *Galliarum Epiſcopis* A. 1263., ita ad eoſdem ſcribens: = *Et ſi de ipſorum* (Nunciorum) *exceſſibus* ALIQUID CERTUM *ad noſtrum perferri contingat auditum*, *ſcire Vos volumus*, *et tenere pro certo*, QUOD EOS NON INTENDIMUS RELINQUERE INCORRECTOS, *ſed taliter* CASTIGARE *proponimus* EXCEDENTES, QUOD EORUM PŒNA CÆTEROS A SIMILIBUS DETERREBIT = (259).

104. Hinc intelliget nemo, cur tantae turbae fiant, tantique clamores cieantur *adverſus abuſus Legationum medii aevi*, cum Nobis graviſſimum argumentum ſuppeditent ad Noſtra Jura vindicanda, et ad ſartas tectaſque tuendas hodiernas NUNCIATURAS. Adjicite animum, Ven. Fratres, ad ea, quae percunctamur ex Vobis. Ubi a LEGATIS *tot medio aevo acerbae exactiones* perpetratae dicuntur, tantumque *violentiarum* adhibitum *in* AUCTORITATIS EPISCOPALIS *vilipendium*, et *in* POPULORUM *detrimentum*, num quis de LEGATIONIBUS ABOLENDIS cogitavit? Minime id quidem, ſi fides habenda eſt *Hiſtoriae*, et *exemplis*, quae *ab inimicis* S. Sedis collecta (260) denuò nunc a *Veſtro Auctore*, ejuſque *Aſſeclis* (261) proferuntur in medium. Principes enim, Epiſcopique detrectarunt quidem nonnunquam *ſuſpectos* Nuncios recipere, ſed illud una opera declararunt, quod ſi Viri legarentur, iis praediti dotibus, quae LEGATUM APOSTOLICUM decent, quaeque a S. BERNARDO exoptatae in ejus *Epiſtola* commemorantur, qua praedictus *Auctor* abutitur (262); ne momentum quidem temporis diſtuliſſent Illos *ultro*, *libenterque* ſuſcipere, *libe-*

(258) Hujus *Encyclicae* exemplar erutum ex *Chartulario Archiepiſcopi Bituricenſis* refert BALUTIUS Cap. 51. n. 14.

(259) Ut ex eodem *Chartulario* refert BALUTIUS loc. cit. verſ. *Cum vero*.

(260) BALUTIUS integris Capitibus 52. 53 54., et ſummatim JAC. FRID. GEORGIUS in Libro = *Gravamina adverſus Sedem Romanam etc.* = Lib. I. Cap. III. Sect. I. §. 2. *d.*

(261) Inter hos ſpeciali mentione dignus eſt JACOBUS ABEL in cit. = *Diſquiſit. circa uſurpatoriam Nunciorum Pontific. Juriſdictionem* = Sect. II. n. 14., et ſeqq.

(262) Cit. Cap. II. §. 14. verſ. *Haec vero* pag. 26.

liberaque Eosdem uti *Jurisdictione* permittere, et *Commeatus* pro ipsorum alimentis sufficere.

105. = *Cum autem viderimus* (ita declaravit FRIDERICUS I. Imperator totius IMPERII nomine HADRIANO IV.) *Eos*, *quales requirit Ecclesia*, *portantes pacem*, *illuminantes Patriam*, *assistentes Causae humilium in aequitate*, *necessariis* STIPENDIIS, *et* COMMEATU EOS SUSTENTARE NON DIFFEREMUS = (263).

106. Nec dissimilis fuit PHILIPPI PULCHRI Galliarum Regis *Declaratio*, quam *minus integram* refert idem *Auctor* Libri = *de Legatis* = (264). Cum enim *Legatus* nomine BONIFACII VIII. dixisset *Regi*, = *posse Romanum Pontificem Legatos de Latere*, *ac Nuncios* LIBERE *mittere ad quaevis Imperia*, *Regna*, *et Loca*, PROUT VULT, ABSQUE PETITIONE CUJUSLIBET, *vel* CONSENSU; USU, *vel* CONSUETUDINE CONTRARIIS NEQUAQUAM OBSTANTIBUS = ; tantùm abfuit, ut *Rex* LEGATIONES in universum oppugnaret, ut imò illarum JUS diserta oratione comprobarit : = *Etenim huic Articulo respondit* REX, *quod non impedivit*, *nec impedire intendit* LEGATOS, NUNCIOS, *vel alias quascumque Personas*, *quominus ingredi valeant Regnum suum*, *nisi sibi*, *et Regno sint* LEGITIMA RATIONE SUSPECTI, *vel aliàs habeat* JUSTAM CAUSAM = (265). Solemnibus hisce PRINCIPUM *Declarationibus*, quae circa Apostolicae Sedis Jura nullum controversiae locum relinquunt, Eorum etiam *Facta* respondent. Tot enim inter *contradictiones*, Personis Legatorum tantummodò *immutatis*, LEGATIONES *perdurarunt*, *receptique* LEGATI fuerunt *a Principibus*, et ab *Episcopis* in Germaniam, in Galliam, & in alias Ditiones Catholicas, ut *infra* videbimus. Si igitur *Facto*, et *Declarationibus* Episcoporum, et Principum, Legationes *medii aevi* in suo robore perstiterunt, etiamsi tot tantisque *vitiis* ex eorum Sententia diffluerent, ac redundarent, Vos ipsi, Ven. Fratres, judicate, num *honestum* sit hodie pe-

(263) Idem *Auctor* Libri = *de Legatis* = §.17. vers. *Fridericus* pag.33., et HERMANN. in Opusc. = *Riflessioni etc.* = §.13. pag.10.

(264) Loc. cit. vers. *Bonifacio VIII.*

(265) VAN ESPEN *Jus Ecclesiast.* Par.I. Tit.21. Cap.4.n.6.

tere, ac flagitare NUNCIATURARUM *everſionem*, quae *ab abuſibus medii aevi* ſunt prorſus immunes, ut *infra* docebimus.

107. Supereſt nunc ad integram *Auctoris* machinam funditus ſubvertendam, ut Vobis demonſtremus, *ſecunda* hac temporis *Epocha a Saeculo IX. ad XV.* habuiſſe *ſemper* APOSTOLICAM Sedem in *remotis* Provinciis *Stabiles* VICARIOS, ac LEGATOS, *Juriſdictione* donatos. Id ut pateat, praeſtat animadvertere, *veteres* illos *primae* Epochae VICARIATUS hac etiam *ſecunda* temporis Epocha ſeu *continuaſſe*, ſeu *redintegratos* fuiſſe. Conſtat enim ARELATENSEM VICARIATUM fuiſſe denuò inſtauratum *Saeculo* XI. in RAMBALDO, ejuſdem Civitatis Archiepiſcopo, qui tanquam *Vicarius Papae* VICTORIS praefuit Concilio *Toloſano* A.1056. (266); itemque conſtat, cum SICULUM (267), tum *alios* VICARIATUS *medio* etiam *aevo* perduraſſe.

108. Praeterea ſi VICARIATUS *rariores* evaſerunt, coeperunt latius propagari PRIMATIÆ, illae ſcilicet *Legationes*, quae *iterum*, *iterumque* ad Metropolitanos *certae* cujuſdam Sedis delatae, perinde haberi coeptae ſunt, ac ſi ipſis Epiſcoporum *Sedibus* collatae, et affixae fuiſſent, itaut LEGATIONES NATÆ dictitarentur [*]. Hae quidem Legationes *nomine* tantum a Vicariatibus differebant: *Stabili* enim Poteſtate, ut Illi, fulgebant, licet Facultates haberent *paullo minores*, quàm Vicariatus habuiſſent; et ita ab *arbitrio* S. Sedis pendebant, ut ab una ad aliam Sedem *transferrentur*, uti ſaepius factitatum eſt; ac demum *cedere* tenebantur LEGATIS DE LATERE MISSIS, ſive ORDINARIIS, ſive EXTRAORDINARIIS, deque ſui muneris officio *per Se ipſos tertio* quoque Anno, et *per ſuos Procuratores quotannis certiorem* reddere APOSTOLICAM SEDEM.

109. Perſpicuum hujus rei monumentum *Veſtrae*, Ven. Fratres, *Eccleſiae* ſuppeditant, ut nihil de *aliis* dicamus, quae alio-

(266) BALUTIUS Cap. 40. n.5.

(267) Ex Epiſtola INNOCENTII III. data = *Tituli S.Laurentii in Lucina Presbytero Cardinali Sedis Apoſtolicae Legato* = in *Sicilia*, ut in Cap. *Quod. 4. de Officio Legati*.

[*] ADD. Vid.THOMASSINUM Lib.I. Cap.30. n.7. et DOCT. INGOLSTADIEN. *Colloq. XXII.* pag. 88., ubi cum *A. Schmidt* illud etiam animadvertit, = VICARIIS *hujuſmodi ſuam* ORIGINEM *debere* LEGATOS NATOS *extra controverſiam eſſe videtur* =.

Digitized by Google

aliorum Catholicorum Principum Ditioni subduntur. Constat enim, munus hujusmodi modò ad *unam*, modò ad *aliam* juxta providas Pontificum deliberationes fuisse delatum. Nos equidem ad Vos revincendos non aliis monumentis utemur, quàm quibus *Vestri Scriptores* utuntur.

110. Non satis constat, *qua Aetate* TREVIRENSIS ECCLESIA, ad *Metropoliticum* gradum evecta, LEGATIONIS fuerit *bonore* cumulata. At constat, JOANNEM XIII. A.967. confirmavisse FRIDERICO Archiepiscopo PRIMATUS ornamentum, et decus, eidemque tribuisse, = *Ut quandocumque a nostra Principali, et Apostolica Sede Episcopus, Presbyter, vel Diaconus, vel Subdiaconus, sive quilibet* ORDINARIUS LEGATUS REI ECCLESIASTICÆ, *seu cogendae Synodi causa in Galliam, Germaniamve destinatus fuerit*, TREVIRENSIS PRÆSUL *poſt quemlibet* ORDINARIUM *Legatum A. S.* PRIMUM *inter alios Pontifices* LOCUM *obtineat. Etsi Missus Romanae Ecclesiae defuerit, similiter post Imperatorem, vel Regem ...., utpote in illis Partibus* VICARIUS NOSTRÆ SEDIS APOSTOLICÆ *meritò constitutus* = (268).

111. Id ipsum confirmavit BENEDICTUS VII.A.975.(269), et S.LEO IX. A.1049., = *ea tamen ratione*, inquit, *ut* SINGULIS ANNIS VOS, VESTRIQUE SUCCESSORES SEMEL LEGATOS VESTROS AD NOS, NOSTROSQUE SUCCESSORES MITTATIS, *per quos Vobis de Nostris utilitatibus, illis in Partibus agendis, remittamus, et* SEMPER VOS IPSI TERTIO ANNO ROMAM VISITATIONIS GRATIA, *et dulcissimi Fratres ad Primogenitum Fratrem* VENIATIS, *nisi forte inevitabilis necessitas ingruerit* =; hac insuper addita declaratione, = *ut habeatis* PRIMUM LOCUM POST LEGATUM APOSTOLICUM IN GALLIAM GERMANIAMQUE DESTINATUM *etc., et si Missus Romanae Ecclesiae defuerit, post Imperatorem, vel Regem sedendi* = (270); idemque denuò confirmavit A. 1122. CALLIXTUS II. (271).

112.Mul-

(268) HONTHEIM = *Historia Trevirensis* = Tom.I. num.184. pagg. 305. 306.

(269) *Idem* loc. cit. num. 191. pagg.312.313.

(270) *Loc. cit.* n. 246. pagg. 386. 387.

(271) *Ibidem* n. 331. pag. 504. et apud MARTENE *Collect. vet. monum.* Tom. IV. *Gest. Trevirens. Archiep.* n.57. col.193.

112. Multò autem luculentius ADALBERONI Archiepiscopo demandata fuit *Legatio* hujusmodi ab INNOCENTIO II. Is enim pluribus verbis commemorata *Causa* hujusce Legationis, quam *caeteri* etiam Pontifices occasione *aliarum* Legationum commemoraverant, quia scilicet, = *nec tantum vicinis*, *verùm etiam* LONGE POSITIS *ex injuncto Nobis a Deo Apostolatus officio existimus debitores*, *utpote quibus B.PETRI vincula commissa*, *et* OMNIUM ECCLESIARUM, *quae per Mundi climata sitae sunt*, SOLICITUDO *incumbit*; *quatenus ea*, *quae* PER LOCORUM DISTANTIAM, *vel* CAUSARUM MULTIPLICITATEM, *per Nostram praesentiam terminare non possumus*, *haec eadem* PER APOSTOLICÆ SEDIS VICARIOS *auctore Domino exequamur* =, hac, inquimus, Causa commemorata Litteris datis die 2. *Octobris* 1137. = *Fratribus Archiepiscopis*, *et dilectis Filiis universis*, *Abbatibus*, *et Populo per Trevirensem*, *Moguntinam*, *Coloniensem*, *Salzburgensem*, *Bremensem*, *et Magdeburgensem Provincias constitutis* =, significavit Eisdem, destinasse Se ADALBERONEM Archiepiscopum = *in Partibus Veſtris* LEGATUM SEDIS APOSTOLICÆ =, cunctis praecipiens, = *ut Eidem Fratri noſtro* OBEDIENTIAM *deferre*, *et prò celebrandis conventibus Synodalibus ad Ejus convocationem convenire non gravemini*; *quo vestro nimirum fretus consilio*, *et auxilio* CORRIGENDA CORRIGERE, *et quae recta sunt*, *adjuvante Domino*, *valeat ſtabilire* = (272).

113. Denique eadem hac *Stabili* Legatione decoratus fuit HILLINUS Archiepiscopus *Trevirensis* ab HADRIANO IV., qui, datis die 7. *Octobris* A. 1157. *ad Suffraganeos* Litteris, certiores fecit Eosdem, Archiepiscopo HILLINO delegasse Se = *per universum Theutonicum Regnum vices Suas*, *ut ibi* LEGATIONIS OFFICIO APOSTOLICÆ SEDIS AUCTORITATE *fungatur*, *plenariam a Nobis recipiens Poteſtatem*, *quaecumque fuerint* CORRIGENDA CORRIGERE, *et quae* ORDINANDA *viderit* ORDINARE = : præcepitque Eisdem subinde, ut = *Ei tamquam* APOSTOLICÆ SEDIS LEGATO, *et cui vices Nostras in hac parte duximus indulgendas*, JURE LEGATIONIS *studeatis*, *sicut*

(272) HONTHEIM cit. Tom. I. n. 360. pag. 536., et BROWER = *Annal. Treviren.* = Tom. II. pag. 33.

sicut NOBIS IPSIS, *specialius*, *et diligentius* INTER ALIOS OBEDIRE = (273).

114. MOGUNTINA quoque Ecclesia a S. ZACHARIA, rogatu PIPINI, ad *Metropolitanae* gradum evecta (274) hujusmodi *honore* non caruit *aliquando*, ut patet ex Litteris BENEDICTI VII. A.975. (275), ex Litteris JOANNIS XIX. A. 1032. (276), et ex Litteris S. LEONIS A. 1052. (277); quorum duo postremi Pontifices cum BARDONI, tum LUPOLDO Archiepiscopis *Moguntinis* Facultates tribuerunt cognoscendi, absolvendique NOSTRA VICE, et APOSTOLICA AUCTORITATE *Causas*, quae = *Judicium Apostolicum*, *vel Apostolici Legati praesentiam* = requirerent, = *et tanta urserit* NECESSITAS, *ut* EXPECTARE *hoc nulla ratione valeas* = (278).

115. Etiam SALISBURGENSEM Ecclesiam, quae *Episcopalis Cathedrae* honorem S. BONIFACIO, et *Archiepiscopalem* Dignitatem LEONI III. refert acceptam (279), simili LEGATIONE scimus perfunctam fuisse, *Facultatibus* modò *amplioribus*, modò *arctioribus* adjunctis. Nam A. 1026. hujus Ecclesiae *Archiepiscopo* concessum fuit APOSTOLICAS VICES obire in sua *Provincia* pro illis *Causis*, quae *nulla mora* cognosci debuissent (280); quod privilegium ab *aliis* etiam Pontificibus est confirmatum (281). Item Romana Ecclesia judicavit GEBHARDUM Ar-

(273) HONTHEIM loc. cit. n.397. pag.580.

(274) VITRIARIUS ILLUSTRATUS, sive JO. FRID. PFEFFINGERUS in Opere = *Corpus Juris Publici ad ductum Instit. Jur. Publ. Phil. Reinh. Vitriarii Gothae A.* 1739. = Lib.I. Tit.14. *a.* pag.1045. col.1.

(275) GUDENUS = *Cod. Diplomat. Mogunt.* = Tom.I. pag.9.

(276) JUVAVIA pag.218. in *Append.*

(277) GUDENUS loc.cit. pag.16.

(278) *Idem* pagg.16. 17.

(279) HANSITIUS = *Germania Sacra* = Tom. I. Par. I. pagg. 113. 120., Tom.II. Par.I pagg. 6. 106., *Vitriarius illustratus* loc. cit. Tit.XV. §.12.*c.* pag.1165. col.1., et recentissimus Auctor DALHAM in *Dissert. praevia* n.VI. pag.4., qui omnes referunt, quatuor *in Bavaria* S. BONIFACIUM Jussu Papae, et Auctoritate Apostolica instituisse Episcopatus, *Salisburgensem*, *Frisingensem*, *Ratisbonensem*, et *Passaviensem*.

(280) JUVAVIA pag.218. in cit. *Append.*

(281) Ab ALEXANDRO III. A.1179., a LUCIO III. A.1184., et ab INNOCENTIO III. A.1201., ut ex HANSITIO loc. cit. Tom.II. Par.I. pagg. 239. 304., et LUNIG = *Spicil. Eccles.* = Cont.I. pag 968.

Archiepiscopum, qui tamquam = *immobilis Ecclesiae columna enituit* =, quique Altarium honores est consecutus, = *Romana*, inquimus, *Ecclesia Eum dignum esse judicavit*, *cui* (ab A. 1062. ad annum usque 1088.) LEGATIONEM SUAM SUPER OMNES THEUTONICI REGNI ECCLESIAS *committeret* = (282).

116. Datis A. 1163. Litteris = *Universo Clero*, *et Populo in Regno Theutonico constitutis* = auxit eodem honore ALEXANDER III. EBERHARDUM Archiepiscopum *pro tota Germania*, eique Facultatem concessit =*tanquam* APOSTOLICÆ SEDIS LEGATO (Illos) *ad suam praesentiam evocandi*, *et emergentes Causas discutiendi*, *easque fine debito terminandi* =. Et quamvis notum satis esset, hujusmodi *Facultates extingui* eo ipso temporis momento, quo alius DE LATERE LEGATUS *illuc accederet* (283), his tamen verbis hoc ipsum Pontifex declaratum voluit: = *Cum* AD PRÆSENS PER NOS, *vel* PER ALIQUOS A NOSTRO LATERE DESTINATOS INTENDERE NON POSSIMUS, *vices Nostras* IN PRÆSENTIARUM *ei duximus committendas* = (284).

117. Archiepiscopi etiam COLONIENSES decoratos Se fuisse contendunt honore *Legatorum Natorum*. Sed celebris est controversia, quae sub EUGENIO IV. inter Civitatem *Leodiensem* exarsit, et *THEODORICI* Archiepiscopi *Officiales*. Affirmabant *Officiales*, = *ipsum Archiepiscopum in Provincia Coloniensi fore* LEGATUM NATUM, *adeoque etiam* EXEMPTAS *Civitatis*, *et Dioecesis Leodiensis*, *quae infra dictam Provinciam sunt*, *Personas Ecclesiasticas*, *et Saeculares ad Judicium evocare*, *nec non* DE CAUSIS, *et negotiis illas contingentibus cognoscere*, *ac Jurisdictionem ibidem exercere posse* =. *Leodiensibus* haec omnia negantibus, delataque quaestione ad APOSTOLICAM SEDEM, cum

(282) HANSIT. loc.cit. pag.175.

(283) GREGORIUS IX. haec scripsit *Patriarchae Hierosolymitano* =*Fraternitati Tuae Legationis Officium in Provincia tua duximus committendum*; *ita tamen*, *quod* SI LEGATUM AD PARTES ILLAS DE LATERE NOSTRO CONTIGERIT DESTINARI, EXECUTIONEM IPSIUS OFFICII, QUAMDIU LEGATUS IPSE IBI FUERIT, PRO SEDIS APOSTOLICÆ REVERENTIA OMNINO DIMITTAS =. Cap. *Volentes* 8. *de Officio Legati*.

(284) HANSITIUS cit. Tom.II. Par.I. pagg. 273. 274.

cum EUGENIUS IV. nullam ab *Officialibus Colonienſibus* PONTIFICIAM CONCESSIONEM ſibi vidiſſet afferri, ad evitandas *ſimultates*, et *ſcandala* vetuit die 1. *Octobris* A. 1442. THEODORICO *Archiepiſcopo*, ejuſque *Officialibus*, ne ullam *Juriſdictionem*, nec ullum LEGATI NATI *munus* exercerent in *Civitate*, et *Dioeceſi* praefatis, = *donec an illud eidem Archiepiſcopo* DE JURE *competat*, *idque* CONVENIAT, *apud Sedem Apoſtolicam ſit diſcuſſum* = (285). Cumque *decem* fere elapſi eſſent *menſes*, nullaeque a praedicto *Archiepiſcopo* APOSTOLICÆ LITTERÆ fuiſſent exhibitae, volens Pontifex *omni controverſiae finem* imponere, novo Diplomate edito *pridie Id. Julii A.* 1443., = *Litteras*, SI QUÆ SUNT *quoad Civitatem*, *et Dioeceſim praefatas*, *revocavit*, *caſſavit*, *et irritavit* = (286).

118. Minimè Nos quidem latet, Te, *Colonienſis* Archiepiſcope, ad comprobandum LEGATI NATI officium, ac munus uti nunc quodam PAULI II. Diplomate (287), nuper edito in lucem opera HEDDERICHII (288). Sed minimè etiam Nos fugit. quot, quàmque graves *falſitatis* notae recens hoc Pontificium Diploma inficiant, atque coinquinent, ſatis jam a pluribus Scriptoribus tam *Germanicis* (289), quàm *Italicis* (290) commemoratae, Hinc conſultò abſtinemus a recenſenda Eccleſia *Colonienſi* inter eas, quae hujuſmodi LEGATIONIS honore potitae ſunt (291).

 Ve-

(285) Conſtit. EUGENII IV., quae incipit = *Licet ſuſcepti* =, referturque in Opuſc. = *Rifleſſioni ſopra i* 73. *Articoli* = ad §.31. pagg. 92. 93.

(286) Conſtit. incip. = *Ad Apoſtolicae* = loc. cit. pagg. 93. 94.

(287) Incip. = *Quae laudabili* = diei 1. *Martii* 1467., ad quod ſe refert Elector *Coloniae* in ejus = *Promemoria alla Dieta* = §.66. in cit. Opuſc. pagg. 158. 159.

(288) In Diſ. = *de Juribus Eccleſiae Germanicae in Conventu Emſano explicatis &c.* = *Adjunct. II.* pag. 19. & ſeqq. ADD. Hac ſuper Diſſertatione conſule = *Journal Hiſtorique & Litteraire* 15. *Aout.* 1788. *pag.* 600, 15. *Octobr.* 1788. p. 271. A MAESTRICHT =, ubi de Bulla PAULI II. hæc inter caetera leguntur = *il y a toujours des gens, qui ſoutiennent* mordicus, *qu' elle eſt de la fabrique du R. P. Hedderich &c.* =

(289) Auctor Opuſculi = *Rifleſſioni etc.* = ad §.66. pagg. 160. 161., et alterius = *Defenſe des Reflexions* = pagg. 10. et ſeqq. ad P. 34. 35. *etc.*, nec non DOCTOR INGOLSTADIENSIS *Colloq. VI.* pag. 37. et ſeqq. ADD. Cit. *Journal* &c. 15. *Octobr.* 1778 pag. 271.

(290) *Auctor* cit. Libelli = *Specimen Animadverſionum in Fr. Hedderich Diſſertationem* = §.V. a pag. 62. ad finem.

(291) Hanc Eccleſiae, et Archiepiſcopis *Coloniae* praerogativam non tribuit VITRIARIUS, nec ejus *illuſtra-*

Verùm ubi etiam probaretur, hoc LEGATIONIS decus aut alicui peculiari *Archiepiscopo*, aut ipsi *Archiepiscopali Sedi Coloniensi*, collatum fuisse, id suppeditaret Nobis *novum* argumentum ad comprobandum, *Stabiles* habuisse *Nuncios* APOSTOLICAM SEDEM per ea tempora, quibus deerant *Legati a Latere Missi*.

119. Erant quoque LEGATI NATI, in *Germania* BREMENSIS, in *Bohemia* PRAGENSIS (292), in *Gallia* LUGDUNENSIS (293), nec non NARBONENSIS (294), et in *Hispania* TOLETANUS Episcopus, cui data est A. 1088. ab URBANO II. LEGATIO per *Hispaniam universam*, tributumque, ut *Hispani* coram eo *Causas* agerent, ne *Romano itinere* fatigarentur; ea tamen *conditione*, ac lege, ut *quae definiri non possent Causae*, eae ad SEDEM APOSTOLICAM *referrentur* (295): quae quidem LEGATIO fuit ab *aliis* etiam Pontificibus rata habita (296). Denique, aliis missis, fuit ab INNOCENTIO II. circa A. 1133. ornatus hac dignitate in *Hibernia* Episcopus ARMACANUS (297).

120. Ubi S. SEDES *Stabiles Legationes* contulit ad illustriores *Primates*, et *Metropolitas*, inter Eos omnes inventus est *nemo*, qui non arbitraretur, *perhonorifice* Secum actum fuisse; adeo ut gloriae Sibi ducerent nuncupari in *quolibet actu* LEGATI APOSTOLICI EX GRATIA, ET MISERICORDIA SEDIS APOSTOLICÆ (298); atque hujusmodi Jurisdictione in iis etiam rebus uterentur, quae ad Ipsorum *Ordinaria* Jura spectarent, = *ut facta sua* MAJOREM AUCTORITATE SUMMI

strator PFEFFINGERUS, ubi de hoc *Electoratu*, et *Archiepiscopatu* agunt Lib.I.Tit.14. n.4. pagg.1051., et seqq.

(292) Scriptor = *de Legatis* = Cap.I. §.10. vers. *Legati nati*. pag.18.

(293) *Lugdunensi* Archiepiscopo confirmatae fuerunt Facultates a GREGORIO VII. A.1079. THOMASSINUS Cap.34. n.1.

(294) *Narbonensi* datae hae Facultates fuerunt A.1097. ab URBANO II. Idem THOMASSINUS Cap.35. n.8. et 9.

(295) Idem Cap.38. n.1.

(296) Loc. cit. n.5. et seqq.

(297) Idem Cap.36. n.8. et 9.

(298) Ita Archiepiscopus MOGUNTINUS A. 1123. *confirmans* quemdam Contractum, et HILLINUS *Trevirensis* A.1156. recipiens *Monasterium Arusteinense* = *sub nostra tuitione, et SEDIS APOSTOLICÆ, CUJUS LEGATIONIS GRATIA in Regno Theutonico subministrabimus, DEFENSIONE* =. GUDEN. Tom. I. pag. 68., T. II. pag.12.

MI PONTIFICIS *sortirentur* VIGOREM = (299). Nulla *tunc quaestio* erat *super Jure Apostolicae Sedis* STABILES habendi LEGATOS, et nemo *tunc* dubitavit unquam, quin EPISCOPI tenerentur LEGATUM suscipere, ac venerari, et *Sanctae Sedis Legationi* ASSENSUM QUAM CITISSIME praebere, ut verbis utamur RUTARDI Archiepiscopi *Moguntini* ad A. 1090. (300). Nihil *tunc* erat, quod LEGATO non licuisset, Causas etiam *Exemptorum* cognoscere (301), *Concilia* convocare; *Visitationes Suffraganeorum* obire, Eorum *Electionem* moderari (302), *Censurarum poenas* infligere, aut minitari; quemadmodum eas ADELBERTUS Archiepiscopus *Moguntinus* est minitatus tunc, cum per A. 1123. quemdam Contractum confirmavit, proposita in illos, qui Contractum ipsum violarent, *Anathematis poena*, a qua eos *liberare* SOLI dumtaxat licuisset PONTIFICI (303); *Episcopos* de gradu *dejicere*, Eosque *redintegrare*, ubi *per injuriam* fuissent è sua Sede dejecti; quemadmodum CHUNRADUS Archiepiscopus *Moguntinus*, quà LEGATUS APOSTOLICUS A. 1174. ad sua Jura *redintegravit* ADALBERTUM Archiepiscopum *Salisburgensem*, quem sui Episcopatus honore non rite, et sine auctoritate exuerant *Gurcen.*, *et Brixinen.* Episcopi ejusdem *Suffraganei* (304).

121. Nos quidem debita commendationis laude prosequimur eos *Metropolitas*, qui APOSTOLICA AUCTORITATE usi sunt ad *mores corrigendos*, ad *Religiosorum Virorum Coetus amplificandos*, ad *Ecclesiae bonum* omni ope curandum. Quàm libenter vellemus hic *Nomina* Omnium exscribere, veluti *Omnes* nostro animo obversantur. Sed satis erit aliquot saltem ex *Antecessoribus Vestris* seligere. HILLINUS Archiepiscopus *Trevirensis* die 29. *Octobris* A. 1156. recepit *Monasterium Arusteinense* (sunt Ejus verba) = *sub nostra tuitione*, *et* SEDIS APOSTO-

(299) Hac de causa FOLMARUM Archiepiscopum *Treviren.* Legationem Apostolicam ab URBANO III. A. 1186. impetrasse refert MARTENE cit. T. IV. n. 103. col. 219.

(300) GUDEN. cit To. I pag. 30.

(301) Id contra *Leodienses* contendebat Archiepiscopus *Coloniae* THEODORICUS, de quo actum est coram EUGENIO IV. Vid. §. 117.

(302) Haec omnia concessa a PAULO II. fuisse RUPRECHTO Archiepiscopo *Colonlensi* Sibi suadet hodiernus *Coloniae Elector* cum HEDDERICHIO in vim *supposititii Brevis* ejusdem Pontificis.

(303) GUDEN. Tom. I. pag. 58.

(304) Haec vera est hujus facti species. quam refert HANSITIUS T. II. Par. I. a pag. 289. ad pag. 293.

LICÆ, *cujus* LEGATIONIS *gratia in Regno Theutonico subministramus*, DEFENSIONE = (305). Quae quidem Apostolici muneris dignitas adeo erexit animos *Monachorum* S. MICHAELIS *apud Mosam*, ut vexationis, qua premebantur, depellendae *spem totam* in Illo collocarent, *Apostolicumque Legatum* compellarent his verbis = *Hanc autem spem suscipimus*, *quia Deo providente* APOSTOLICAS VICES *suscipere meruistis*, APOSTOLICÆ SEDIS VIRGA OPPRESSOREM NOSTRUM COERCEATIS = (306).

122. RUTARDUS Archiepiscopus *Moguntinus*, qui *Monasterium Cambergense* fundavit, veritus, ne *ex suis Successoribus quidam* aut de *Privilegiis* violandis, aut de *Juribus* illis alienandis aliquando cogitaret, A. 1090. *solemni actu* declaravit, id si unquam evenisset, tunc *Abbati* confugiendum ad PONTIFICEM esse, = *ut per* EJUS AUCTORITATEM *cogamur ab incoepta injustitia desistere*. *Hujus Sanctae Legationi* SI CITISSIME NON PRÆBEAMUS ASSENSUM, (Abbas) *tradat Romanae Ecclesiae ad Altare S. Petri ad formam hujus chartulae* ALIUD SUSCIPIENS AB APOSTOLICA SEDE = (307). ADELBERTUS item, ejusdem *Moguntinae* Ecclesiae Archiepiscopus, cum A. 1124. *Apostolica Auctoritate* approbaret fundationem *Monasterii* GERRODIS, his usus est verbis = *Nos igitur functi* LEGATIONE APOSTOLICÆ SEDIS *hanc traditionem auctoritamus*, *ut* QUICUMQUE HUIC MONASTERIO ALIQUID INJUSTE ABSTULERIT, ANATHEMA *sit*, *si Laicus est*, *si Clericus est*, PERICULUM SUI ORDINIS INCURRAT = (308). Haec porrò, dum Tu leges, Ven. Frater *Moguntiae* Archiepiscope, non poteris Tuis Consiliariis non vehementer irasci, quod *ab Antecessoribus Tuis* tantopere illi Te faciant esse degenerem. Nam ubi Decessores Tui honori Sibi duxerunt *Monasteria aedificare*, et *locupletare fundis*, Tu horum consiliis inductus eò Te abripi passus es, ut non sine manifesto Canonum, Canonicarumque poenarum contemptu *Monasterium Benedictinarum* a S. EDUIGE fundatum, et *Coenobium FF. Ordinis Praedicatorum* POTESTATE ORDINARIA ARCHIEPISCOPALI nuper (309) è medio auferres, atque supprimeres, quod

(305) GUDEN. T. II. pag. 12.

(306) HONTHEIM n. 392. To. I. pag. 571.

(307) GUDEN. Tom. I. pag. 30.

(308) GUDEN. cit. T. I. pag. 62.

(309) Coenobium hoc *Ordinis Praedicatorum* suppressit die 2. mensis *Maii* A. 1789.

quod quidem commiſſi genus condignam postulat a Te, flagitatque satisfactionem.

123. Enituit prae caeteris virtus S. GEBEHARDI *Salisburgensis* Archiepiscopi, qui multa constantia *debitam* praedicavit *obedientiam* SUPREMO ECCLESIÆ CAPITI, instituta secutus GELASII Pontificis, et Synodorum *Nicaenae*, et *Sardicensis*, hac litteris consignata *de Se*, *deque toto Episcoporum Ordine* praeclara Sententia : = DE NOSTRO PERICLITAREMUR GRADU, *si contra Apostolicorum* GELASII, NICOLAI, *et aliorum multorum Edicta*, APOSTOLICA RETRACTAREMUS JUDICIA, CUM ILLIUS SIT DE OMNI JUDICARE ECCLESIA, NULLIUS DE ILLA = (310): scripsit praeterea, vulgavitque Librum *adverſus Apostolicae Sedis hostes refractarios*, qui = *nulla suadente ratione, sed* PRO LIBITU SÆCULARIS POTENTIÆ, *illius Potestatis a se jugum projiciant*, *in qua Dominus*, *et Salvator Noster totius Ecclesiae posuit Principatum*: UT IN SEDEM ADEO SPECIALITER CONSTITUTAM VIOLENTER IRRUENTIBUS CONSENSUM, ET AUXILIUM PRÆBEANT = (311).

124. Dum Nos promeritis laudibus efferimus res praeclarè gestas Vestrorum *quorumdam* Decessorum, minime inficiari *Ipsi* potestis, e Vestris Antecessoribus fuisse *alios*, qui *deterius* fortasse, quam *Nuncii*, APOSTOLICA LEGATIONE *abusi* sunt. Quo in loco illud Vobis tantummodò indigitabimus, FOLMARUM Archiepiscopum *Trevirensem* APOSTOLICA LEGATIONE fungentem, ejusdemque *Facultatibus* utentem in tot, tamque gravia *errata* cecidisse, ut = *propter indiscretam suae temeritatis praesumptionem* = Ipsum *prohibere* debuerit GREGORIUS VIII. A. 1187., quominus aliquem aut *Excommunicatione* plecteret, aùt *è Suo gradu* dejiceret, aut aliud *grave quidquam* committeret *sine conscientia et licentia Apostolicae Sedis*; = *multos enim in* CONFUSIONEM, *et* SCANDALUM, PAUCOS *revocarat* AD GRATIAM = (312). De EUGENIO IV. jam diximus

(310) *Chronogr. Saxo* apud HANSIIIUM Tom.II. Par.I. pag.185.

(311) *Acta SS. Junii* apud BOLLAND. pag.157., et in Lib. = *Javavia* = *Append.* p.263. et seqq.

(312) MARTENE Tom. IV. n. 107. col..221., & 222., LUDEWIG *Relig.* MSS.Tom.II. pag.428., et *Concil.German.* T.III. pag.438.

ximus [§. 116.], rescidisse, atque abrogasse Eum *Litteras* LEGATIONIS, *si quae essent* ab Archiepiscopis *Coloniensibus* impetratae; ne enon rescidisse etiam, atque abrogasse = *omnes*, *et singulos Processus* EXCOMMUNICATIONUM *quoque*, *ac* SUSPENSIONUM, *et* INTERDICTI, *nec non alias Ecclesiasticas Sententias*, CENSURAS, *et* POENAS=. Ea enim erat *Coloniensium Officialium* agendi ratio *contra Personas Ecclesiasticas*, et *Saeculares*, ut = *nisi congruentibus obvietur mediis*, JURGIA, DISSENSIONES, *et* INCONVENIENTIA *prodire possent*, *atque detrimenta* = (313).

125. Sed hos, aliosque id genus *errores* poterat quidem APOSTOLICA SEDES corrigere, ac tolerare. Quod vero corrigere, ac tolerare omninò *non potuit*, fuit insitum illud humanae naturae *studium* abhorrendi ab Iis, qui sibi *quodammodo praesint*; eo vel maxime si Quis *stabili* supra Se videat *honore*, ac *potestate* fulgere homines *in eadem Provincia* natos, qui Sibi Dignitate *Metropolitica pares*, *Generis* tamen *conditione*, respectuque *aliarum rerum privatarum* inferiores fortasse essent. A *primis* quidem usque Ecclesiae Saeculis coepit *cupido* haec *Episcoporum Illyricianorum* incessere animos, qui aegre nimis VICARIUM THESSALONICENSEM intuebantur *tanta Dignitate sublatum*, itaut S. BONIFACIUS ita debuerit Illos, veluti dictum jam est [§. 71.], admonere = *Nec decet Fratres* ALTERIUS DIGNITATE *morderi* = : sed *secunda* hac temporis Epocha multo certe violentius impotens hic animorum motus erupit. Non destitit sane APOSTOLICA SEDES ad *Metropolitanorum* animos demulcendos *frequentius* mittere NUNCIOS EXTRAORDINARIOS A LATERE PONTIFICIS, quorum *adventu* cum omnis LEGATORUM NATORUM *Jurisdictio* conquiesceret, donec ex illa Regione decederent, quantò crebriores erant *Advenarum Nunciorum* accessus, tantò libentius poterant METROPOLITANI *Indigenarum Legatorum* intermortuam Jurisdictionem pati.

126. Libenter Nos equidem abstinemus a recensendis, numerandisque hoc loco singulis hisce EXTRAORDINARIIS LEGATIONIBUS, cum *Auctor* ipse Libri = *de Legatis* = illarum multitudinem exaggeret (314); cumque eaedem ex *Annalibus Eccle-*

(313) In utraque *Constitutione*, de qua N.285. et 286.

(314) Cap.II. §.13. pagg. 23. 24.

Eccleſiaſticis, et è *Pontificiis Actis* locupletiſſimè conſtent. Illum advertimus tantummodo, quod *Expeditiones* hujuſmodi ab initio usque *ſecundae* hujus Epochae incoeperunt ipſorum LEGATORUM NATORUM *rogatu* fieri, qui *auxilio* ſimul, et *conſilio* indigere Se profeſſi ſunt. Ita POPPO *Trevirenſis* Archiepiſcopus, et APOSTOLICÆ SEDIS LEGATUS circa A. 1038. BENEDICTUM IX. poſtulavit, atque exoravit, = *ut* MITTAT VIRUM *de honoratioribus Veſtris*, *ac prudentioribus*, *qui* MIHI IN NECESSITATIBUS M E I S CONSILIO SIMUL, ET AUXILIO SUFFRAGETUR; *auxilietur*, *dico*, DE ADVERSIS, CONSILIETUR *autem de his*, *quae latere non credo Sanctitati Veſtrae* = (315). Illudque etiam advertemus, quod APOSTOLICA SEDES, ſemper Sibi conſtans, Legatos hosce duplici Jurisdictione, *Voluntaria* ſcilicet (316), et *Contentioſa* (317) donabat.

127.Sed

(315) HONTHEIM n. 234. et 237. Tom.I. pag.373. et 376.

(316) INNOCENTIUS IV. A. 1247. eſt impertitus *Cardinali S. Georgii Legato* per *Alemanniam*, *Daciam*, et *Poloniam* Facultatem exercendi in *Alemannia* cum *Dacis*, et *Polonis* = *eam Auctoritatem*, *quantum ad ea*, *quae* VOLUNTARIÆ *Jurisdictionis exiſtunt*, *quam Tibi conceſſimus erga Perſonas ejuſdem Alemanniae exercendam* = (*Reg. Bullar.* A. IV. Epiſt.966.). NICOLAUS V. *Nicolao Tit. S. Petri ad Vincula Presbytero Cardinali in Partibus Alemanniae Apoſtolicae Sedis Legato* pro *reformatione* Eccleſiarum, Monaſteriorum, et aliorum Locorum Eccleſiaſticorum, et Perſonarum in illis degentium A.1450. *Jus* tribuit = *Eccleſias ſingulas tam Metropolitanas*, *quam Cathedrales*, *Monaſteria*, *Eccleſiaſtica Beneficia quaecumque*, *et Hoſpitalia tam Saecular.*, *quam Regular. exempta*, *et non exempta*, *ac Perſonas in illis degentes*......VISITANDI, REFORMANDI, *et* PUNIENDI, *haereſes extirpandi*, *haereticos puniendi*, STATUTA, *et* ORDINATIONES DE NOVO CONDENDI, PROVINCIALIA, *et* SYNODALIA CONCILIA CELEBRANDI, CONTRADICTORES AUCTORITATE APOSTOLICA, APPELLATIONE POSTPOSITA, COMPESCENDI, *invocato etiam auxilio Brachii Saecularis* = *Reg. Litterarum Secr. Nic. PP. V.* Tom.VII. pag. 17.

(317) Haec *implicitè* continetur in praecedenti *Brevi* NICOLAI V., ſed *expreſſa* etiam reperitur ab ALEXANDRO VI. A. 1496., et conceſſa *Bernardino Cardinali Legato ad Maximilianum Imperatorem* (*Tom. Secr.*102.pag.390.), et in ſucceſſivis *Brevibus* Legationum LEONIS X., PAULI III., JULII III., et PAULI IV.

Digitized by Google

127. Sed haec provida Pontificum cura animis sedandis satis non fuit; ex *altera* enim parte clamatum est, = *Legatos* EXTRAORDINARIOS, *quia* IN TRANSITU *apud Nos sunt*, *non tantùm* NON POSSE CURANDA CURARE, *sed nec* CURANDA PROSPICERE. *Inde est*, *quod multi Praepositorum facta gladio linguae ferire cupientes dicunt*, *Sedem Apostolicam non Subditorum quaerere sanitatem*, *sed suam*, *atque Lateralium suorum quaerere commoditatem* =, veluti scripsit IVO *Carnutensis* ad PASCHALEM II. (318); et Episcopi *ex altera* parte totos Se *ab Indigenis Legatis* magis magisque abalienaverunt ita, ut DROGO *Metensis* Episcopus per A. 844. multis vexationibus affectus debuerit tandem Se a VICARIATU, sive a LEGATIONE APOSTOLICA ABDICARE, = *ne* SCANDALUM *Fratribus et Consacerdotibus generans* SCHISMA *in S. Ecclesiam introduceret* = (319); quo quidem exemplo perperam suo more *Auctor* Libri = *de Legatis* = abutitur (320). Idem de PRIMATE LUGDUNENSI actum est (321), et de PRIMATIBUS *aliorum* Regnorum, ne *Germania* quidem excepta, ubi *aemulatio* animorum adeo excrevit, ut nullum LEGATUM recepturos Se declararint *Episcopi*, nisi DE LATERE PONTIFICIS advenisset. Hac certe de causa BRUNO *Trevirensis* Archiepiscopus A. 1120. CALLIXTUM II. adiit, Eumque exoravit, ut sua *Trevirensis* Provincia *a cujusvis Legati eximeretur Potestate*,= NISI FORTE A NOSTRO LATERE DIRIGATUR = (322). Quemadmodum autem ARNOLDUS II. *Coloniae* Archiepiscopus Saeculo XIII. LEGATIONEM Sibi commissam fuisse jactabat, ita ARNOLDUS II. *Trevirensis* Archiepiscopus, = *quia per hoc* LIBERTATI TREVIRENSIS ECCLESIÆ *derogari videbatur*, *utpote quae nonnisi* DE LATERE DOMINI PAPÆ MISSUM *tenetur accipere* LEGATUM, *ratione Primatiae* REVOCARI (illam Legationem), *destinatis ad Dominum Papam* PROCURATORIBUS IDONEIS, *procuravit* = (323), et Primatus honorem avi-

(318) Epist. 109.

(319) HINCMARUS Epist. VI. Cap. 30. edit. *Mogunt.*, quem citat P. DE MARCA Lib. VI. Cap. 29. n. 3., et THOMASSINUS loc. cit. Cap. 33. n. 3.

(320) §. 17. vers. *Sic* 1. pag. 30.

(321) THOMASSIN. Cap. 34. n. 13. vers. *Ne tamen*.

(322) Ut inquiunt *Litterae Apostolicae* apud MARTENE cit. T. IV. n. 57. col. 192; et HONTHEIM n. 331. To. I. pag. 504.

(323) *Acta Treviren.* apud MARTENE loc. cit. n. 185. col. 253.

avitum retulit, et cujuslibet Legati *alterius*, qui AB LATERE non mitteretur, *imperio* Sese exemit (324).

128. ARNOLDUS quoque *Coloniensis* Archiepiscopus ab EUGENIO III. per A. 1157. impetravit, ut *sua Provincia* nulli PRIMATI, aut LEGATO NATO subesset, nisi ROMANO PONTIFICI, ita tamen ut cederet LEGATO APOSTOLICÆ SEDIS (325); id quod ab ALEXANDRO etiam III. A. 1179. confirmatum est (326). Hinc si in *Germania*, et per EUROPAM universam PRIMATUS omnes, seu LEGATIONES NATÆ ita cessaverunt, ut nihil, nisi *priscum nomen* haberent, una excepta *Lugdunensi*, cui relictum est = *Jus in sola dirimendarum Appellationum a Judiciis Metropolitanorum Jurisdictione* =, veluti PETRUS ipse de MARCA testatur (327); si illis deficientibus, qui *stabili* modo in Provinciis, et Regnis *vices* S. SEDIS obibant, debuerunt POPULI ROMAM deferre *Causarum omnia genera*, est id *Metropolitarum*, atque *Episcoporum* CULPÆ tribuendum, quos meritò proinde THOMASSINUS redarguit, = *Quod unius Ecclesiae suae decus posthabuerint* UTILITATI, *et* HONORI OMNIUM, *aut* COMPLURIMARUM REGNI ECCLESIARUM; *quarum Causae hic finiuntur, ut necesse non sit tantum emetiri iter, et tantum temporis; impendiorumque conterere ad Romanos adeundos Judices* = (328).

129. Si autem METROPOLITANI, et EPISCOPI questi sunt, quod *Causae omnes* tanto Ipsorum incommodo *Romam* deferrentur, non *aliorum* CULPÆ id vertere debuissent, sed SUÆ. = *Si* METROPOLITANIS (ita gravi sermone pergit THOMASSINUS) *tunc idem fuisset animi, quod postea aliis fuit, ut per* GREGORIUM VII., *per* URBANUM II., *aliosque nonnullos Pontifices* PRIMATIÆ *instituerentur, nec* QUISQUAM ILLOS REMORARETUR; *non postea illis ipsis seu Regibus, seu* METROPOLITANIS *doluisset, quod saepe doluit*, CAUSARUM

K k OM-

(324) BROWER = *Annal. Trevir.* Tom.I. pag.148., *Gallia Christ.* Tom.III. col 692., et Tom. XIII. col.443.

(325) *Concil.* edit. HARDUINI Tom.VI. Par. II. col 1418., *Gallia Christ.* Tom.III. col.676.

(326) *Concil. German.* To.III.pag. 492., et *Concil.* HARDUINI loc. cit.

(327) Diss. *de Primatu Lugdunensi* §.102.

(328) Cit. Lib.I. Cap. 34. n.13. vers. *Ne tamen*.

OMNIA GENERA ROMAM REFERRI JUDICANDA. *Has querelas anteveniebat illa* NUMINIS SAPIENTIA, *quae Ecclesiam regit, regebatque*, PONTIFICESQUE *incitabat ad creandos subinde* PRIMATES, *ut* DE ILLIS TANTUM CAUSIS AD ROMANUM TRIBUNAL LITIGATORES ACCEDERENT, QUÆ IN ARCHIEPISCOPORUM, *vel* PRIMATUM CURIA DIRIMI NEQUIVISSENT. *Primatiae repudiatae* STATIM, *aut* POSTEA *obliteratae sunt*; *sola superest Lugdunensis*, *eaque valde truncata*, *abscissis quibusdam Provinciis*, *ejusque Jure ad solas Appellationum Causas coercito*: INDE CAUSARUM EXAMINA ROMAM PERLATA: *quo dolendae magis Mortalium vices*, *qui* NEC MALA FERRE POSSUNT, NEC MALORUM REMEDIA = (329).

130. At APOSTOLICA SEDES, quam uti benignam *Matrem* de *salute*, et *commodo* Filiorum suorum cura solicitat, vix, aut ne vix quidem extincto *Primatum*, et *Legatorum Natorum* Jure, cum jam experta fuisset, in *irritum* omnes suos cecidisse conatus, ut quae Sibi *perpetua* DIVINI PRIMATUS *onera* incumbunt, in *dissitis* Locis per *Vicarios Indigenas* ibidem delectos supportarentur, consilium iniit *in usum* revocandi illius Juris, quo *primis* etiam Ecclesiae Saeculis interdum usa jam fuerat (330), eligendi scilicet Viros *exteros*, Principibus *gratos*, et *Ecclesiastica* Dignitate fulgentes, Eosdemque *stabili* facultate, et potestate muniendi, eo prorsus modo, quo *prima* temporis Epocha cum VICARIIS APOSTOLICIS, et *secunda* Epocha cum LEGATIS NATIS actum fuerat, ut mox patebit.

131. *Duo* interim quàm evidentissimè *colliguntur* ex *monumentis* allatis quidem, sed *nullo examine* subactis ab *Auctore* Libri = *de Legatis* =. *Alterum* est, praeter EXTRAORDINARIOS LEGATOS a *Saeculo* IX. *ad* XV. etiam LEGATOS adfuisse, qui *fixam*, et *stabilem Sedem* haberent; primò scilicet VICARIOS APOSTOLICOS per aliquod temporis intervallum, et subindè PRIMATES, seu LEGATOS NATOS, qui in VICARIORUM APOSTOLICORUM *locum* suffecti sunt: *alterum* vero est, tantum abesse, ut *Jurisdictio* LEGATORUM NATORUM

(329) Loc. cit. Cap.38.n.13.

(330) In destinatione *Apocrisariorum*, et *Vicariorum Siculorum*, qui plerumque erant *Romanae Ecclesiae Diaconi*, vel *Subdiaconi*, *ut* §§.37. 87. probatum est.

RUM, aut etiam EXTRAORDINARIORUM *incrementi* aliquid acceperit *medio aevo a Decretalibus Iſidorianis*, veluti idem *Auctor* effutit, ut *hujus temporis* LEGATI *cum* VICARIIS APOSTOLICIS *primae* Epochae comparati Jurisdictionem habuerint *potius minorem*, quemadmodum quoad LEGATOS EXTRAORDINARIOS *ſupra* docuimus [§.108.], et quemadmodum quoad LEGATOS NATOS *Auctor* ipse confitetur, tametsi hujusce Auctoritatis imminutionem *è cauſa minus vera* non sine LEGATORUM NATORUM *dedecore* censeat repetendam his verbis: = *Legatis Natis* OLIM, *ſicut Vicariis Sedis Apoſtolicae in prima periodo* AMPLIOR *prae caeteris Legatis competebat poteſtas, quam etiam in* SECUNDA *periodo, ſeu* MEDIO ÆVO *aliquandiù conſervare ſtudebant . . . Sed cum Legati Nati minus* AB ARBITRIO PONTIFICIS *dependerent, quàm Legati Miſſi, coeperunt Pontifices Illorum Auctoritatem diminuere* = (331).

(331) §.18. vers. *Dictum* pag.35.

SECTIO V.

Confirmatur idem Jus NUNCIATURARUM CUM STABILI JURISDICTIONE JUNCTARUM EX CONSTANTI ECCLESIÆ DISCIPLINA A SÆCULO XV. AD NOSTRAM USQUE ÆTATEM.

132. Aptius profectò initium dicendi facere Oratio haec Nostra non potest, quam verbis P. DE MARCA ita ad rem nostram loquentis: = *Romani Pontifices quum intelligerent*, METROPOLITANOS FERRE NOLLE, UNI EX SUO CORPORE CONFERRI JUS PERPETUÆ PRÆSIDENTIÆ, *existimarunt* MITTENDOS ESSE LEGATOS IN GALLIAS, ET IN ALIA REGNA = (332). Impotens enim *aemulandi* studium, quod METROPOLITANOS invaserat, in *causa* fuit, cur PONTIFICES volentes injuncto Sibi Apostolatus munere perfungi, nolentesque amplius *Indigenis* uti, quibus Suas, ut antea, vices committerent, ac demandarent, id ceperunt consilii *a Saeculo XV. ad hanc usque nostram aetatem*, ut è PROPRIO LATERE in *Germaniam*, in *Galliam*, in *Hispaniam*, in *Lusitaniam*, et in *alia* etiam *Regna* ADVENAS NUNCIOS mitterent, *nulli Parti* addictos, *Ecclesiastica* dignitate ornatos, *Principibus* caros; utque *apud Catholicas Aulas*, et in *Urbibus Principibus* ORDINARIAS NUNCIATURAS instituerent, de quibus modo res est.

133. Consultò Nos omittimus Ordinem, *Seriemque* contexere Nunciorum *aliarum* Ditionum; cum quaestio omnis Nostra, non *cum* alio Catholico Regno, sed *cum* SOLA GERMANIA versetur; idemque omnino dictum volumus de NUNCIATURIS *Graeciensi*, *ad Tractum Rheni*, et *Helvetica*, quarum *Series* vulgatae typis jam prodierunt in lucem (333), solamque hic *Se-*

(332) *De Concord.etc.*Lib.VI. Cap. 29.num.6.

(333) Nuncii *Graecienses* referuntur in Opusc. = *Riflessioni sopra i 73. Articoli etc.* = ad §.69. pag.173. *a.* Series Nunciorum *Coloniensium* ab A.1584.

Seriem afferemus in medium antiquioris VINDOBONENSIS NUNCIATURÆ, qua primò *Alemannia universa*, *totumque Imperium* continebatur, quaeque postea in *alias Nunciaturas* divisa eſt (334).

134. NUN-

A. 1584. ad A. 1789. vulgata est in Opusculo = *Defense des Reflexions etc* = num.III. pag.85., et seqq. *Helveticorum* verò Nunciorum multo *antiquiorum* Seriem ad suam usque destinationem A. 1630. conscripsit *Praesul SCOTTI* in Opusculo, quod edidit *Maceratae* A. 1642., cui titulus = *Helvetia* = Par. II., sive = *Helvetia Sacra* = Tit.I. pag.10., et seqq.: *alii* post Eum ad nostra haec usque tempora missi fuere *Nuncii* ad *Helvetiae* Partes, quos singulatim percensere supervacaneum ducimus.

(334) Series VINDOBONENSIUM Nunciorum *ad Imperatores*, *et Romanorum Reges* ab A. 1513. usque ad A. 1789.

1. LAURENTIUS CAMPEGGI *unus ex Romanae Rotae Auditoribus, Electus Episcopus Feltrensis V.Id. Octobr. A.*1513.
2. MARINUS CARACCIOLO *missus Nuncius tam ad Maximilianum Imperatorem III. Kal. Mart.*1517., *quàm ad Imperatorem Carolum V. tertio nonas Januarii* 1520.
3. PETRUS PAULUS VERGERIUS *Vindobonam missus A.*1532.
4. JOANNES MORONUS *ad Ferdinandum Romanorum Regem missus A.*1536.
5. HIERONYMUS VERALLO *Episcopus pridem Brictinorien., ac deinde Casertan. missus A.* 1542.
6. ABBAS MARTINENGO *missus A.*1551.
7. ZACCARIAS DELFINO *Electus Faren. missus A.* 1553.
8. STANISLAUS HOSIUS *Episcopus Varmien. A.*1559.
9. MELCHIOR BIGLIA *suffectus* STANISLAO *A.*1565.
10. JOANNES DELFINO *Episcopus Torcellen. missus A.*1571.
11. HANNIBAL CAPUANO *A.*1576.
12. OCTAVIUS SANTACROCE *designatus A.*1581., *qui brevi obiit, eique subrogatus fuit* JOANNES FRANCISCUS BONHOMIUS.
13. GERMANICUS MALASPINA *deputatus A.*1582.
14. PHILIPPUS SEGA *Episcopus Placentinus A.*1586.
15. ANTONIUS A PUTEO *Archiepiscopus Baren. A.*1587.
16. ALPHONSUS DE VICECOMITIBUS *A.*1587.
17. CAMILLUS CAJETANUS *Patriarcha Alexandrinus A.*1591
18. CÆSAR SPECIANO *Episcopus Cremonen. A* 1596.
19. PHILIPPUS SPINELLI *Episcopus Policastren. A.* 1598.
20. JOANNES STEPHANUS FERRERIO *Episcopus Vercellen. A.*1604.
21. ANTONIUS CAJETANUS *Archiepiscopus Capuan. A.* 1607.
22. JOANNES BAPTISTA SALVAGO *Episcopus Lunen-Sarzanen. A.* 1610.

23. PLA-

134. NUNCIATURARUM ORDINARIARUM *inſtitutionem* non ab *initio Saeculi XV.* repetendam eſſe cenſet *Auctor* veſter Libri = *De Legatis* =, ſed = *poſt Synodum Tridentinam*

23. PLACIDUS MARRA *Epiſcopus Melphiten. A.*1612.
24. VITALIANUS DE VICECOMITIBUS *Archiepiſcopus Adrianopolitan. A.*1616., *qui brevi obiit, Eique ſucceſſit*,
25. ASCANIUS GESUALDI *Archiepiſcopus Baren. A.* 1617.
26. CAROLUS CARAFFA *Epiſcopus Averſan. A.*1623.
27. JOANNES BAPTISTA PALLOTTA *Archiepiſcopus Theſſalonicen. A.*1628.
28. CYRIACUS ROCCI *Archiepiſcopus Patracen. A.* 1630.
29. MALATESTA BALIONUS *Epiſcopus Piſauren. A.* 1634.
30. GASPAR MATTEI *A.*1639.
31. CAMILLUS MELTIUS *Archiepiſcopus Capuan. A.*1644.
32. SCIPIO DE ILCIO *Archiepiſcopus Piſan. A.*1652.
33. CAROLUS *item* CARAFFA *Epiſcopus Averſan. A.*1658.
34. JULIUS SPINOLA *Archiepiſcopus Laodicen. A.*1665.
35. ANTONIUS PIGNATTELLI *Archiepiſcopus Lariſſen. A.* 1668.
36. MARIUS ALBRITIUS *Archiepiſcopus Neocaeſarien. A.* 1671.
37. FRANCISCUS BONVISIUS *Archiepiſcopus Theſſalonicen. A.* 1675.
38. SEBASTIANUS ANTONIUS TANARA *Archiepiſcopus Damaſcenus A.*1692.
39. ANDREAS SANTACROCE *Archiepiſcopus Seleucien. A.* 1696.
40. JOANNES ANTONIUS DAVIA *Epiſcopus Ariminen. A.* 1700.
41. MARCUS ANTONIUS SANTINI *A.* 1705.
42. JULIUS PIAZZA *Archiepiſcopus Nazarenus A.*1709.
43. GEORGIUS SPINOLA *Archiepiſcopus Caſſarien. A.*1719.
44. HIERONYMUS GRIMALDI *Archiepiſcopus Edeſſen.* A. 1721.
45. DOMINICUS PASSIONEI *Archiepiſcopus Epheſinus A.* 1731.
46. CAMILLUS PAULUTIUS *Archiepiſcopus Iconienſis A.* 1738.
47. FABRITIUS SERBELLONI *Archiepiſcopus Patracen. A.* 1746.
48. IGNATIUS CRIBELLUS *Archiepiſcopus Caeſarienſis A.* 1754.
49. VITALIANUS BORROMÆUS *Archiepiſcopus Thebarum, nunc S. R. E. Cardinalis, A.*1760.
50. ANT. EUGENIUS DE VICECOMITIBUS *Archiepiſcopus Epheſinus A.* 1766.
51. JOSEPHUS GARAMPI *Archiepiſcopus Beriten.*, *poſtea Epiſcopus Montisflaſconen.et Cornetan.*

nam circa finem Saeculi XVI. = (*335*) , perinde ac si = PRAETEXTUS *constituendi hujus generis Nuncios esset* , *ut quae* IN CONCILIO TRIDENTINO SANCITA FUERUNT , EXECUTIONI DARENTUR = (*336*) ; ulteriusque etiam progressus pronunciat , esse hoc = NOVUM *Legatorum* , *seu Nunciorum Pontificis* GENUS = , quasi *duabus Epochis superioribus* Pontificius Legatus fuisset nullus , qui = *fixam* , *et stabilem Sedem* = habuisset (*337*) .

135. Addit insuper , esse hoc Nunciorum genus *damnosum* NATIONIBUS , vicinisque Regionibus, quae, si ipsi fidem adjungimus , = *vix hae* NUNCIATURÆ *stabilitae fuerunt* , *senserunt jam* . . . . . , QUANTIS *cum* DIFFICULTATIBUS , *et* INCOMMODIS *illis esset colluctandum* = ; multòque magis *damnosum* EPISCOPIS propter eas , quas habent, *Facultates* Judicandi, Censurarum , Juramentorumque vincula solvendi , et pleraque alia similia peragendi , ita ut vilescat Episcoporum Auctoritas (*338*) . Quemadmodum verò minimè Idem ignorat , has NUNCIORUM *facultates rogatu* NATIONIS GERMANICÆ fuisse a CONCILIO TRIDENTINO *ad examen* revocatas , atque coercitas ; ita fateri coactus, = *plurima in Synodo edita esse decreta* REFORMATIONIS VALDE SALUBRIA = (*339*) , per summam temeritatem haec audet de TRIDENTINIS PATRIBUS effutire : = *Agnoverant morbum* TRIDENTINI PATRES , *quia tamen radicem mali* (*incognita adhuc erat falsitas Epistolarum ISIDORI*) *ignorabant* , *et quia acerbitas temporum in multis obstabat* , OMNIMODAM MEDELAM NON ADTULERUNT . *Hinc aliqua mansere intacta* , *quae cum antiqua* , *et puriori Disciplina non satis conveniunt* = (340) .

136. Huc recidunt , quae ab *Auctore* vestro congeruntur , quaeque huc data opera in unum collecta contulimus , ut faciliùs re-

netan. ac modo etiam S. R. E. Cardinalis , *A*.1775.

52. JOANNES BAPTISTA CAPRARA *Archiepiscopus Iconiensis ab A*.1785. *ad praesentem usque A*.1789.

(335) Cap.III. § 30. pag.*61*.

(336) Cit. §.30. vers. *Praetextus*. pag.*62*.

(337) Cit. §.30. pagg. *61*. *62*.

(338) Ibidem vers. *Praetextus* . pag.*92*.

(339) §.29. vers. *Interim* . pagg. 59. 60.

(340) Cit. §. vers. *Agnoverant* . pag. 59.

refellantur, veluti de *aliis* quoque factum est; nihil enim est ad persuadendum aptius, et ad rem constabiliendam validius, quam evidens *contrarium demonstratio*. NUNCIATURARUM ORDINARIARUM *institutio* CONCILIUM certè TRIDENTINUM antecessit, quod convocatum A. 1545. finem habuit A, 1563. Ex Serie enim *Vindobonensium* Nunciorum [N.334.] patet, hujusmodi Nunciaturam ab Anno usque 1513. extitisse, et tunc temporis Nuncium fuisse LAURENTIUM *Episcopum Feltrensem*, solitis praeditum *facultatibus voluntariae*, et *contentiosae* Jurisdictionis, Eidemque suffectum fuisse A. 1517. MARINUM CARACCIOLUM, plaudentibus *Episcopis*, et praesertim ALBERTO *Moguntino* Archiepiscopo, et Electore. Qui quidem *Moguntinus Elector* non modò gratulandum PONTIFICI esse Sibi duxit de MARINI CARACCIOLI *prudentia*, deque ab Eo instituta *agendi ratione* (341), sed etiam enixis precibus (342), adhibita quoque *Imperatoris* ope (343), PONTIFICI Se plurimùm commendavit, ut, MARINO CARACCIOLO è provincia decedente, Sibi ejusdem *Nunciaturae* deferretur officium. Id ipsum colligitur ex alia Nunciorum *Helveticorum* Serie, quae Nuncios exhibet sine ulla intermissione Sibi succedentes *ab initio usque Saeculi XVI.* (344). Et sane si *Auctor* ipse fatetur, TRIDENTINOS PATRES nonnihil Nunciorum *coercuisse* facultates, inficias ire non poterit, NUNCIATURAS ipsas *ante Concilium* extitisse.

137. Concedimus ultro, illud quoque *oneris*, absoluto Conci-

(341) Litteris Eidem datis = *Moguntiae XVII. die Mensis Novembris A. MDXX.* = *Archiv. Secret. Arcis S.Angeli* Plut.II. Caps.X. n.8.

(342) Per alias Litteras datas = *Ex Arce Divi Maurici Callis Oppidomei die XXVI. Augusti Anni Domini MDXXI.* = *Tit. S.Laurentii in Damaso Presbyt. Cardinali de Medicis Vicecancellario Apostolico* = Idem *Archiv.* loc.cit. n.10.

(343) CAROLUS Imperator Literas scripsit LEONI X., et *Cardinali de Medicis* ex Wormatia die 22. *Aprilis* 1521., quibus ab Utroque Germanicam Legationem petit *pro Arch. Mogunt.* (cit. Plut.II. Caps. I. n.12.) Nec *questus* est Archiepiscopus, quod voti compos factus non fuerit; aliam enim die 20. *Februarii A.* 1524. *Pontifici* dedit obsequentissimam epistolam, qua *gratulabatur* de LAURENTIO CARDINALE CAMPEGGI in Legatum a Latere *loco Nuncii* ad Conventum Norimbergensem delecto. (Plut. XI. Caps. XII. n.20.)

(344) Cit. = *Helvetia Sacra* = pagg. 11. 12.

cilio, fuisse NUNCIIS impositum, ut, quanta possent diligentia, *in Tridentinarum Sanctionum curam, et custodiam* incumberent. At affirmare pudeat *Auctorem*, hoc officio *praetexere aliud quidpiam* voluisse PONTIFICES, et novum hoc munus *specie tenus* tantummodo fuisse Illis collatum. Quandoquidem APOSTOLICA SEDES nil egit aliud, quàm uti *Custos Canonum*, et *Ecclesiasticarum Legum* muneri suo satisfacere, TRIDENTINORUM PATRUM *votis* morem gerere, et obsecundare, qui adeo confidebant PONTIFICUM *vigilantiae*, ut, si qua circa Concilii Decreta *difficultas* oriretur, et si qua inciderent, quae *declarationem*, aut *definitionem* postularent, his voluerint consuli = *per Beatissimum Romanum Pontificem* COMMODIORE QUACUMQUE RATIONE *Ei visum fuerit* = (345). Optimè enim norant, id unum maximo adjumento esse *ad Unitatem servandam*, et *ad Religionis bonum amplificandum*.

138. Pudeat etiam *Auctorem* affirmasse, ORDINARIAS hasce LEGATIONES quamdam secumtulisse *novitatem*. Si enim *novi* fuerunt *Ii*, *quibus* Legationes sunt demandatae, LEGATIONES certè fuerunt semper *eaedem*, NOVIQUE NUNCII *fixam*, et *stabilem* Sedem in *principibus* Civitatibus collocarunt non secus, atque *fixas*, *stabilesque* Sedes suas VICARII APOSTOLICI primùm, deindeque PRIMATES, LEGATIQUE NATI in illustrioribus Urbibus collocarant [*], veluti *supra* demonstratum est [Sect. III. IV.].

139. Pudeat quoque jactasse in vulgus, ac praedicasse NUNCIATURARUM *incommoda*, ac *detrimenta*, quibus NATIONES premantur, ac divexentur; cùm è contra *commodum* illae, *utilitatemque* POPULORUM pariant non levem, utpote qui nullo negocio, nullaque impensa sibi sumunt a Nunciis *omne subsidiorum genus*, quae aliàs ab *Urbe*, et a *Pontifice Summo* Sibi essent expetenda (346). Eò vel magis, quia, *Auctore* ipso faten-

(345) In *continuat.* Sess. 25 Cap. 5.

[*] ADD. Ita quoad *Nuntios stabiles* argumentatur DOCTOR INGOLSTADIENSIS: = *Jam autem SI NIHIL OBSTITERIT, quominus GERMANIÆ ARCHIEPISCOPUS fuerit Legatus fixus, et permanens; UT QUID ALIUS A SUMMO PONTIFICE hanc eamdem provinciam vel permanenter, vel ad tempus gerere non aeque possit?* = *Colloq.* XIII p. 83.

(346) Haec *commoda* agnovit, recen-

fatente, = *bodie* PROCURATIONES *amplius Legatis exhibendae non sunt* = (347): quod sola APOSTOLICÆ SEDIS *munificentia* factum est, quae quamvis horum Commeatuum exigendorum suffulta esset Jure omnium legitimo, in *Conciliis* ipsis recepto, et *Imperatoribus* probato [§§.101. 105.], eo tamen carere quam libentissime maluit, ut, hac una re adempta, omnium forte *malorum usuum*, qui *medio* invaluerant *aevo*, adimeretur *fons*, et *origo*.

140. Pudeat itidem, plura esse oblocutum ad *invidiam* adversus NUNCIATURAS conflandam, quasi illae *Metropolitanis*, *Episcopisque* essent infestae (348); dum è contra Metropolitani ipsi, Episcopique *exoptarint*, ut, semotis a Legationibus obeundis *Indigenis*, Pontificii Legati e *Latere* ad Se mitterentur, qui apud se *fixum* domicilium haberent [§. 132.].

141. Maxime autem illum pudeat, per summam audaciam TRIDENTINOS PATRES insimulasse, propterea quod falsis Decretalibus Isidorianis *decepti*, cum Nunciorum Facultates denuò informandas suscepissent, = *aliqua intacta reliquerint*, *quae cum antiqua, et puriori Disciplina non satis conveniunt* = [§.135.]. Nemini enim *privato* homini licet deceptionem praetexere, ut ab iis, quae in *Oecumenica Synodo* constituta sunt, recedatur; sed = PARENDUM EST, *quoad usque alio in futurum* SIMILI CONCILIO *capita Juris Isidoriani*, *cujus fontes novissimo demum Saeculo detecti sunt*, *ad pristinum statum* FORTE REDUCANTUR =, ut ipse docet FEBRONIUS (349); et ante ipsum docue-

censuitque PETRUS MARIA VULCANUS *Cracoviensis* in epistola *diei* 17. *Augusti* 1591. scripta Cardinali *Sfondrato*, qua ob discessum Nuncii a Regno *Poloniae* inter caetera dolet, quod *Causae* in secunda, et tertia Instantia a Sententiis Ordinariorum deferri non possent ad *Nuncium*, quodque *Romam* plurimi confugere nequirent; aliaque addit circa Beneficiorum Collationem. *Archiv. Vatic. Divers.* Tom. 62. pag. 1061.

(347) Cap.III. §.36. vers. *Interim*. pag.78.

(348) Vid. D O C T. INGOLSTADIEN. *Colloq. XVIII.* pag.112. et seqq., ubi probat = *Nunciaturas Juribus Episcoporum FAVERE*, *non adversari*. =

(349) = *Prodromus Histor. Treviren.* = Period.IV. n.III. = *Disciplina Ecclesiastica Trevirorum sub Germanis* = §.XII. vers. *Sub Romanorum*. Tom.I. pag.571.

cuerant PETRUS *Alliacensis*, et JOANNES GERSONIUS (350). Praestat autem, ut si *Auctor* ex FEBRONIO *obtrectationem* desumpsit, *responsum* quoque petat ab eo ad obtrectationem ipsam retundendam; quod quidem responsum talem vim habet ac tantam, ut donec novum non superaccedat *Generale Concilium* ab APOSTOLICA SEDE advocatum, atque approbatum, quo Nunciorum Facultates *immutentur*, piaculum sit contra Illos obloqui, et maledictis irruere, dum a *Generali Concilio* foventur, ac sustentantur; a Generali, inquimus, Concilio, quod ab *Episcopis* per Germaniam accepto habitum, et ab *Imperatore* totius *Imperii* nomine receptum [Cap. VI. §. 28.] satis superque valet ad omnia Obtrectatorum ora opprimenda, et ad injustas cujusvis generis querelas profligandas.

142. Praeterquam quod nec NUNCIORUM *Facultates* ab *Isidorianarum* Decretalium *fonte* prodierunt, ut vidimus [§. 100.], nec TRIDENTINI PATRES, ad Facultates Nunciorum *informandas* aggressi, Isidorianarum Decretalium *rationem ullam* habuerunt. Illi enim, praeter Causas *profanas*, abstulerunt Nunciis *primas* Instantias in Causis quomodolibet ad Forum *Ecclesiasticum* pertinentibus, jusseruntque, ut illae *contra Isidorianas Decretales* a *solis* cognoscerentur *Episcopis* (351), quorum Ancto-

(350) Ubi agit de *Reservationibus Pontificiis*, de quibus ita ratiocinabatur *Alliacensis*:= *Cum Sedes Apostolica in praemissis praescripserit, supposito quod Summi Pontifices in hoc abusi fuerint, vel excesserint, non propter hoc est ab Eis hujusmodi Jus tollendum, sed abusus pellendus, et excessus restringendi sunt, et hoc fieri potest PER RATIONABILES CONSTITUTIONES SACRI CONCILII GENERALIS* =. GERSON. Tom.I. pag.917.: quem locum refert etiam THOMASSINUS Par. II. Lib. I. Cap.45. n.10., Quae autem, quantaque manarent ex *contraria* sententia in Ecclesiam, atque in Rempublicam *mala*, vide Opusc. = *Coup d'Oeil* = in *Proemio* Congressus Emsensis pagg.129., & seqq.

(351) Huc faciunt, quae refert PALLAVICINIUS Lib.XVIII.Cap.6 n.2. = *il terzo Capitolo, che da* QUATTORDICI FU LEVATO, *statuiva, che le Cause* DENTRO ALLA SOMMA DI VENTIQUATTRO DUCATI *si vedessero tutte nella prima Istanza dall' Ordinario fino alla Sentenza deffinitiva. Ma di ciò non erano contenti i Vescovi, chiedendo, che il medesimo* DI TUTTE LE CAUSE AFFATTO *si decretasse. Pensossi a* TEMPERAMENTO, *onde l'ordinazione fosse amplia-* ta

ctoritas non depressa, aut dejecta, sed *sustentata*, et *erecta* adeò est, ut Episcopi ipsi contentos Se esse affirmarint, tametsi in *reliquis omnibus* NUNCIORUM Jurisdictionem cùm *voluntariam*, tum *contentiosam confirmatam* viderent.

143. Religiosè quidem servavit APOSTOLICA SEDES id, quod CONCILIUM TRIDENTINUM *circa Nuncios* edixerat. Etenim ubi *ante* Concilium in *Brevibus* concedebantur NUNCIIS *Facultates* cognoscendi Causas tam *primae* Instantiae, quàm Appellationum (352), nova haec clausula omnibus *Brevibus post* Concilium est adjecta = *sine praejudicio Ordinariorum quoad Causas hujusmodi* IN PRIMA INSTANTIA, *coram Eis* JUXTA CONCILII TRIDENTINI DECRETUM *cognoscendas* = (353), jussique sunt *Nuncii* custodire, et, ut ab aliis custodirentur, praecipe-

ta FINO AL VALORE DI CINQUANTA DUCATI PER GLI OLTRAMONTANI; *i quali, siccome più remoti, soffrono maggiore incommodità nell' essere tratti al Foro di Roma; Ma si opposero gli Agenti del Marchese di Pescara*.... COSI LA PROVISIONE RIMASE PENDENTE, E LA DILAZIONE FRUTTO' A VESCOVI GRAN USURA =, videlicet, ut Causae *omnes* in *prima* Instantia Iisdem relinquerentur. ADD. Caeterum adeo abest a vero calumnia *Auctoris* = *Des Gegen Bemerkungen* =, ut non immerito PHILIPPUS II. Hispaniarum Rex affirmare de *Episcopis* potuerit, = *Concilium tanquam Parochos adiisse, et ceu tot* SUMMOS PONTIFICES *rediisse* =. Vide PALLAVICIN. in *Apparat. Hist. Concil. Trident.*, et Opuscul = *Defense des Reflexions etc.* = pag. 63. *ad pag.* 38. *a*. Consule etiam THOMASSINUM *Causas omnes* recensentem, in quibus *vi Concilii Tridentini se gerunt Episcopi* tamquam APOSTOLICÆ SEDIS DELEGATI. Par. I. Lib. I. Cap. 60. n. 8.

(352) *Breve* facultatum concessarum a PIO IV. A. 1559. STANISLAO HOSIO Episcopo *Varmien. Apostolicae Sedis Nuncio cum potestate Legati de Latere* ad FERDINANDUM Romanorum, Hungariae, ac Bohemiae Regem in Imperatorem electum ita habet: = *Matrimoniales, et Beneficiales, ac alias Ecclesiasticas, nec non Spirituales, et profanas Causas quaslibet ad Forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes* TAM PRIMÆ INSTANTIÆ, *quam Appellationum quarumcumque a quibuscumque Judicibus Ordinariis etc. etiam summariè etc. sola veritate inspecta etc. audiendi, cognoscendi, et fine debito terminandi* = *Regest. Litterarum Apostolicarum Pii PP. IV.* To. 70. pag. 215.

(353) Prout legitur *prima vice* in Litteris in forma *Brevis* datis v. *Kal. Octob.* A. 1565. Praesuli BIGLIA Nuncio ad Imperatorem. *Reg. Bullar.* 68. pag. 322.

cipere non hoc solùm, sed alia omnia *Tridentina Decreta*, unoquoque ex Eis admonito, ut illis Facultatibus suffultus *moderatè*, et *prudenter* uteretur (354).

144. Sed quoniam *Auctor* Libri = *de Legatis* = una cum Vobis, Ven. Fratres, conqueritur, quod Nunciorum Facultates, licet per Concilium *coercitae*, nimis tamen *latè* pateant; et quoniam tam saepe ad *antiquam*, *puriorem que Disciplinam* provocatis, perinde ac si ECCLESIA, dum parumper de *antiqua Disciplina* decessit, ab eodem DEI SPIRITU regi, ac gubernari desierit, quo nihil affirmari potest absurdius (355); Nos id a Vobis petimus unum, id unicè flagitamus, ut *simul conferatis summam* earum Facultatum, quae *hodie* NUNCIIS tribuuntur, quasque Tu, Archiepiscope *Moguntine*, ad calcem conjecisti *Encyclicae* Episto-

(354) Uti legere est in *Proemio* earumdem Litterarum. ADD. Eadem modò usus est formula Summus Pontifex in Litteris in forma *Brevis* datis Archiepiscopo Athenarum *Nuncio Monachiensi*.

(355) Audi Archiepiscopum *Mechliniensem* GUILLELMUM DE PRECIPIANO *in Epist. Pastoral.* 12. *Octobris* 1692. pagg. 26. 27. =*Habuit Ecclesia* OLIM, *ex quo corrigi possit* HODIERNA *Disciplina*; *sed et* JAM *habet, unde corrigi potuit* ANTIQUA, *quemadmodum Periti temporum, ac morum norunt, atque testantur* =, cui convenit M. FLEVIER DE REVAL = *Catechisme Philosophique. Paris* 1777.=pag. 587. Audi etiam ERASMUM in *epist.* scripta A. 1529., et edita *Coloniae* A. 1541. = *Cum Ecclesia*, inquit, *quemadmodum res caeterae Mortalium omnes, habeat* RUDIMENTA, PROGRESSUM, *et* SUMMAM; *nunc* SUBITO *illam ad* PRIMORDIA *revocare nihil est absurdius, quam Virum adultum ad cunas, et infantiam velle retrahere. Multa secum defert tempus, et rerum status multa commutavit* IN MELIUS. . . . *Quid multis? Si PAULUS hodie viveret, non improbaret, opinor,* PRÆSENTEM ECCLESIÆ STATUM; IN HOMINUM VITIA CLAMARET =. Vid. PALLAVICINIUM Lib. XVII. Cap. 14. n. 6., ubi rationes affert, ob quas *Tridentini Patres* universim non revocarint in usum *primam* Ecclesiae Disciplinam. ADD. In eamdem consonat sententiam vetustissimus *Anonymus Auctor* Saeculi III. in libello = *de Rebaptismate* =, quem citat Liber = *L' Episcopato* = Cap. IV. n. 6. pag. 123., et THOMASSINUS Lib. I. cap. 48. n. 17., qui *conatus* recedendi a vigenti Disciplina *pro irritis* habet, et INSANOS appellat. DOCTOR autem INGOLSTADIENSIS post relata *Erasmi* verba sic animadvertit: =*Sed* PAULO *sunt perspicaciores nostri quatuor Punctatores* (Emsenses), *cum bene loti, bene pasti, bene poti suos famosos Articulos eructant*. =

stolae tuae (356), cum earum Facultatum *summa*, quibus LEGATI, VICARIIQUE APOSTOLICI utebantur juxta *veterem* priorum Saeculorum morem; cum ea, inquimus, summa, quam Nos ad errorem quemcumque depellendum ex ipso APOSTOLICARUM LITTERARUM *fonte* decerpsimus, et exscripsimus [a §.54. ad 68.]. Si enim comparatio hujusmodi instituatur, neminem putamus adeo *perfrictae frontis* futurum, qui neget, Facultates *hodiernae Disciplinae*, sive *voluntariam*, sive *contentiosam* Jurisdictionem respiciant, esse Facultatibus *antiquae* Disciplinae *longe minores*: ad quam certò veterem Disciplinam sive Vobis faventem, sive adversantem si fieret *regressus*, VOS METROPOLITANI, multo sane magis essetis, quàm *nunc* estis, *Jurisdictioni* NUNCIORUM obnoxii.

145. Et sane quî fieri valet, ut conqueramini, quod possint NUNCII *Visitare*, *Ordines conferre*, *leviora Impedimenta laxare*, *Juramenti vinculum solvere ad effectum agendi*, aliaque minoris momenti peragere, dum ex *antiquae* Disciplinae instituto *Metropolitanorum* nullus poterat, nisi a VICARIIS, *Ordinari*, nullusque a *Metropolitanis Ordinari Episcopus* poterat, nisi VICARII APOSTOLICI *examen*, et *consensus* accederet; dumque Illi Facultates habebant *corrigendi*, *Synodos congregandi*, iisdemque *praesidendi*, EPISCOPOS ipsos *Suspensione plectendi*, *et liberandi*, *rationes a Metropolitanis*, *Episcopisque* exquirendi eorum, quae ab Illis gerebantur, eaque demum omnia efficiendi, quae SEDES APOSTOLICA Ipsa posset efficere? Quid est, quod conqueramini, cognosci modò *Causas* a NUNCIIS, jam in *prima* Instantia ab Episcopis definitas, dum ex *veteri more* aut *soli* judicabant, aut eos Episcopos in *Socios*, et *Consultores* adhibebant, quos Sibi *deligere* placuisset; dumque in *Synodis*, ad quas *Causae graviores* tum deferebantur, tanti aestimabatur NUNCIORUM *Judicium*, ut, si a Synodi sententia *discreparet*, ac dissideret, essent

(356) Ad omnes *Suffragantes Comitiorum* datae, quae ipsa Facultatum summa a BENEDICTO XIV. Nuncio *Coloniensi* concessarum vulgata jam fuerat in *Diario Ratisbonensi* A.1786. n.CLIV., referturque in Opusc. = *Istoria Trammatica* = BB. Animadvertendum autem, non easdem *omnium* Nunciorum esse Facultates, nec easdem *nunc* concedi *omnibus* Nunciis, quae *illius* Pontificis tempore concedebantur. Pendent enim hae Facultates ab *arbitrio* Pontificis mittentis.

Digitized by Google

essent *omnia ad* URBEM *referenda*, *Judiciumque* ROMANI PONTIFICIS *praestolandum?*

146. Ea quidem est vis veritatis, ut aliquando vel ex invito pectore erumpat, veluti de vestro *Auctore* factum est. Postquam ille toties *objecerat*, ingentem rerum *mutationem Saeculo IX.* subsecutam fuisse, *occasionemque* huic mutationi dedisse *Collectionem* illam Canonum, quae sub nomine *ISIDORI MERCATORIS* nota est, et crevisse etiam Legatorum tum numerum, tum Auctoritatem (357); postquam *calumniatus* fuerat, TRIDENTINOS PATRES fuisse a Decretalibus Isidorianis *deceptos*; fatetur denique ingenuè, si quid *vitii* propter *Isidorianas Decretales* in NUNCIORUM *Facultates* unquam irrepserit, id omne a *posterioribus Conciliis*, a *Concordatis*, et a *Consuetudine* fuisse sublatum; apertèque, ac disertè declarat, *Auctoritatem* VICARIORUM APOSTOLICORUM, et LEGATORUM NATORUM *prima*, et *secunda* temporis Epocha *multò latius, longiusque patuisse*, quàm *hodiernorum* NUNCIORUM *Facultates*, itaut hae cum illis comparatae intra *angustissimos* limites contineantur.

147. Audite, Ven. Fratres, ingenuam *vestri Defensoris* confessionem, quam veritas extorsit è calamo, quaeque Causam conficit universam. = *Legatis Natis*, inquit ille, *olim*, *sicut Vicariis Sedis Apostolicae in* PRIMA *periodo*, AMPLIOR PRÆ CÆTERIS LEGATIS *competebat Potestas*, *quam etiam in* SECUNDA *periodo*, *seu* MEDIO ÆVO *aliquandiù conservare studebant* . . . *Pleraque verò ex his*, *quae aliunde ex vitiosa radice*, *spuriis nempe ISIDORI Epistolis profluxerunt*, HODIE PARTIM PER DESUETUDINEM, PARTIM PER CONCORDATA POSTERIORA *meritò* SUNT ABROGATA, *et Potestas Legatorum* AD TAM ARCTOS LIMITES *restricta est, ut haec causa esse videatur*, *cur non amplius soleant mitti* CARDINALES, *sed Archi- et Episcopi in Partibus*, *qui interdum mittuntur cum Potestate Legati a Latere* = (358).

148. Si ergo res ita se habet, jam Causa dicta, et perorata est, et sine manifesto injustitiae, et contradictionis vitio non poterunt amplius in dubium, et in disceptationem venire neque *hodiernorum Nunciorum Facultates*, neque HODIERNARUM NUN-

(357) Cap.II.§.11.,et§.13.pagg.20.23. (358). §.18. vers.*Dictum*. pag.35.

NUNCIATURARUM *legitima Jura*; cum HIS persimiles fuerint tam *primae*, quàm *secundae* Ætatis LEGATIONES, sola excepta, quae *tunc* multò major erat, *Auctoritate*. Caeterum si ubi METROPOLITANIS tribuebantur *ampliores*, *uberioresque* Facultates, eae *sanctae*, et *legitimae* habebantur, nullamque notam *injuriae* subibant; non minus *legitimae*, nullaque prorsus *nota* dignae habendae sunt illae Facultates, quae *Metropolitanorum* causa, Ipsisque deprecantibus sublatae, atque ademptae *Indigenis* Nunciis in *Advenas* Nuncios, et in PONTIFICIOS DE LATERE LEGATOS transierunt: mutatio enim *personae* REM IPSAM minimè immutat, etsi *nova* esset. Sed *novum* minimè est, ut vidimus, ubi de *prima* temporis Epocha loqueremur, *mitti* ab APOSTOLICA SEDE *interdum* pro suae voluntatis arbitrio *è suo Latere* Ecclesiasticos Viros, qui *stabili* praediti Jurisdictione *Apostolicas vices* obirent. Quemadmodum verò *Legatorum*, *Vicariorum*, *Nunciorumque* Facultates ex eodem PRIMATUS fonte promanant, ita PRIMATUS hujusmodi Divinitus institutus cum nulli sit *mutationi* obnoxius, nulli quoque *mutationi* obnoxiae esse possunt STABILES LEGATIONES, *antiqua*, *media*, et *novissima* Ætate institutae ad omnia PRIMATUS munera quam cumulatissimè perfungenda. Contenditis Vos, Ven. Fratres, vestris Juribus vindicandis *Consuetudinem*, seu potius *corruptelam* sufficere; et negabitis adjumento esse posse Juribus APOSTOLICAE SEDIS protuendis POSSESSIONEM *omnium antiquissimam*, *constantemque* DISCIPLINAM, a *primis* Ecclesiae Saeculis ortum, progressumque repetentem? CUJUSLIBET ESTO JUDICIUM.

SE-

SECTIO VI.

Confirmatur
JUS STABILIUM NUNCIATURARUM
AUCTORITATE CONCILIORUM,
EXEMPLISQUE EPISCOPORUM,
et quatuor praesertim
METROPOLITARUM,
MOGUNTINI, TREVIRENSIS, COLONIENSIS,
atque
SALISBURGENSIS.

149. QUamvis satis ampla hujus Argumenti sit seges, illud tamen paucis absolvemus. Cum enim hucusque fusa oratione dixerimus de ECCLESIÆ DISCIPLINA *a primis Saeculis ad haec usque tempora*, oportuit, ut de CONCILIIS quoque non pauca loqueremur, a quibus STABILES LEGATIONES vel *commendatae* fuerunt, vel *in meliorem formam* redactae, et plura etiam dissereremus de EPISCOPORUM, et praecipuè de VESTRORUM DECESSORUM *Exemplis*, qui et inconcussa haec APOSTOLICÆ SEDIS, DIVINIQUE PRIMATUS Jura *confessi* sunt, et ea *exoptarunt*, atque contra *aliorum* conatus *vindicanda*, et *tuenda* susceperunt. Ne actum itaque agamus, ad ea, quae de *Conciliis* dicta sunt, sat erit prae omnibus addere PROVINCIALEM SYNODUM SALISBURGENSEM A. 1420., quae *Excommunicationis* poena esse in eos censuit animadvertendum, qui = *manifestè, vel occultè impediunt* LEGATOS APOSTOLICÆ SEDIS DE LATERE MISSOS *in Jurisdictionem, aut eis Commissa quomodolibet: similiter et illos, qui ad Curiam eorum* LEGATORUM, *vel* DELEGATORUM *venientes, aut ab inde recedentes* OFFENDANT *in Personis, aut bonis* = (359).

M m 150. Adjun-

(359) Can. 36. apud DALHAM pag. 101.

150. Adjungimus huic Synodo BASILEENSE quoque CONCILIUM, quod tantùm abest, ut unquam de *Legationibus abolendis* cogitaverit, ut, *intacto* relicto ROMANORUM PONTIFICUM *Jure*, animum tantummodo adjunxerit ad *coercendas* Facultates Legatorum, et ad auferendas Eisdem *Beneficiorum vacaturorum Reservationes* (360). Sed si *Concilium* imposuit quemdam dumtaxat LEGATORUM Facultatibus *modum*, sic ut *partem* tantummodò earumdem adimeret, jam patet, agnovisse ipsos *Basileenses* JUS LEGATIONUM, et *alias omnes* Legatorum Facultates, quae non fuerunt coercitae, *integras*, *intactasque* ipsa Concilii Lege mansisse.

151. Percurrite, Ven. Fratres, *Synodos omnes*, quotquot a Christiana Religione condita habitae sunt, et *plures* Vobis *Canones* occurrent, qui Pontificias Legationes *agnoscunt*, ac *reverentur*; *alii*, qui Legatorum Jura *commendant*; *alii* denique, qui Legationum, Legatorumque Facultates *arctioribus* quibusdam *vinculis* coercent, ut Legationes ipsae a quacumque *vitii suspicione* liberentur, utque Principibus, Episcopis, ac Populis *gratiores* reddantur; sed *Canonem* invenietis *nullum*, qui AD CASUM EXTRAORDINARIUM *tantummodo coercendum* unquam curaverit hoc PRIMATUS officium, quod ex Divina ipsa Institutione ita *stabile*, ac *perpetuum* oportet esse, ut nullis septum limitibus teneatur.

152. Ad EXEMPLA verò *Episcoporum*, *Vestrorumque* praesertim *Decessorum* quod attinet, clarioribus, et antiquioribus monumentis jam *superius* allatis nonnulla tantùm addemus, quae ad *ultimam* Epocham spectant, quaeque luculenter ostendunt, *voluntariae*, et *contentiosae* hodiernarum NUNCIATURARUM Jurisdictioni *debitum* semper EPISCOPORUM *consensum* accessisse. AD VOLUNTARIAM quod pertinet Jurisdictionem, A. 1514. *Vindobonensis Nuncius* CAMPEGGI ANDREAM

(360) Sess.31. Decr. *De Collation. Beneficior.* 9. *Reservationes*. apud LABB. Tom. XVII. col. 374. A. ADD.= *Collationes, quae per modum* PRÆVENTIONIS *fiunt*, PONTIFICI *confirmantur* (a Concilio Basileensi), *qui vel Ipse*, *vel* PER LEGATOS A LATERE *Jure illo uti queat* =; verba sunt CHRIST. GUIL. KOCH. cit. Libr.= *Sanctio Pragmatica etc.*=*Argument.* Cap. II. §. 4. pag. 66., ex cujus *Auctoris* sententia dilucide apparet, *Praeventiones* non fuisse *Legatis* a *Concilio* sublatas.

DREAM TRANTSMANDORFF *Decanum Salisburgensem* constituit *Notarium Apostolicum* in Oppido *Lantz* Pataviensis Dioecesis, deputavitque ipsum *Salisburgi* Archiepiscopum ad recipiendum ab eodem *Andrea* nomine Sanctae Sedis consuetum *Juramentum* (361). A. 1585. coacta est *Leodii* Synodus = *sub ERNESTO Duce Bavarico, Archiepiscopo* COLONIENSI, *Episcopo Leodiensi etc., PRÆSIDENTE JOANNE FRANCISCO BONOMIO Episcopo, et Comite Vercellensi* = (362); qui quidem BONOMIUS *primus* fuit STABILIS *ad Tractum Rheni* NUNCIUS; antea enim tam *Colonia*, quàm *Germania universa* STABILI VINDOBONENSI NUNCIATURÆ subdebatur (363).

153. Paullo post cum Praesul FRANGIPANE suffectus *Bonomio* fuisset, habuit Hic COLONIÆ DIŒCESANAM SYNODUM, et HEBDOMADARIAS DECANORUM CONGREGATIONES; cumque proprii officii partes esse comperisset, suas cogitationes, curasque ad *Ecclesiasticam* etiam *Disciplinam* convertere, novum concinnavit = *DIRECTORIUM ECCLESIASTICÆ DISCIPLINÆ, COLONIENSI PRÆSERTIM ECCLESIÆ ACCOMMODATUM, ADDITIS ETIAM POENIS IN TRANSGRESSORES, ET PRÆVARICATORES* =, *quando* (sunt Ipsius verba) *amplissima Sedis Apostolicae Auctoritate hac quoque in parte in Civitate, et Dioecesi Coloniensi fungebamur* =: Quod quidem Directorium cum publici juris fieri tunc nequivisset = *per nostram* (ut Ipse pergit) *è Dioecesi Coloniensi, et Superiori Germania in Provincias Belgicas ablegationem* =, in lucem, aspectumque hominum prodiit A. 1596., dicatumque fuit FERDINANDO *Principi Bavariae*, in suppetias ERNESTI Archiepiscopi *Coloniensis* electo, veluti ipsemet Praesul FRANGIPANE haec omnia in *Praefatione* testatur

(361) *Arch. Vatican.* Plut.XXIX. Tom.64. p.137. *terg.*

(362) Acta hujus Synodi prostant in Collection. *Concil. German.* Tom. VIII. pag.498., et seqq.

(363) Mittebantur enim *Legati*, sive *Nuncii Pontificii* ad *universam Alemanniam*, et ad ipsos *Imperatores*, pro Regnis, Statibus, Ditionibus, ac *Personis Sacro Romano Imperio*, et ipsis *Imperatoribus* etiam ratione *Patrimonii* subjectis, itaut Legati, et Nuncii possent Facultates Suas exercere, quamdiù ibi resederint, per *alia Germaniae Loca*, ad quae Eos declinare contigerit, ut verba ferunt *Brevium* Pontificiorum.

tur (364). Celebres sunt VISITATIONES institutae ab Episcopo *Lunen-Sarzanen.* JO. BAPT. SALVAGO *Nuncio Graeciensi* A. 1607. (365), et a Nunciis *Coloniensibus*, ALBERGATO per AA. 1613., et 1619. (366), CARAFA circa A. 1625. (367), et BUSSIO hoc ipso Saeculo, ab anno scilicet 1708. ad A. 1710. (368).

154. *Nunciorum* praeterea cura fuit CONFICIENDI ACTUS, et ritè *inquirendi* in illos Ecclesiasticos Viros, qui vel a *Capitulis Electi*, vel ab *Imperatore Nominati* praeficerentur *Ecclesiis Metropolitanis*, aut *Episcopalibus* (369). Laxare item consueverunt Nuncii *impedimenta Affinitatis*, *et Consanguinitatis* quoad Gradus remotiores; propereaque tam *Vestri Antecessores*, quàm *Vos*, *Vestrique Vicarii* nunquam denegarunt ad haec usque tempora *Testimonium Paupertatis* iis omnibus, qui *Nuncios* vellent adire ad *Dispensationes* hujusmodi impetrandas (370). *Nuncii* tandem *alios* plures cujusvis generis actus *voluntariae* Jurisdictionis exercuerunt, qui cum a nemine revocentur in dubium, hinc eorum congeriem consultò praetermittimus.

155. Ad CONTENTIOSÆ autem Jurisdictionis actus quod pertinet, quos laxis, ut ita dicamus, habenis exercuerunt *Nuncii*

(364) Vide Opusculum = *Riflessioni sul Pro-memoria* = ad §.18. pagg. 55. 56. 57. cum *Notis*.

(365) Ex speciali mandato PAULI V. Eidem communicato per Litteras diei 11. *Augusti* 1607. a Cardinali *Secretario Status* una cum *specialibus* facultatibus, durante Visitatione. *Archiv. Vatican. Regest.* Litterarum Card. *Burghesii* ad Nuncium *Graecien.* ab A. 1605. ad A. 1609. pag 250. *terg.*

(366) Cit. Opusc. = *Riflessioni etc.* = ad §.18. pag. 58.

(367) Prout Ipse refert *in Relatione* suae Legationis, quam typis *Leodiensibus* cusam publici juris fecit A. 1634. hac inscriptione = *Legatio Apostolica Petri Aloysii Carafae etc.* = §§. 22. 23. 26. pagg. 50. 55. 67.

(368) Ex *speciali* Pontificis commissione in Dioecesibus *Leodiensi*, *Osnabrucensi*, ac *Fuldensi*, uti omnibus notum est, confirmaturque ex ejus *Relatione* Cap. 6. pag. 103., & seqq.

(369) Nam sine iisdem Actibus, et Relationibus Episcopi creati non fuissent secundum ea, quae sancita fuerunt a *PP. Tridentinis* Sess. 22. de refor. Cap. 2., et Sess. 24. Cap. 1., approbataque in Concilio Provinciali *Salisburgensi* A. 1569. *Constit.* X. Cap. 1. et 2., ubi statuitur, ut Metropolitanus, vel alius vicinior Episcopus non possit PROCESSUM conficere, nisi = *Mandato prius a S. P. accepto* = DALHAM pag. 376.

(370) Vid. Opusc. = *Defense des Reflexions etc.* = pag. 90. vers. *L'Exercice*.

cii ante Concilii Tridentini tempora (371), quosque etiam *postea* cancellis veluti quibusdam circumdati exercuerunt sub oculis *Vestrorum Antecessorum*, et *Vestris*, *Vobisque* ipsis *tacentibus*, atque *probantibus* (372); ad hos actus, inquimus, quod pertinet, Nos profecto dies, et charta deficeret, si *Causas*, et *Sententias omnes* hic vellemus exscribere, quibus NUNCIATURARUM *Archiva* redundant, quaeque *Vestras Dioeceses* respiciunt, aliorumque *Episcoporum Germanicorum* (373). Illud interim dixisse sufficiat, non *alia* de causa in Curiis *Ecclesiasticis* antiquum morem, ad haec usque nostra tempora servatum, invaluisse conficiendi, & exscribendi Actus omnes *Latina* lingua (dum *laicae* Curiae lingua *Germanica* utuntur), nisi quia in Causis *Ecclesiasticis* poterant Partes suo lubitu aut ad *Metropolitanum*, aut ad SANCTAM SEDEM, aut ad NUNCIUM provocare (374): Qua

(371) Videlicet in Causis etiam *profanis*, et *primae* Instantiae.

(372) Id de *omnibus* Archiepiscopis, et Episcopis Germaniae fatetur inter *Protestantes* GEORGIUS LUD. BOEHMERUS in Opusculo = *Pensieri sopra il Congresso di Ems* = §.16. inquiens; = *Quello, che si potesse in tutto questo addurre a favore dei dritti della Corte di Roma ...., è il* POSSESSO, *in cui essa si trova per più anni .... di far esercitare per i Dicasterj eretti a Roma, o* PER I SUOI NUNZJ *quei dritti Vescovili, la restituzione dei quali rimirano i punti di Ems. Intorno a ciò guadagnò la Corte di Roma ne' tempi passati il vantaggio, che* I VESCOVI DI GERMANIA PER PARTE LORO SE NE CONTENTASSERO, E CHE TACITAMENTE CONSENTISSERO =.

(373) De *Nunciatura Coloniensi* haec testatus est *Coloniae* Notarius: = *Se Voi cercate di mettere insieme* TUTTI GLI ATTI GIUDICIARJ *della Nunziatura di Colonia nei tempi* SOLI, *ne' quali regnarono* MASSIMILIANO ENRICO, GIUSEPPE CLEMENTE AUGUSTO, *e* MASSIMILIANO FEDERIGO, *vi converrà perciò di prendere a pigione un* CASAMENTO APPOSTA, *perchè son certo, che il Quartiere, che Voi abitate, non li concorrebbe senza incommodarsi, e restringersi in un modo assai spiacente.* I PRIMI *Anni dell'Elettore* MASSIMILIANO D'AUSTRIA *in proporzione presentano lo* STESSO NUMERO DI ATTI GIURISDIZIONALI ESERCITATI DAL NUNZIO =, ut refert Opusc. = *Riflessioni etc.* = ad §.42. pag.113. *a.*, ubi sic additur: = *Se ne vuole una prova* MINISTERIALE? *si troverà nel Decreto del Gran Vicario dell'Elettore Regnante, in data dei 12. Ottobre 1785., ove si dice*: Ogni giurisdizione essendo cessata etc. QUELLO CHE NON ESISTE, NON CESSA. =

(374) Ob haec, aliaque *Ecclesiastica*, et *Religionis* negocia, de quibus Aula

Quamobrem decuit quammaximè, ut in *Actis* exercendis is *sermo* adhiberetur, qui esset cum *omni Natione* communis, quemque APOSTOLICA SEDES, *Nunciique* ipsi callerent, veluti BOEHMERUS testatur (375).

156. Non *privati* homines tantum, sed imo ARCHIEPISCOPI, et PRINCIPES ipsi in Causis *Ecclesiasticis* NUNCIOS adibant, Eorumdemque *Judicia* expostulabant. = *Cum* FELICIANUS *Nuncius Pontificius ante Annos biscentum Episcopatus Ratisbonensis Administrator institueretur, tantùm abfuit* AB ARCHIEPISCOPATU SALISBURGENSI *querelas fuisse motas, ut* IPSE ARCHIEPISCOPUS *ad expediendum Se a quibusdam sui Capituli usurpationibus*, CONSILIUM, OPEMQUE NUNCII IMPLORAVERIT. QUOMODO' MUTATA SUNT TEMPORA! = (376) Nec mirum: cum ab anno usque 1373. PILIGRINUS Archiepiscopus *Salisburgensis* Se NUNCII Jurisdictioni obnoxium agnosceret, veluti missa ad Eum *Acta* in Causa *Decimarum* confecta testantur (377).

157. *Archiepiscopus Trevirensis* (378), et *Trevirense Consistorium* (379) NUNCIO SPINOLÆ certatim declararunt, = *mentis minimè esse, Appellationum, quae in Causis Ecclesiasticis* AD NUNCIATURAM *ritè interponuntur, cursui ullam injicere remoram* =: quinimò *Archiepiscopus* ipse fateri debuit, *Appellationes* . . . AD NUNCIATURAM COLONIENSEM, *aut ad Curiam Romanam semper fuisse devolutas* = (380); nec dubi-

Aula Imperialis, ejusque Tribunalia agere identidem debent cum S.Sede, pollicetur etiam *Imperator* in *Capitulatione* Artic.XXIII. §.3. = *de ne nous servir d'autres langues en notre Cour Imperiale dans les écrits et Negociations regardants l'Empire, que de l'Allemande, et de* LA LATINE . . . *usitèes en notre Conseil Aulique de l'Empire* =. B. DE SPON pag.407.

(375) *Jus univers. Catholic.*, *et Protest.* Tit. *de Offic. Vicar.* § 6.

(376) Verba sunt L.WEISMANN in *Animadvers. Jur. ad Congress.Emsen.*§.22.*B.*,qui id testatur ex *epistola Salisburgensis Archiepiscopi*,quam refert OEFELE tom.II. pagg.306. 339.

(377) Consulenda epistola PILIGRINI ad *Archidiaconos* pro *executione* Processus decimatorii a *Nuntio* peracti,de qua agit N.58. in Cap.VII.

(378) Litteris diei 27.*Novembris* 1744., et 4. *Aprilis* 1745. ab ejus *Officialatu* scriptis, quae prostant in *Archivo Nunciaturae Coloniensis*.

(379) Litteris diei 3. *Aprilis* 1749. *Archiv. Vatic. Reg. Litterar. Nuncii Colonien.* A.1749. pag.50.

(380) Litteris diei 19. *Septembris* 1756 ad Actorem Negociorum, tunc Advocatum *Fargna*, in Urbe scriptis.

dubitavit denique constantem animi sui sententiam patefacere his verbis : = *Ejus quidem mentis non sumus*, *ut* NUNCIATURÆ COLONIENSIS AUCTORITATEM ALIQUALITER IMPETERE, *aut* CAUSARUM DEVOLUTIONEM, QUÆ AD ILLAM SPECTAT, IMPEDIRE *velimus*, *imò praecipuè cordi Nobis est*, *ut quaecumque amaritudo*, *et collusio studiosé evitetur* = (381).

158. Ubi *Episcopus Herbipolensis*, et *Abbas Fuldensis* ad omnem de Jurisdictione enatam inter Se *controversiam* extinguendam solemni ritu A. 1751. *Concordiam* inierunt, insequenti mox anno a BENEDICTO XIV. Apostolica Auctoritate firmatam, pacto inter Eos conventum est, ut a Sententiis Fori Ecclesiastici Fuldensis = *liberum sit appellare vel ad Curiam Ecclesiasticam Herbipol.*, *vel* AD NUNCIATURAM COLON., *vel si libuerit*, *nullo interposito medio*, *ad ipsam Sedem Apostolicam* = (382).

159. Tandem *Vestri Antecessores*, *Germanicique Episcopi omnes* maxima animi observantia prosecuti sunt *semper* Jurisdictionem, Auctoritatemque *Nunciorum*, parique cultu, et obsequio illam suspexerunt UNIVERSITATES, quas inter non ultimum locum obtinet *Lovaniensis*. Haec enim A. 1574., datis ad *Nuncium* GROPPERUM Litteris, PONTIFICEM summopere *rogandum* duxit, ut *alium Nuncium illuc* mitteret, qui in TRIDENTINARUM SANCTIONUM *custodiam* animo excubaret, in eam scilicet partem, quae tanti interest, quaeque NUNCIORUM oneris *non levem* partem constituit (383). Hinc videtis, quàm meritò Auctor ille WEISMANN exclamaverit, =QUOMODO MUTATA SUNT TEMPORA ! = Sed mutatae rei *novitas* tùm Vestrae Causae injustitiam patefacit, tum anteferri nunquam poterit *vetustissimae antiquitati* ECCLESIASTICÆ DISCIPLINÆ, quam *Conciliorum* vallat *Auctoritas*, quamque *Metropolita-*

(381) In quodam = *Pro-memoria* = Cardinali Secretario Status exhibito A.1757.

(382) *Constit.*, quae incip. = *Ineffabili* = *diei 1. Octobris* 1752. §. 16. *Bullar. Benedict.* Tom. IV. num. III. pag. 26.

(383) Epistola *Facultatis Theologicae Universitatis Lovaniensis* diei 28. *Martii* legitur in = *Recueil des Representations etc.* = Par. Eccles. V. pag. 288., et seqq.

litarum, aliorumque Germanicorum *Epiſcoporum Exempla* confirmant. Recte BONIFACIUS *Epiſcopos per Theſsaliam conſtitutos* edocuit : = CESSET NOVELLA PRÆSUMPTIO, NEMO AUDEAT SPERARE QUOD NON LICET = (384).

(384) Epiſt. IX. ex lectis in cit. Concilio *Romano* III. apud LABBÆUM Tom.V. col.850. C.

SE-

SECTIO VII.

Confirmatur denique

JUS STABILIUM NUNCIATURARUM

EXEMPLIS

IMPERATORUM, ET IMPERII;

CELEBRIORUMQUE JURECONSULTORUM GERMANICORUM

ETIAM PROTESTANTIUM

AUCTORITATE.

160. SI *quantum inservitur* (sapientissimè scripsit SIXTUS III. *Episcopis Synodo apud Thessalonicam congregandis* adversus Episcopos quosdam *Auctoritatem Apostolici Vicarii* oppugnantes) SI QUANTUM INSERVITUR LEGIBUS, *et* PRINCIPUM CONSTITUTIS, *quae sunt temporalia*, *et mutantur*, *et saepe saepius abolentur*, *tantum* DIVINIS LEGIBUS, ÆTERNISQUE MANDATIS OBEDIENTIÆ *praestaremus*, *essemus profecto* HUMANÆ BEATITUDINIS *compotes*, *et* MUNDANÆ VEXATIONIS MOLESTIAS *vitaremus* = (385). Loquentibus Nobis de *Imperii*, deque *Imperatorum EXEMPLIS* (386) nunquam venit in mentem, ut si Constitutiones Illorum *pugnent* cum Constitutionibus Primae Sedis, aliquid Nobis pareant *obstaculi*, veluti Tua fuit, Archiepiscope *Salisburgensis*, sententia (387). Nemo quippe ignorat, has *duas Potestates* et esse inter Se sejunctas, et ita institutas, ut *Una* non pendeat *ab Altera* [C. IV. N. 90. 91. 92.], ita ut in rebus *Ecclesiasticis*, et in Regimine *Religionis* eatenus valeant *Civiles* Leges, quatenus Legibus *cohaerentes* AB ECCLESIÆ CAPITE profectis ipsam Ecclesiae Auctoritatem *firment*, atque *communiant*, eo scilicet *Tutelae*, et *Patrocinii* munere, quo CATHOLICI PRINCIPES erga MA-

Nn TREM

(385) Epist. XV. ex lectis in Concilio *Romano* III. apud LABB. cit. Tom. V. col. 855. B.

(386) Litteris in forma *Brevis* diei 18. *Octobris* 1786. ad defunctum Episcopum *Frisingensem* datis §. *Et revera*. in Opusc. = *Veritable état* = pagg. 63. 64.

(387) Epistola diei 24. *Novembris* 1788. *Pontifici* scripta §. *Quod si*, vers. *Denique*.

TREM Se fungi gloriantur. Secus enim *omni* vi destituuntur Leges hujusmodi, et extra omnem disceptationem *solae* suum sibi vindicant locum ROMANI PONTIFICIS *Constitutiones*, et *Leges*, quae *Imperiali Sanctione* non indigent.

161. Nil est inter *Catholicos* hac opinione certius, atque exploratius (388); imo ab *Imperatoribus* ipsis probata est, et praesertim a THEODOSIO, et VALENTINIANO Litteris = ACTIO *Viro Illustri Comiti, et Magistro utriusque Militiae* = datis, dignis sane, quae majori animadversione pendantur. = *Cum igitur*, ajebant Illi, SEDIS APOSTOLICÆ PRIMATUM *S. Petri meritum*, *qui* PRINCEPS EST EPISCOPALIS CORONÆ, *et* ROMANÆ DIGNITAS CIVITATIS, *Sacrae etiam Synodi firmarit auctoritas*, *ne quid* PRÆTER AUCTORITATEM SEDIS ISTIUS *illicitum* PRÆSUMPTIO *attentare nitatur*; *tunc enim demum* ECCLESIARUM PAX *ubique servabitur*, SI RECTOREM SUUM AGNOSCAT UNIVERSITAS . . . ; *per ordinem Religiosi Viri*. URBIS PAPÆ . . . . LATA SENTENTIA EST . . . . . PER GALLIAS ETIAM SINE IMPERIALI SANCTIONE VALITURA. QUID ENIM TANTI PONTIFICIS AUCTORITATI IN ECCLESIA NON LICERET? *Sed Nostram quoque praeceptionem*, *haec ratio provocavit* . . . *Hoc perenni Sanctione decernimus*, NE QUID *tam Episcopis Gallicanis*, *quam aliarum Provinciarum contra Consuetudinem veterem liceat* SINE VIRI VENERABILIS PAPÆ URBIS ÆTERNÆ AUCTORITATE TENTARE: *sed omnibusque*

(388) Vis veritatis hanc confessionem extorsit ab ore ipsiusmet *Auctoris Anonymi* Opusculi = *Istoria Prammatica* = haec §. 32. ajentis; = *La Potestà* SECOLARE *de' Regenti* CATTOLICI *non deve certamente* APPROPRIARSI *i diritti della* ECCLESIASTICA, *nè esercitare una* SUPERIORITA' *sopra la medesima*. *Questa proposizione è conforme al* SISTEMA *della* CHIESA CATTOLICA, *ed alla* INDIPENDENZA INTIERA *delle due supreme Potestà*, *in cui il bene* SPIRITUALE *dell' Uomo deve separarsi dal* TEMPORALE, *e la Potestà* ECCLESIASTICA *dalla* SECOLARE =. Et paulo post addit; = *Tutto quello adunque*, *che in un tal caso può chiedersi dalla Potestà* SECOLARE, *consiste in ciò*, *che le sue* DISPOSIZIONI ESECUTIVE *siano conformi alle* LEGGI FONDAMENTALI *della* CHIESA, *e dello Stato*. =

que PRO LEGE *ſit*, *quidquid* SANXIT, *vel* SANXERIT APOSTOLICÆ SEDIS AUCTORITAS = (389).

162. Haec prae oculis habentes, et *aliàs* (390) affirmavimus, et modò affirmamus, adeo *Imperatores*, *Imperiumque* abfuisse a *prohibenda*, aut *intercipienda* VICARIORUM, LEGATORUM, NUNCIORUMQUE *Juriſdictione*, ut imo illam juvandam, confovendamque putaverint. Silentio hic praetermittimus, *Theodoſianum Reſcriptum* alterius Rescripti *abrogatorium*, iteratas JUSTINIANI *petitiones*, FRIDERICI I. *declarationem*, tot denique aliorum IMPERII PROCERUM, reliquarumque CATHOLICARUM DITIONUM PRINCIPUM *poſtulationes* tam saepe instauratas non *alio* consilio, nisi ut Sibi habere licuisset vel STABILEM VICARIUM, vel LEGATUM NATUM, vel PERPETUUM NUNCIUM juxta *morem* aut *Prima*, *aut Secunda*, aut *Tertia* temporis Epocha in Ecclesia *receptum*. Haec omnia libenter omittimus, propterea quod *ſuperius* a Nobis commemorata jam sunt [Sect. III. IV. V.]: sed praestat, ut ea memoriae mandentur, semperque ob oculos obversentur, utpote ad pertinacissimum quemque reviucendum aptissima. Tot enim IMPERATORES, et PRINCIPES neque *expoſtulaſſent* unquam, neque unquam apud Se *detinuiſſent* VICARIOS, LEGATOS, et NUNCIOS *ſtabili Juriſdictione pollentes*, si Eorum *fixam* Sedem, ac *ſtabile* domicilium putassent (ut minutuli quidam *Scriptores* calumniantur), esse ARTIFICIOSAM ROMANÆ AULÆ NOVITATEM ad suam *Potentiam amplificandam*, et ad *deprimendam* adversus Imperiales Leges ECCLESLÆ GERMANICÆ *Libertatem*.

163. Hinc argumenti satis est, (more suo copiosè, nervoseque disserit THOMASSINUS) ut existimemus, = *ſi quando olim* VICARIATUS APOSTOLICOS *voluerint* ROMANI PONTIFICES *eſſe* PERPETUOS; *quod genus fuere*, *qui conceſſi quondam*

(389) *Legum Novellarum* Lib. I. Tit. 24. *De Epiſcoporum Ordinatione* post *Cod. Theodoſ.* JAC. GOTHOFREDI edit. *Lipſiae* Tom. VI. Par. II. pag. 67., et MATTH. RADERUS in = *Aula Sancta res geſtas Theodoſii Imp. complexa* = edita *Monachii* A. 1614. pagg. 64. 65. 66. ADD. Adi Librum = *L'Epiſcopato* = Cap. III. n. 33. 34. pag. 71. et seqq., ubi haec *Theodoſiana* Constitutio declaratur, vindicaturque a quibusdam fallaciis Auctoris Calviniani *Samuelis Baſnage*.

(390) In cit. Litteris ad Episcopum *Friſingenſem*.

dam ſunt Theſſalonicae, *Juſtinianae*, *Arelati*, *Hiſpali*, *Toleto*, *Moguntiaeque*, UNI ECCLESIARUM UTILITATI *Eos inſervisse*, *et* HOC UNO STIMULO *impulsos fuiſſe*, *ut novi aliquid jugi Eccleſiis imponerent*, *et Metropolitis* . . . *Nec* JUSTINIANUS IMPERATOR *pervicisset*, *hujusmodi* APOSTOLICA DELEGATIONE *illustrari suam* NOVAM JUSTINIANAM, *nec* CINDESIUNTHES TOLETUM, *nec* FRANCORUM REGES ARELATEM, *nec* GOTTHI, LONGOBARDIQUE REGES AQUILEJAM, *nec* MOGUNTINAM CAROLOMANNUS, *et* PIPINUS *vix multis precibus* EXORASSENT *ornari ejusdem Dignitatis splendore*, *si vel in mentem Eis venire potuisset*, NOVAS HAS ESSE ARTES, *et* INUSITATAS MACHINAS PROPAGANDÆ DOMINATIONIS ROMANORUM PONTIFICUM, *et* NOVO SERVITUTIS JUGO OPPRIMENDÆ ANTIQUISSIMÆ LIBERTATIS ECCLESIASTICÆ IN SUIS REGNIS. *Sensere igitur illi* LONGE ALITER, NOVUM *scilicet* HINC ECCLESIIS SUIS SPLENDOREM ACCEDERE, *qui et in ipsum etiam* REGNUM *refunderetur* : LIBERTATEMQUE *et* ANTISTITUM *et* ECCLESIARUM *eo* MAJOREM *fore*, *ac* FIRMIOREM, *quod apud sese*, *idest ab Exarcho proprio*, *sive Primate*, *Causae quaeque Majores finirentur* . . . *A vero ergo*, *et aequo propius aberis*, SI ITA EXISTIMES, *eo maximè*, *et frequentissimè ad* PRIMATUM *institutionem instigatos fuiſſe* REGES, *et* PONTIFICES; QUOD DISCIPLINAM ECCLESIASTICAM, VEL INTEGRAM SERVARI, VEL INTEGRITATI SUÆ REDDI PERCUPERENT = (391).

164. Quod silentio praeterire non possumus, sunt CONCORDATA *Aſchaffenburgi* inita A. 1448. inter S. Sedem, et Nationem, IMPERII RECESSUS A. 1654., et CAPITULATIO

(391) Cit. Lib. I. Cap. 31. n. 7. et 8. Hae, aliaeque Ecclesiasticae Disciplinae consonae THOMASSINI sententiae, quae in hac *Responsione* leguntur, *omittentur* fortasse in *nova* Operum eruditi hujus Auctoris *editione*, quam *expurgatam a mendis*, ut ipsi loquuntur, pluries polliciti sunt recentiores *Germanici* Scriptores; *collectitiis* forsan *pecuniis* illis ad *depravatos* Libros edendos, gratisque divulgandos paratis, de quibus loquitur, ac *Anecdota* quaedam refert DOCTOR INGOLSTADIENSIS *Colloq. XXI.* pag. 163.

TIO CÆSAREA ejusdem anni, ad quam fuit hujusmodi *Recessus* adjunctus *Articulo* XVI. et XVII., ita ut adjectio hujusmodi locum sibi postea vindicaverit *Artic.* XIX., deindeque Artic. XIV. in *omnibus Capitulationibus*, quae ad praesentem usque IMPERATOREM sunt consecutae. Ad *Concordata* quod attinet, fit ibi mentio = *quorumcumque* LEGATORUM *deputatorum*, *seu missorum hactenus*, *vel deputandorum*, *vel mittendorum imposterum* =; et Apostolicae Sedis Collationi Beneficia servantur, quae Ipsi possiderent, = *ubicumque dictos* LEGATOS, *antequam ad Curiam Romanam redierint*, *rebus eximi contigerit humanis* = (392); quodque caput est, *integrum* S. SEDI relinquitur *Jus* NUNCIORUM etiam *imposterum mittendorum*, *nullo* Ipsorum *numero praefinito*, *nullaque* insuper *adjecta conditione*. RECESSUS autem, et CAPITULATIONES CÆSAREÆ *prohibendos* quidem NUNCIOS curarunt, quominus in Causis *Civilibus* Jurisdictione uterentur, sed palam agnoscunt *stabilem* NUNCIATURARUM *Jurisdictionem*, tanto jam tempore per *Germaniam* institutarum, veluti Nos defuncto *Frisingensi* Episcopo demonstravimus (393).

165. Nihil moramur ea, quae dicta sunt contra Nostram de *Concordato* demonstrationem; despicienda enim sunt magis, quàm refutanda. Et sane quid levius HERMANNI *Responsione* ad Nostras Litteras (394)? Propterea enim ille *nihili* aestimandam censet mentionem LEGATORUM in *Concordatis* habitam, quia = *non si parla quì dei* LEGATI PAPALI, *i quali vengono mandati in* GERMANIA = (395). Ergone *Germanica Natio*, cum LEGATOS inter *transigendum* nominavit, non de Legatis, et Nunciis verba faciebat, qui *ad Se* mittebantur, sed, ut fert HER-

(392) §. *Placet Nobis* 3. in Collectione *Horixiana* Tom. I. n. VII. pagg. 164. 165. ADD. Apud KOCH in cit. *Syllog. Document.* num. XIV. pag. 217. (27), ubi, quod speciali animadversione dignum est, refert quidem varias *Legatorum* species, et *Nuncios* recenset, sed nihil habet de *Legatis Extraordinariis*, quos *Recentiores* nonnulli perperam *hic* comminiscuntur.

(393) Cit. Litteris §. *Sed si de Recessibus*, unde apparet, quam graviter erret *Auctor* Scripti = *Pro-Memoria alla Dieta* = inquiens, = *Questa giurisdizione dei Nunzj era già Loro interdetta dai Concordati* = §. 10. in Opusc. = *Riflessioni etc.* = pag. 37.

(394) In Opusculo = *Riflessioni esposte al Pubblico con Germana schiettezza. Damiata* 1787. =

(395) §. XIV. pag. 14.

Digitized by Google

HERMANNI sententia, de iis loquebatur LEGATIS, et NUNCIIS, qui in *Galliam*, in *Hispaniam*, et in alia mittebantur *Regna*, quibuscum *nulla illi Nationi res erat*? Huc usque profectò *Transactionum verba* intellecta semper fuerunt de *iis Personis*, *& rebus*, quae ad *Transigentes ipsos* spectarent.

166. Agnoscit & Ille suae responsionis *levitatem*, adeoque subdit, = *se ciò vuole interpetrarsi per rapporto alla* GERMANIA, *non ha proibito l'Imperatore*, *che secondo le circostanze richiedono vengano dei Legati Papali in Germania*, *solamente ha tolto* LA GIURISDIZIONE DEI NUNZJ: QUESTA NON E' ANNESSA AI CONCORDATI = (396). At altera haec animadversio, quam *Alii* etiam sectantur (397), hanc unam ob causam, quia *Nunciaturae* cum *Jurisdictione* conjunctae *post Concordati tempus* incoeperint; haec, inquimus, animadversio, quàm levis sit, satis sua fallacia se prodit. *Tempore* enim Concordati non deerant profecto *stabiles cum Jurisdictione* LEGATIONES penes unum, aut alterum *Metropolitanum*, qui tunc LEGATORUM NATORUM nomine nuncupabantur. Praeterea *alii* tunc saepe mittebantur a LATERE LEGATI, *majori* etiam praediti Jurisdictione, quàm NUNCII, veluti ostensum est *supra* [§. 126.]. Nihil igitur refert, quod nondum *tunc* invectae essent in *Germaniam* hodiernae NUNCIATURÆ, semel ac invectae *jam* fuerant STABILES LEGATIONES, quas postmodum exceperunt NUNCIATURÆ, illarum Legationum simillimae. Quemadmodum verò Concordata mentionem habent = *quorumcumque Legatorum*, *seu missorum hactenus*, *vel* DEPUTANDORUM, *aut* MITTENDORUM IN POSTERUM =; ita ambigi non potest, quin verba *indiscriminatim* fecerint tam de LEGATIS deputatis, vel *deputandis*, quàm de LEGATIS E LATERE missis, vel *mittendis*. Et rursus quemadmodum Concordata *utrumque* horum LEGATORUM *genus* agnoscunt *in eo Statu*, in quo tunc solebant vel deputari, vel mitti cum adjuncta *potestate*, et *Jurisdictione*, jam illud consequitur, eam, de qua loquimur, *Jurisdictionem* CONCORDATIS contineri, et in iis *pro legitima* agnosci.

167. Dolet HERMANNO, quod circa Nunciorum *nume-*

rum

(396) Cit. §. pag. 15.
(397) Hos inter *Auctor* Libelli = *Istoria Trammatica* = §. 52.

rum ne leve quidem indicium in Concordatis occurrat; ex quo circumscriptus esse videatur; magisque insuper dolet, quod ibi mentio fiat de Beneficiis = *quorumcumque Legatorum deputandorum*, *vel mittendorum* =, non jam pro rerum opportunitate, sed *pro S. Sedis arbitrio*. Hinc effati hujus = *il numero de' Nunzj non è fissato ne' Concordati* = veritatem profiteri coactus his verbis = QUI NON V' HA DUBBIO ALCUNO =, relicto Concordato, vertit se ad *Articulum XVIII. Capitulationis* CAROLI V., quem reddit his verbis; = *Avremo a cuore, e procureremo, che non si tratti in conto alcuno del Papa per la moltiplicità, e ingrandimento degl' impieghi della Corte di Roma* = (398).

168. At cavillatio haec est aliis longè deterior. Romanae enim Aulae *munera*, quae *Articulus Carolinae Capitulationis* (399) indigitat, sunt ea munera, quae ROMÆ *multiplicata* reddere fortasse poterant *sumptuosiores* tam Dispensationes, quàm Resignationes, et id genus alia; nihilque prorsus *commune* habent cum NUNCIATURIS, de quibus suo *peculiari* loco agit *Carolina Capitulatio*, aliaeque huic *simillimae* Capitulationes, ubi nempe agunt de *civilibus* Causis (400), veluti mox *infra* patebit, ubi de his recurret sermo. Et sane nemini hactenus venit in mentem, *Articulum* hunc Carolinae Capitulationis de nulla alia re agentem, nisi de adhibendis officiis, *ne Romana munera multiplicarentur*, potuisse NUNCIOS respicere, et CONCORDATUM ipsum infringere, vi cujus agnitum diserte est, posse Pontificem vel in Germania *eligere*, vel *illuc mittere* QUOSCUMQUE LEGATOS.

169. Quod adeo verum est, ut *Auctor* quidam ex vestris redactus ad incitas desperatam provinciam assumat defendendi, servari CONCORDATUM non deberi ex eo, quod *legitimo titulo* ROMANUS PONTIFEX destituatur (401). Dignum sane commen-

(398) §. XX. pag. 15.

(399) Sive potius Capitulationis FERDINANDI IV., in qua *Articulus* tunc XVII. nunc XIV., ex cujus § 1. desumpta sunt verba ab *Hermanno* relata, *primum* adjectus fuit, prout testatur JO. LIMNÆUS ad *Articulum XVII.* hujus *Capitulationis* his verbis: = *Totus hic Articulus novus est* = *Annotam. in Capitulat.* pag. 836.

(400) §. 4. ejusdem *Artic.* XIV. Capitulationis *Ferdinandinae*, scilicet postquam in §§. *antecedentibus* vindicata fuerunt Jura, Statuta, et Consuetudines *Archiepiscoporum*, et *Capitulorum* Ecclesiarum Germaniae.

(401) Opusc. = *Istoria Prammatica etc.* = §. 52.

mentum Iis; qui ubi de S. SEDE agitur, *Jus* omne; ac *Poſſeſſionem* deſpiciunt, *Pacta ſolemniora* aſpernantur, *Legesque humanas* aeque ac *Divinas* contemnunt, atque peſſumdant (402).

170. Multò magis aqua haeret hoſtibus Apoſtolicae Sedis; cum ad RECESSUM A. 1654., et ad CAPITULATIONEM CÆSAREAM ventum eſt; ita ut in his explicandis unus adverſus alterum pugnet. Si HERMANNO credimus, in *Receſſu*, et in *Capitulatione* tam de Cauſis *Eccleſiaſticis*, quàm de *profanis* eſt actum (403): affirmat enim, fuiſſe Cauſas *profanas* NUNCIATURIS *ademptas*, ſed *ſervatam* PONTIFICI putat *Juriſdictionem* = *nelle coſe riconoſciute appartenere* ALL' ECCLESIASTICO: QUESTA FINORA NON GLI E' STATA CONTRASTATA DA NESSUNO. *Ma come dovrà Egli eſercitarla? Per mezzo de' Nunzj? Ciò appunto non è eſpreſſo, nè ſi trova nella Capitolazione* = (404).

171. Si verò *Auctorem* audimus *Hiſtoriae Pragmaticae* (405), cui

(402) Commentum huiuſmodi agnovit, objecitque contra *Proteſtantes Pfeffingerum*, *Hyppolitum*, *Moſerum*, aliosque *Concordatorum* hoſtes affirmantes, = *Concordata malis artibus Germaniae eſſe obtruſa* =, et ignorantiam paciſcentium *cauſam efficientem* eſſe Concordatorum, idem P. HEDDERICH in = *Diſſ. ad Concordata Germaniae* = Par. II. §. 6. loc. cit. pag. 195., ubi praefractè defendit, = *Concordatis tamquam* PACTIS PUBLICIS, *et* LEGI FUNDAMENTALI IMPERII *ſanctiſſimè inſiſtendum eſſe* = : idemque repetit in = *Diſſ. de menſibus Papalibus* = §. 16.; quod ipſum ſentit ENDRES, quos citat, ſequiturque WEISMANN = *Nuove Oſſervazioni etc.* = ad n. 71. et 72. (*). Quantae autem *utilitatis* ſit Concordatum univerſae Nationi probat ZALLWEIN cit. Opere = *Princip. Jur. Eccleſ.* = Tom. III. qu. II. Cap. 3. §. 8. pag. 310. ſeqq. ADD. Quae porro ſit vis *Concordatorum quorumvis* accipiant Germani ab ipſis *Friderici* III. Legatis ad *Eugenium IV.*, et *Nicolaum V.* in *Relatione Æneae Silvii* ad eumdem Imp. ita ajentibus: = *Haec omnia nomine Regio promiſimus*, *quia ſic inſtructiones noſtrae nos admonebant*, NUNC REGI INCUMBIT QUOD PROMISSUM EST FACERE. *Ipſe enim, non nos promiſimus.* QUICUMQUE PACTA SIBI SERVARI VULT, NE VIOLATOR PACTORUM INVENIATUR, CAVEAT. *Reciproca ſunt ultro citroque beneficia. Qui facit, recipit. Otioſo nemo beneficus eſt* = : eademque repetuntur ſenſa in *fine* ejuſdem *Relationis*, quae, ut jam diximus, refertur a KOCH in *Syllog. Document.* n. XXX. pag. 324. et p. 336.

(403) §. XLII. Vers. *Gli Elettori*. pag. 27.

(404) §. XLIII. cit. pag. 27.

(405) §§. 54. 55. 56.

cui Tu quoque adhaeres, Archiepiscope *Moguntine*, (406) nec actum est, nec agi potuit de Causis *Ecclesiasticis*, semel atque petitio omnis a *Camera Imperiali* profluebat; ad quam quidem quantum *civiles* pertinent Causae, tantum = *Jurisdictio in Causis, et negotiis Ecclesiasiticis Cameram Imperialem nullatenus tangebat, hinc et nullam mentionem de ea faciebat* = nec in Propositione, nec in Deliberatione (407).

172. Facile erit *Utrumque* in diversa abeuntem revincere, ac refutare, si paullulum splendoris, ac lucis huic *Articulo* afferamus *ex iisdem monumentis*, quae profert *Uterque*. RECESSUS, et CAPITULATIONIS *tempore* erant jam multos ante annos per Germaniam invectae NUNCIATURÆ cum *stabili* Jurisdictione conjunctae. Quamvis autem illarum *Jurisdictio* verius fuisset pro Causis *Ecclesiasticis* data, in Dioecesibus tamen *Coloniensi*, *Leodiensi*, *Monasteriensi*, aliisque in Locis erat *antiqua Consuetudine* receptum, quam IMPERATORES quoque in *Comitiis generalibus* probaverant (408), ut Laici possent, si vellent, Causas *profanas* deferre *ad Officiales Ecclesiasticos*, et in gradu *Appellationis* ad NUNTIOS, et etiam ad URBEM (409): ex quo factum est, ut NUNCII tam *Ecclesiasticas*, quàm *profanas* Causas cognoscerent. Ad Causas *Ecclesiasticas* quod spectat, in toto Imperio fuit nemo, qui pro *legitima*, ac *justa* NUN-

Oo CIO-

(406) *Encycl.* ad *Suffragantes Comitiorum* missa §. *Caeterum*. cum seqq., et epist. ad *Pontificem* data die 26. *Novembris* 1788. §. *Provocatur quoque.* ADD. Eidem *Auctori* adhaeret quoque Elector COLONIENSIS in ejus = *Pro-Memoria* = §.69. cit. Opusc. = *Riflessioni etc.* = pag.179.

(407) Cit. §. *Provocatur*.

(408) Ut probavit JOANNES A CHOKIER in Opusc. = *Vindiciae Libertatis Ecclesiasticae*. = *Leodii* A. 1630. Par.I., nec non JOS. CARD. SACRIPANTE in alio Opusc. = *Defensio Jurisdict. Ecclesiast. circa Appellat. ab Officiali Leodiense in Causis profanis inter Laicos ad Superiores Ecclesiasticos*. = *Romae* 1688., quod Opusculum citat *Auctor* Libelli = *Istoria Prammatica* = §.54.

(409) In *Concordato* a Natione *Germanica* inito cum *Martino V.* in Concilio *Constantiensi* conventum fuerat, ut Causae etiam, quae ad Forum *Ecclesiasticum* de Jure, vel Consuetudine *non* pertinent, possent *consensu Partium* in Curia cognosci, vel extra committi. Vid. LABBÆUM Tom.XVI. Col.724. n.V., quod Concordatum memorat NELLER in Dis. *De certis S. Concili Basileen. Decret.* §.16. * * loc.cit.p.308.

CIORUM *Jurisdictionem* agnoscere detrectaret, sive de IMPERATORE loquamur, sive de CAMERA IMPERIALI, sive denique de ARCHIEPISCOPORUM, EPISCOPORUMQUE *Tribunalibus*. Sed ad *profanas* Causas quod attinet, eam oppugnare coeperunt *Electores Ecclesiastici* primùm affirmantes, si permittebant Ipsi, *profanas* Causas *ad suos Officiales Ecclesiasticos* deferri, id Se uti *Principes*, non uti Archi-Episcopos permisisse. Hinc ad *Cameram Imperialem* ventum est, quae quàm facili negotio *Mandata Cassatoria* edidit *adversus* NUNCIORUM *Judicia* in Causis *profanis* (410), tantum sibi abstinendum duxit a *Jurisdictione* NUNCIORUM in Causis ECCLESIASTICIS *impedienda*, et *intercidenda*.

173. E contra NUNCII freti praesertim *Consuetudine*, qua fovebantur, haud Sibi temperandum putabant esse a Causis *profanis* cognoscendis, = *Sed saepius per contraria Mandata Cassatoria ad parendum adigebant Partes sub gravi mulcta, et Censuris Ecclesiasticis* =. Hinc *Electores*, et *Status*, secum habentes suffragium, seu *Votum* ipsius *Camerae* (411) referre haec omnia cogitarunt ad *Comitia* A. 1654., ibique exaggeratis incommodis = *propter Appellationes, et Recursus ab Officialibus ad Pontificem, et Nuntios, quia ejusmodi Appellationes, et Recursus vix non ab omnibus Sententiis*, ETSI CIVILES, VEL PROFANAS CONCERNANT, SINE DISCRIMINE *suscipiuntur*. *Jurisdictiones contra ordinem confundantur* = postulatum enixe fuit, ut *secernerentur* Jurisdictiones, et Causae, itaut non deberent amplius NUNCII in Causis profanis illegitima auctoritate Judicium ferre (412). FERDINANDUS III. itaque Imperator, Imperiique ELECTORES, et STATUS in eam quidem mentem venerunt, ut Causae *segregarentur*; sed videntibus illis, id fieri non posse *sine Apostolicae Sedis Auctoritate*, Ipsam adiri oportere *deliberatum est* in *Recessu* his verbis: = APUD SEDEM PONTIFICIAM ROMÆ ID EXPEDIRI CURABIMUS, *ut ejusmodi illicitis in Impe-*

(410) LUDOLFF Dis. = *De Jurisdict. Officialium in Causis Civilibus* = *Aphorism. XII.* Tom. I. *Observat. Forens.* pag. 335. et Card. SACRIPANTE cit. = *Defens. Jurisdict. etc.* = Cap. 9. n. 20. et seqq.

(411) Ut testatur *Anonymus Auctor* cit. Opusc. = *De Legatis etc.* = Cap. III. §. 31. pag. 64.

(412) Idem *Auctor* loc. cit. vers. *Hoc votum*.

Digitized by Google

Imperio, *ejusque Subditos procedendi modis serio Nunciis interdicatur* = (413).

174. Additum quidem fuit *admonitionis* loco = *de Nunciorum Absolutione a Juramentis*, *et de ejusmodi relaxationibus in Judiciis*, *nisi a Judice competente ad effectum agendi fiant*, *neutiquam acceptandis* = (414). At *altera* haec RECESSUS Pars, quae cum *solas* a Juramentis Absolutiones respiciat, *reliquam* omnem *voluntariam* Jurisdictionem NUNCIORUM mirificè confoveret, haec, inquimus, Recessus pars altera *pro injusta* habita fuit ab Imperatore, ab Electoribus, et a Principibus. Hi enim *ad Capitulationem* FERDINANDI IV. adjecerunt quidem *clam*, et *occultè*, = *seu de facto magis*, *quam jure*, *ad breve etiam tempus*, *vel vitam unius Imperatoris* = duraturam (415) partem *Primam*, quae Causas *profanas* respiciebat, sed voluerunt omnino ut *Secunda* pars perpetuo exularet tam *ab illa Capitulatione*, quàm *ab aliis* omnibus, quae deinceps essent consecutae. Quocirca intelligct nemo, qui' fiat, ut Tu, *Moguntiae* Archiepiscope, tantos de *secunda* hac RECESSUS parte clamores edideris (416), quae communi, constantique Sententia IMPERII TOTIUS est *ab Omnibus* deserta, ac derelicta,

175. Interest autem plurimum nosse, *cujus opera* fuerit *Prima* illa RECESSUS pars *Ferdinandinae Capitulationi* illata, et innexa, *quaque ratione* id praestitum. Ad *Auctores* quod attinet, non alios fuisse, quam ELECTORES ECCLESIASTICOS satis declarat PUFFENDORFII locus, ab *Auctore Historiae Pragmaticae* exscriptus (417), idemque HERMANNUS (418), et *Auctor* Libri = *de Legatis* = confirmant (419). Ad *rationem* verò quod

(413) Ut Nostrum habet *exemplar*, a quo parum differt *Auctor Anonymus* = *De Legatis* = loc. cit., et alter *Auctor* Opusculi = *Istoria Prammatica* = § 55.

(414) Prosequitur idem *exemplar*, a quo *parùm* differunt praefati *Auctores* in citatis locis.

(415) Episcopus *Paderbonensis* id Pontifici ALEXANDRO VII. testatus est litteris eidem scriptis die 4. *Septembris* 1664., postquam solemnem contra hujusmodi Articulum Protestationem emiserat die 26. *Augusti ejusdem Anni* in actis Imperialium Comitiorum inserendam. *Archiv. Vatic. Literar. Episcoporum* Tom. 50. pagg. 115. 116. 121.

(416) *Encycl.* §. *Perinde* vers. *Caeterum*.

(417) §. 57.

(418) §. XLII. pagg. 26. 27.

(419) Cit. §. 31. vers. *His jungi*. pag. 66.

quod spectat, satis est, ut legatur *Articulus Capitulationis Leopoldinae*, in *caeteris* omnibus Imperatorum Electionibus *eodem exemplo*, et *in eamdem sententiam* exscriptus, ut quisque sibi non suadeat modò, sed persuadeat, Deliberationem omnem *super divisionem civilium Ecclesiasticarumque Causarum* cecidisse: = *Et d' autant*, (en *Articuli* verba) *que plusieurs difficultés, et contestations se sont présentées entre le Cours superieures de l' Empire, et les Nonciatures Apostoliques* AU SUJET DES DITES CAUSES CIVILES, *en ce que les Appellations des Sentences des Officialites y auroient été rèçues par les uns, et par les autres. les proces ordonnés, et que l' on a même taché de les soutenir par toutés sortes de mandements rigovreux; au grande prèjudice des Partiès, qui ont été faulées par la* =; et rursus = *Nous paur y remedier* (en verba *DECLARATIONIS*), *et pour prévenir* TOUT CONFLICT DE JURISDICTION, *ferons en sorte, que* LES CAUSES SECULIERES SOIENT JURIDIQUEMENT DISTINQUEES DES ECCLESIASTIQUES, *et que les cas* DOUTEUX, *qui s' y pourroient presenter* PUISSENT ETRE REGLES AVEC LE S. SIEGE PAR UNE COMPOSITION AMIABLE, *et qù ensuite* CHACUN DES JUGES ECCLESIASTIQUES, ET SECULIERS PUISSE JOUIR PAISIBLEMENT DE SON DROIT DE JUDICATURE = (420).

176. His praehabitis, atque explicatis, non ea modò concidunt, quae objici consueverunt, sed argumentum ex *Recessu*, et ex *Capitulatione* depromptum ea in luce collocatur, ut omnem respondendi facultatem elidat. Etenim certo constat, tametsi id Tu frustra neges, Archiepiscope *Moguntine*, tam Recessum, quàm Capitulationem opera, et industria praesertim *Ecclesiasticorum Electorum* prodiisse. Certò item constat, actum in Recessu, et in Capitulatione fuisse *de Civilibus, et de Ecclesiasticis Causis*, veluti HERMANNUS ipse confitetur ingenuè. Certò denique constat, *harum separationem Causarum*, quam Recessus, et Capitulatio exoptavit, ac voluit *una cum consensu Apostolicae Sedis*, numquam respexisse Curias *Dioecesanas*, de quibus nulla umquam inciderat mentio, sed solas respexisse APOSTO-

(420) B. DE SPON. in Libro = *La Capitulation de l'Empereur François combinèe avec la Capitulation de l'Empereur Charles VII. etc.* = *Artic. XIV.* §. 5. pagg. 296. 297.

STOLICAS NUNCIATURAS, adversus quas fuerat unicè reclamatum, quaeque sine ullo discrimine *de utrisque Causis* judicium ferebant. Jam verò si isthaec Causarum *distinctio*, ac Causarum *segregatio* fuit tantopere exoptata = *pour prevenir tout conflict de Jurisdiction entre les Cours superieures de l' Empire, et les Nonciatures Apostoliques: et qû ensuite chacùn des Jugés Ecclesiastiques, et Seculiers puisse jouir paisiblement* DE SON DROIT DE JUDICATURE =, clarius patet, quàm ut verbis exprimi possit, APOSTOLICAS NUNCIATURAS, sicut *accedente consensu Sanctae Sedis* esse debebant omnis potestatis expertes de Causis *profanis* judicandi, ita potuisse, ac debuisse *Suo Jure* uti Causas *Ecclesiasticas*, ut antea, cognoscendi; quemadmodum indubia IMPERATORIS, IMPERIIQUE *Declaratio* praeseferebat (421).

177. Utque res, quae evidens per se est, evidentior evadat, sinite, ut *quaeramus ex Vobis*, Ven. Fratres, quaenam esset *Jurisdictionis pugna* pertimescenda inter Suprema Imperij Tribunalia, et Apostolicas Nunciaturas, si NUNCIATURÆ *omni penitus Jurisdictione carere debuissent*? Nulla enim ibi esse potest de Jurisdictione contentio, ubi Jurisdictio omnis conticescit. Si itaque LEX cogitat *de Jurisdictionis certamine* inter duas Partes fortasse ineundo, si *ad collisionis pericula* praecavenda ita Causas *segregandas* indicit, ut utraque Pars *suo potiatur judicandi Jure*, ac *potestate*, quis affirmare umquam audebit, alteram ex Partibus hisce *ea Jurisdictione destitui*, quam LEX eidem *adeo manifeste concedit*? Sicuti igitur *risu* excipiendus esset ille, qui *Supremis Imperii Tribunalibus* Jus cognoscendi PROFANAS Causas denegaret, quas LEX Eisdem *tamquam proprias* addicit, ita RISU esset excipiendus, qui NUNCIATURAS APOSTOLICAS vacuas esse contenderet *ea Jurisdictione*, quam Eisdem LEX *uti propriam* in *Ecclesiasticis* Causis adjudicat.

178. De-

(421) Rem probè intellexit, explicavitque idem B. DE SPON. loc. cit. pag. 297. e. = *La disposition du presente article tende a faire* UNE DISTINCTION *entre les matieres* ECCLESIASTIQUES, *et* DE RELIGION, *et celles qui sont* PUREMENT CIVILES, *ou* TEMPORELLES. *L'Empire* ABANDONNE *la Décision de* CELLES LA' A *la Cour de* ROME, *aux* NONCIATURES.... ; *mais il ne veut point que le juge d'Eglise prenne connoissance de celles cy*. =

Digitized by Google

178. Desinat ergo HERMANNUS aliquando comminisci, nullum in *Capitulatione* factum fuisse verbum *de Personis*, quibus Pontifex uteretur in Causis Ecclesiasticis cognoscendis. Totus enim *Recessus*, et §§. 4. et 5. *Articuli* XIV. *Capitulationis* nihil aliud afferunt de ratione dijudicandi quoad Romanum Pontificem, quàm NUNCIOS, et APOSTOLICAS NUNCIATURAS, quarum Jurisdictio in Causis *Ecclesiasticis* habita semper *pro legitima* fuerat, et numquam *abusus* nomine compellata. Cessat hinc argumentum illud, a Te Archiepiscope *Moguntine* propositum, ut scilicet = *dum unus tollitur abusus*, *alius non probetur* = (422); sed locum sibi vindicat *Axioma*, ut dum prohibetur una ex duabus rebus, quarum altera illegitima, altera legitima judicatur, rei illegitimae reprobatio indubiam praeseferat legitimae rei approbationem, veluti *ipsa Capitulatio* declarat (423).

179. Neque haec §.5. *Art.* XIV. interpretatio, quam verba ipsa *Capitulationis* indigitant, verbis adversatur §. 1. ejusdem *Articuli*, ubi *Imperator* pollicetur, *Se observantiam* CONCORDATORUM PRINCIPUM *curaturum*, veluti Tu, Archiepiscope *Moguntine*, arbitraris, (424) Tecumque HERMANNUS

(422) Cit. §. *Provocatur*.

(423) Confirmatur id ipsum ex *Edicto* Electoris, et Archiepiscopi *Coloniensis Maximiliani Henrici* diei 10. *Junii* 1670., in quo sententiae adhaerens *Elector Recessus*, et *Capitulationis*, dum jubet, *Partes* in Causis *Civilibus*, et *merè profanis* appellare ad Officialem *Metropoliticum Coloniensem*, loco *Nuntii*, vel Judicum Romanae Curiae, Causas *Ecclesiasticas* aperte excepit his verbis, = *Salvo de caetero in Causis Ecclesiasticis respectu Sedi Apostolicae*, et *Tribunalibus Curiae Romanae debito* = *LUDOLFF* = *Variar. observat. Foren.* = in dis. *de Jurisdict. Officialium etc. Aphorism. XIII.* Tom. I. pag. 341. ADD. Id ipsum magis magisque confirmatur ex iis, quae tradit recentissimus *Auctor* Germanici Opusculi = *Frage etc.* = 1787. *in* 4., qui de *Capitulatione* agens *Josephi* I. A. 1690. animadvertit, = *che in occasione di questa Capitolazione si providde, che sotto pretesto di Cause Civili non fossero tolti dalla giurisdizione del Nunzio anche gl' affari Ecclesiastici. E che* GLI ELETTORI GIURINO SU' QUESTO PROPOSITO DI FAR GIURARE L'IMPERADORE, CHE NEI CASI DUBBIOSI AMICHEVOLMENTE SI ACCORDEREBBE COL PAPA = Vid. Opusc. = *Riflessioni sopra i 73. Articoli* = ad § 69. pag. 172.

(424) Loc. cit.

NUS (425), et *Auctor Historiae Pragmaticae* (426) excogitant. PRINCIPUM enim CONCORDATA, quae *Capitulatio* commemorat, non sunt, ut contendis, *Basileenses Canones*, qui biscentum, et amplius annos Recessum, et Capitulationem *antecesserunt*, qui *temporariè* tantum fuerunt a Principibus accepto habiti, qui denique *post Tridentinum Concilium* esse omnino *desierunt*, sed sunt *vera* illa, et *perpetua* CONCORDATA *inter Imperii Principes*, et *Sanctam Sedem* inita, ut ostensum est *supra* [Cap.VI. a §.1. ad 38.].

180. Praeterea ipsi *Basileenses Canones* minime NUNCIATURIS adversantur, ut pariter *supra* vidimus [§.150.] et *posthac* videbimus. Cessat itaque objecta *Contradictio*, quam infirmis quibusdam ratiunculis nixam satis ipsius §. 5. verba subvertunt, quae cum palam, aperteque praeseferant *Jurisdictionem* NUNCIORUM in *Ecclesiasticis* Causis, luce clarius demonstrant, non potuisse eamdem Jurisdictionem *in superiori* §.2. denegari. Unus enim semper fuit sensus omnium *Interpretum*, ut a quacumque interpretatione omnis absit contradictio, utque ea pars orationis, quae nitidè patet, ad alteram, quae paullò obscurior fortasse esset, explicandam inserviat.

281. Sed Tu quoque, Archiepiscope *Moguntine*, persuasisse tandem Tibi videris, agnitam fuisse in *Capitulatione* JURISDICTIONEM NUNCIORUM, veluti haec Tua indicant verba, = *Etsi pro tunc* JURISDICTIO NUNCIORUM ALIQUALIS PERMISSA FUISSET, *profecto nulla alia judicanda foret, quam talis, quae hic, et nunc secundum circumstantias quandoque in casibus extraordinariis . . . . necessaria foret, et ad tempus* = (427). At diffugium hujusmodi, cui tantopere plaudit *Auctor Historiae Pragmaticae* (428), magis magisque errorem, deceptionemque patefacit, quibus NUNCIATURARUM *hostes* implicantur. Cum enim *Recessus*, et *Capitulatio* agat de NUNCIATURIS *tunc temporis existentibus*, cumque ex *Epocha* NUNCIATURARUM GERMANICARUM constet, non *extraordinarias*, et *temporarias*, sed STABILES, et PERMANENTES NUN-

(425) Cit. §. XLIII. pag.27.
(426) §.57. prope finem.
(427) In alia cit. epist. ad *Suffraganes* §. *Et tali modo*.
(428) Cit. §.57.

Digitized by Google

NUNCIATURAS TUNC EXTITISSE (429), nemo non videt. JURISDICTIONEM NUNCIATURARUM in *Recessu*, & in *Capitulatione* agnitam non *ad alias*, quàm ad STABILES NUNCIATURAS, posse referri.

182. Post haec frustra scire quaeris Archiepiscope *Coloniensis* (430), cur NUNCIUS SANFELICIUS *Recessum*, et *Capitulationem*, de qua agitur, minimè *faventem* NUNCIORUM *Juribus* judicarit, adeoque sollicitus fuerit, ut in *Capitulatione* LEOPOLDI I. locum non haberet, curque re infecta ad *Protestationem* confugerit. Scire enim id facile potueras ab eodem Cardinali SACRIPANTE, ad quem unus *ex Vestris Scriptoribus* (431) suos Lectores ablegat. Narrat Is, *Recessum*, et *Capitulationem* fovere quidem Jurisdictionem Nunciorum quoad Causas *Ecclesiasticas*, sed non quoad Causas *profanas*, ita ut NUNCIUS aequo animo ferre non posset omnino eam *Legem*, quae *circa has Causas Se de antiqua Possessione dejiceret*.

183. Accedebat insuper, quod licet *Recessus*, et *Capitulatio* satis luculenter *Jurisdictioni faveret* NUNCIORUM super *Ecclesiasticas* Causas; verendum tamen erat, ne Recessus, et Capitulationis *verba aliorsum* acciperentur, *ut factum est*, utque fieri *debere* SANFELICIUS praesensisse videtur. Hinc = *ad evitandum omnem praetextum cujuscumque* LICET SINISTRÆ, ET INSUBSISTENTIS INTERPRETATIONIS *bo. mem. Illustrissimus, et Rmus* SANFELICIUS *tunc Nuncius Apostolicus non omisit opportunas protestationes adjicere; et* AD OMNEM BONUM FINEM ELECTORES CATHOLICI HUJUSMODI ARTICULUM OMITTENDUM ESSE DECLARARUNT, ILLUMQUE EXTUNC PRO OMISSO, ET ABOLITO HALUERUNT, *ut patet ex reversali Sigillo Cancellariae Moguntinae* *muni-*

(429) Ex Serie Nunciorum *Coloniensium*, de qua in N. 333., patet, Recessus, et Capitulationis Ferdinandinae *tempore* Nuncium *Coloniae* fuisse JOS. MAR. SANFELICIUM Arch. Consentinum. *in altera* allata Serie Nunciorum *Vindobonensium* N. 334 n. 32. videre est, Nuncium eo temporis *Vindobonae* fuisse SCIPIONEM DE ILCIO Arch. Pisanum.

(430) In Scripto = *Pro-Memoria alla Dieta* = §. 70. in Opusc. = *Riflessioni* = pag. 178.

(431) ANONYMUS in Libello = *Istoria Prammatica* = §. 54. qui mox §. 57. idem de *Romanae Curiae* opinione profert judicium.

munito sub Datum Francofurti 30. Julii 1658., *et quod plus est, cum idem Nuncius praefatas Protestationes fecisset etiam ipsimet* ELECTO ROMANORUM REGI LEOPOLDO PRIMO . . . , CÆSAREA MAJESTAS CIRCA DICTUM ARTICULUM NIHIL SE TENTATURAM SUO VERBO SPOPONDIT, *ut patet ex actu publico nominati Nuncii Apostolici sub Datum Francofurti 9. Augusti 1656.*, *et registrato in Archivio Nunciaturae Tom. II. num. 21.* = (432). Quae quidem LEOPOLDI IMPERATORIS, et ECCLESIASTICORUM ELECTORUM sponsio, ac declaratio, veluti cumulus accedit ad *stabilem Jurisdictionem* NUNCIORUM *comprobandam*.

184. Cum *Legibus Imperii*, et cum *Exemplis Imperatorum*, ac *Principum* congruunt CELEBRIORES JURECONSULTI etiam PROTESTANTES, inter quos GEORGIUS LUDOVICUS BOEHMERUS, *Henningii Boehmeri* Filius (433), et qui *Protestantium* sententiis adhaerent PEHEM *Canonum Professor* (434), et LE PLAT Antecessor *Lovaniensis* (435). Jam vero si horum [*] *Scripta* adire Vobis libuerit, vestrismet oculis deprehendetis, *alios* PONTIFICI vindicantes MITTENDORUM NUNCIORUM *Potestatem*, eamque in DIVINI PRIMATUS *Jure* collocantes, *alios* autem affirmantes, STABILES GERMANIÆ NUNCIATURAS, *praesidio Concordatorum*, et *Imperialium Legum* suffultas, et communitas numquam *contentiosa*, aut *voluntaria Jurisdictione* caruisse.

185. Ast quid opus est verbis? *Auctor* ipse Libri = *De Legatis* = coactus est confiteri, opinionem suam a *celebriorum*

(432) Cit. Oper. = *Defens. Jurisdict. Eccles.* = Cap. XI. num. 34., et seqq. pagg. 155. 156.

(433) *Princip. Jur. Canon. Publ. Goettingae* 1785. §. 135.

(434) *Praelect. in Jus Eccles.* Par. I. § 445.

(435) Sermone habito *in Universitate Moguntina*, qui refertur in *Diariis menstruis Moguntinis mense Augusto* A. 1788. pag. 645.

[*] ADD. Quibus addi possunt CAR. DE MEAN Electoris *Maximiliani* Consiliarius in Opere = *Observat., et Res Judicatae* = Observ. 280. n. 3., *ENDRES* = *Dis. Polit. Canon. de Recusat. Visitat. Apost.* = §. 8., *A. SCHMIDT* = *Instit. Jur. Eccles.* = Lib. I. Cap. I. §. §. 72. 81., B. DE SPON. cit. = *Capitulation combinee etc.* = Artic. *XIV.* §. 4. pag 245. c., et *HOLL* = *Statistica Ecclesiae Germanicae* = Par. I. Cap. 19. §. 380. Vid. Opusc. = *Defense des Reflexions* = n. III. pag. 81., et seqq.

Germaniae Scriptorum opinione dissidere. En quae de *contentiosa* Jurisdictione verba profert: = *At verò* CELEBRES ETIAM CANONISTÆ *banc adhuc potestatem Legatis* IN GERMANIA *adscribunt*, *quòd possint Causas in secunda Instantia cognoscere*; *ita ut* OPTIO *detur a Sententiis definitivis Episcoporum ad Archiepiscopos*, *vel ad Curiam Romanam*, *vel* AD NUNTIOS APOSTOLICOS *appellandi* = (436); et alibi: = *At* MORIBUS GERMANIÆ *obtinere dicunt* CANONISTÆ, *ut a Sententia Episcopi ad Curiam Romanam*, *vel* AD NUNCIATURAM, PRÆTERITO METROPOLITANO, *libere provocare liceat* = (437). Agens vero de Jurisdictione *voluntaria* haec fatetur ingenue: = *Quamvis* MULTI AUCTORES *affirmativam teneant* = (438); ita ut *excusatione quadam* utendum sibi esse arbitretur, si *pace horum Virorum* ipse in *diversam* sententiam abierit (439). Sed amplectatur Ipse, quam malit, sententiam *perpetuo illo errore suo* circumventus, *praesentem* Disciplinam cum *antiqua* Disciplina *pugnare*; nullum profecto inveniet, qui ad *peculiarem* ipsius opinionem suscipiendam, TEMPORI ACCOMMODATAM, velit *Communem opinionem* exuere, quam *Scriptores Ipsi Germanici* doctrina graves, et ab omni partium studio alieni profitentur. Hactenus certe apud omnes *Axiomatis* loco receptum est, ut non sint mutanda ea, quae = INTERPRETATIONEM CERTAM SEMPER HABUERUNT = (440).

(436) Cap. III. §. 35. pag. 78.
(437) §. 38. pag 89.
(438) §. 37. pag. 82.
(439) Loc. cit.
(440) I. C. PAULUS in L. *Minime*. 3. ff. *de Legibus*.

CA-

C A P U T I X.

Demonſtratur .

EA ETIAM ,

QUÆ OBJICI SOLENT ,

SI AB ERRORIBUS VINDICENTUR ,

STABILIUM NUNCIATURARUM JURA CONFIRMARE.

1. MInimè profectò oporteret, ut ea ſejunctim refellenda ſuſciperemus, quae a *Vobis*, et a *Scriptoribus veſtris* contra STABILES NUNCIATURAS *objiciuntur*; cum pleraque ex iis, et maximè *potiora* a Nobis refutata jam fuerint pro re nata, ubi *de ſtabiliendo Jure* S. SEDIS eſt actum; cumque *reliqua* ex iis evertantur, quae ſuperiori oratione huc uſque diſputata ſunt. Sed quoniam confert ad Cauſam, uno veluti obtutu *fundamenta* intueri, quibus *Contradictio univerſa* ſubnititur, ea *breviter* ad examen revocare praeſtabit. Et quia quae a Vobis *Communi Nomine* proponuntur, alia nuncupantur SACRI ORDINIS, alia ORDINIS PROFANI vocitantur, alia denique non ab omnibus, ſed ab altero ex Vobis *Peculiari Nomine* objiciuntur, propterea hoc etiam loco orationem dividimus *in Partes*, ut, quo decet ordine, ea quoque procedat.

SECTIO I.

De iis,

quae SACRI ORDINIS nuncupantur.

2. MAgno sanè opus est animo, ut Actioni *Sanctioribus Legibus* adversanti speciosus iste *Titulus* praefigatur, perinde ac si illam *è Sacro ordine* petita argumenta communiant. Sed nil refert, egregias *Inscriptiones* praeferri, et fucum imperitioribus fieri, ubi res latet *longe alia*, quam *Titulus* postularet. Quicumque ea leget, quae Tu, Archiepiscope *Moguntine*, *ad Nos* (1), et majori confidentia (2) *ad Suffragantes Comitiorum Generalium* scripsisti, quaeque amplexati sunt *alii* etiam Metropolitani (3), Tuque praesertim, *Coloniensis* Archiepiscope (4), ne momento quidem temporis deberet ambigere, quin sit = *Capitalis de Regimine Hierarchico Doctrina*, *antiquissimae*, *et invictae Traditioni subnixa*, *ac omnibus Doctoribus in Germania*, *et aliis Regnis Catholicis probata*, CUIVIS EPISCOPO REGIMEN SUAE ECCLESIAE, ET CONSEQUENTER EXERCITIUM JURISDICTIONIS SPIRITUALIS SUPRA GREGEM SUUM A DOMINO DEO TRADITUM, ET COMMISSUM ESSE =.

3. Multòque magis id credet, si aures praebeat GEORGIO LUD. BOEHMERO (5) affirmanti veluti *ex tripode*, *quaestionem* hujusmodi nedum fuisse *juxta Episcoporum vota* absolutam in *Constantiensi*, et *Basileensi* Concilio, sed etiam = *inter Patres Tridentinos summa contentione jamdiu agitatam*, ET DEFINITAM =, quo in loco utitur testimonio BENEDICTI XIV. *Tract.*

(1) Cit. Litteris *diei* 26. *Novembris* 1788. §. *Delatus*; cujus sunt, quae sequuntur, verba.

(2) *Encyclica diei* 20. *Septembris* ejusdem Anni § *Exinde*.

(3) TREVIRENSIS nempe, et SALISBURGENSIS in suis Litteris eodem *fere* tempore *ad Pontificem* scriptis; Primus §. *Ego S. V.*, Alter §. *Quod si*.

(4) In cit. *Epist. Pastorali* §. *C'est une verité*. loc. cit. pag. 4., in Epistola *Pontifici* scripta die 2 *Aprilis* 1787. §. *Cum tamen*. in Opusc. = *Coup d'Oeil* = pagg. 40. et 50.

(5) In Libello = *Pensieri sopra il Congresso d'Ems* = §. 5. vers. *In Germania*.

Tract. de Synod. Dioeces. Lib. I. Cap. 4. Verùm si consulatur BENEDICTI XIV. non *Liber I. Cap.* 4., quo perperam utitur BOEHMERUS, sed *Liber VII. Cap. I. n.* 3., si adeantur *Acta* CONCILII TRIDENTINI penes Cardinalem PALLAVICINIUM (6), non sine gravi animi sui admiratione unusquisque deprehendet, quaestionem hujusmodi *a nullo* fuisse *Concilio* definitam, et pro *utraque* Sententia rationes afferri tales, ac tantas, ut TRIDENTINI PATRES satius duxerint, *Controversiam in medio relinquere*, et a Re definienda minimè necessaria *abstinere*.

4. Et licet Viri complures, summae doctrinae laude praeclari, ea *Sacrorum Librorum* loca, quae Vos in medium adducitis, conciliantes, et explicantes demonstraverint, Potestatem quidem *Ordinis* conferri a DEO *Episcopis immediatè*, Potestatem verò *Regiminis*, seu *Jurisdictionis* non item (7); Nos tamen TRIDENTINORUM PATRUM, et PII IV. exempla secuti, qui (teste BENEDICTO XIV.) in Allocutione habita *ad Cardinales*, et *Episcopos Kal. Martii* 1564. haec protulit, = *Quod neque etiam Nos* NUNC EX IMPROVISO *definire audemus* =, quaestionem hanc relinquemus *ancipitem*, et *incertam*, Nobisque docuisse sufficiet, Vestram Sententiam neque *CAPITALEM* esse, neque *certam*, neque hactenus *definitam*.

5. Quod autem extra omnem controversiam est positum, quodque ad rem maximè facit, est, ut si *Episcopi* successerunt APOSTOLIS, successèrint Eisdem = *in Episcopatu*, *seclusa plenitudine Potestatis*, *non autem in* APOSTOLATU. *Duplex enim verò* (verba sunt NATALIS ALEXANDRI) *in* APOSTOLIS *spectanda Potestas est*: *una* CUM TOTA PLENITUDINE, RATIONE APOSTOLATUS, *et ea quidem* ORDINARIA IN PETRO, *ad cujus proinde* SUCCESSORES TOTA *transmissa sit*; EXTRAORDINARIA *verò in* APOSTOLIS, *a quibus proinde in* SUCCESSORES INTEGRA NON *transierit*: *altera* EPI-

(6) Lib. VII. Cap. 6., Lib. XVI. Cap. 4., et Lib. XXI. Cap. 12.

(7) Hos inter praecellet = FRANCISCI VARGAS, *Catholicae Majestatis Rerum Status a Consiliis*, *et ejusdem apud SS. D. N. Pium IIII. Oratoris*, *de Episcoporum Jurisdictione*, *et Pontificis Max. Auctoritate Responsum* =, quod consultus a PIO IV. dedit in eademmet quaestione, cum ea agitaretur in *Tridentino Concilio*, quodque mox A. 1563. hac *Epigraphe* typis vulgatum fuit.

EPISCOPALIS ; SECLUSO APOSTOLATU, *et* SINE PLENITUDINE POTESTATIS, *quae* IN EPISCOPOS OMNES *transfusa est* = (8). Sicut autem DOGMA CATHOLICUM est, APOSTOLOS, tametsi *extraordinaria* praeditos Potestate, quae data *Personis cum ipsis Personis* interiit, fuisse PETRO *subjectos*, quem *solum* APOSTOLIS praeesse CHRISTUS jussit; = *qui a DOMINO audire meruit*: *TU VOCABERIS CEPHAS*, *cui etiam post resurrectionem FILII DEI ab Eodem dictum est*: *PASCE AGNOS MEOS*, *Agnorum nomine* ECCLESIÆ PRÆLATOS *notans* =, ut HINCMARI (9), et ISIDORI *Hispalensis* (10) verbis utamur; ita DOGMA CATHOLICUM est, subesse *plenitudini Potestatis* ROMANI PONTIFICIS, quae veluti *Ordinaria* fuit in PETRO, ita in ejus SUCCESSORIBUS *Ordinaria* est, subesse, inquimus, *omnes Episcopos*, qui *extraordinaria* Potestate APOSTOLORUM destituuntur.

6. = *Unus* PETRUS (pergit *Natalis Alexander*) *Auctoritatem habuit* ORDINARIAM, *cui succederetur*, *et ad quam omnium Praelatorum Auctoritas* ORDINEM *diceret*, *ut ad* PRINCIPALEM, *et* FONTALEM =; veluti etiam a Nobis demonstratum est *supra* [Cap. VII. a §. 25. ad 31.]. Hinc nonnisi manifesto deceptus errore potuisti, Archiepiscope *Moguntine*, *Episcoporum in sua Dioecesi* Auctoritatem Auctoritati SUMMI PONTIFICIS *exaequare*, et in hanc Sententiam erumpere: = *Jura Episcopatus* NULLO MODO LIMITATIONI, RESTRICTIONI, *aut* PRÆSCRIPTIONI *obnoxia sunt*, *imò ad Episcopum*, *et Archiepiscopum spectat* PLENO JURE LIBERUM, *et* PLENIPOTENS EXERCITIUM, *quod pridem Libertas Ecclesiastica vocari solebat*, *et habet pro fundamento* OMNEM INDEPENDENTIAM AB OMNI INCOMPETENTE ALIA JURISDICTIONE = (11). Omnia enim *Concilia*, et Concilium praesertim BASILEENSE, tanto laudum cumulo a Vobis, Vestrisque Collegis elatum, cujus

(8) Dissert. IV. ad Saec. I. §. 4. *ad object.* 3. in cit. edit. *Paris* Tom. IV. pag. 213. ADD. Vid. DOCT. INGOLSTADIEN. *Colloq. VI.* pagg. 32. 33. 34.

(9) Cujus Sententiam refert THOMASSINUS una cum longa phalange *Patrum* Graecorum, ac Latinorum in eamdem veritatem consentientium. Cit. Lib. I. Cap. 14.

(10) Epist. *ad Eugenium Toletanum Episcopum*.

(11) Cit. *Encycl.* §. *Nemo melius*.

jus verba Nos exscripsimus *supra* [§. 31.], Vos admonet, = *solum* PETRUM IN PLENITUDINEM POTESTATIS *vocatum esse*, *alios* IN PARTEM SOLICITUDINIS =, ita ut PONTIFICI non tamquam *Duci*, sed tamquam CAPITI subjiciantur, et ut qui contra sentiunt, *Schismaticorum*, *Haereticorumque* nota a JOANNE GERSONE inurantur his verbis; = SCHISMATICUM, *et* HÆRETICUM *habendum*, *qui* NEGARET, STATUM PAPALEM *institutum esse a* DEO *supranaturaliter*, *et immediatè*, *tamquam habentem* PRIMATUM MONARCHICUM, *et* REGALEM IN ECCLESIASTICA HIERARCHIA = (12); et qui sentiunt, = *quod quilibet Episcopus in sua Dioecesi est* PAPA, *vel* PASTOR SUPREMUS ÆQUALIS PAPÆ ROMANO, *errare in Fide*, *et unitate Ecclesiae contra Articulum hunc* ET UNAM SANCTAM ECCLESIAM, *et si* PERTINACES *maneant*, *judicandos esse* HÆRETICOS, *sicut* MARSILIUS DE PADUA, *et quidam alii* = (13).

7. Cumque *Corinthius* Episcopus, *liberam* hanc potestatem praetexens, agnoscere potestatem *Vicarii Thessalonicensis* abnueret, hinc S. SIXTUS *Episcopis* scribens *Synodo apud Thessalonicam congregandis* meritò illum coarguendum duxit, = *Noverit*, inquiens, CORINTHIUS EPISCOPUS *sibi licentiam potestatis* LIBERÆ *minimè tribuendam*, *si huic voluerit Ecclesiae resultare* = (14). Ad Nos quod spectat, muneri nostro, quantùm in *Domino* possumus, non deerimus. Sed ut maturius agamus, tam ENCYCLICAM hanc, quàm alias PASTORALES EPISTOLAS (15), et reliqua *Scripta* omnia subjicienda curabimus *examini*

(12) *De Statibus Eccles.* Consid. I.

(13) *De Auferibilibus.* Consid. VIII.

(14) Epist. XV. ex lectis in Concilio *Romano* III. apud LABBÆUM Tom. V. col. 855. D.

(15) Epistolam praesertim Archiepiscopi *Salisburgensis diei 29. Junii* A. 1782., ubi Is de *lectione* agens Sacrarum Scripturarum, de *cultu* Sanctorum, Sacrarumque Reliquiarum, ac de *Indulgentiis*, et praetexens *veterem*, *purioremque Disciplinam* plura *jussit*, affirmavitque *scandali* plena. Illud tantum animadvertimus, praecepisse *Subditis* cujusvis *sexus*, et *conditionis* lectionem Sacrarum Scripturarum, *versionemque* excudi curasse *Testamenti Novi* pro *faciliori* distributione in Populum. Noverat ille, *Tridentinos Patres aliter* sensisse, at subdit: = *Illorum Eruditorum Sententiam* ECCLESIA SALISBURGENSIS NUNQUAM PRO LEGE HABUIT, NEC ACCE-

Digitized by Google

mini peculiaris illius CONGREGATIONIS, quam uti dictum est, [Cap.VIII. §.14.] jam deputavimus *pro examine* DELIBERATIONUM EMSENSIUM. Et sane ferri omninò non potest, Ven. Fratres, ut Vos *distinctionem* amplexi Casus *ordinarii*, et *extraordinarii* in ea *tantùm* parte DIVINI PRIMATUS *jura* agnoscatis, ubi CHRISTUS Potestatem largitus est PETRO *confirmandi Fratres Suos*, eademque DIVINI PRIMATUS *Jura* agnoscere detrectetis in *altera* illa parte, ubi PETRO *in universum*, et *indefinitè* contulit *pascendorum* AGNORUM, et OVIUM Potestatem, quam CATHOLICORUM nemo oppugnabit umquam, quaeque per se sufficit ad patefaciendum, quanta absurditate fiat COMPARATIO inter *Potestatem* SUMMI PONTIFICIS, cui *nullus* est *limes* adjectus, et inter Auctoritatem METROPOLITANORUM *intra certos fines* coercitam, et circumscriptam, quae ab *humàna* Institutione manavit (16).

8. At Vos dum ROMANO PONTIFICI Potestatem esse *negatis* cohibendae, ac refrenandae *inferiorum Episcoporum* auctoritatis, dumque *contenditis*, esse eamdem cujuscumque *praefinitionis* expertem, Vos, inquimus, nolentes, ac nil tale putantes illud *fundamentum* subvertitis, vi cujus *Vos Metropolitani* super *alios* Episcopos fuistis elati, qui proinde quotidie poterunt impune, si velint, *Vestram supra Se positam Auctoritatem excutere*. Res ita se habet. Quo circa expectabimus, quid *responsuri* sitis argumento, quo Vos lacessendos putamus. Dicite, quaeso, = *unde* GRADUUM DISTINCTIO, *vi cujus*, *prout ab Ecclesiae primordiis factum est*, *unus Episcopus pluribus aliis Episcopis quocumque tandem nomine praesideret?* NON A JURE DIVINO: *quippe ordo Episcopatus*, *ut ipsimet sentiunt*, *unus est*, *et par in omnibus*. NON AB UNIVERSALI CONCILIO: *quippe longe jam ante invaluerat ea distinctio*, *quam de cogendo universali Concilio cogitaretur*. NON A PROVINCIALIBUS SYNODIS: *quippe Provinciarum distinctionem antecedere debuit ipsa graduum distinctio*, *qua unus in definita quadam regione cae-*

CEPTAVIT; *neque etiam* OPPORTUNUM *esse*, *ut si etiam* TUM *facta alicubi esset* PROHIBITIO, *ea ex* UNIUS TEMPORIS CALAMITATE *in* OMNEM *temporum*, *et Locorum seriem protraheretur*. = DALHAM pagg. 651. 652.

(16) Vid. ANT. A TORRE cit. = *Expostulat.* = Cap. III §. 1. pagg 114. 115., et *supra* Cap. I. §. 39. N. 78.

caeteris ejusdem Provinciae Episcopis praeesset. NON EX PACTO CONVENTO *inter nonnullos Episcopos*, *quibus commodum visum esset*, *hanc Hierarchiae formam instituere*; *nam nec Isti minuere poterant*, *aut alteri subjicere Auctoritatem sibi Divinitus tributam*, *nec praeter Divinum institutum alterius cujusvis auctoritatem amplificare*; *aliundè nec Successoribus eam legem praescribere potuissent*, *cui Se Ipsi sua voluntate subjecissent* = (17).

9. *Sola* ergo *Suprema* PETRI, Ejusque SUCCESSORUM *Auctoritas*, quae Apostolorum, et Episcoporum Auctoritati antecellit, quemadmodum aetate Nobis *proximiore* VESTRAS ECCLESIAS *ad gradum Metropoliticum* extulit, ita *antiquioribus* Saeculis PATRIARCHATUS, et PRIMATIAS instituit, certoque ordine edixit, ut *pluribus Episcopis* UNUS praeficeretur, et UNI *plures* subessent; ita tamen ut *omnes* ECCLESIÆ MATRI sine ullo discrimine subjicerentur. = *Ostentant quidem*, inquit *THOMASSINUS*, *non paucae* (Ecclesiae) *Fundatores* APOSTOLOS. *At* UNIUS PETRI *administratio*, *quas illustravit Ecclesias*, *eas* GRADU HONORIS, *et* POTESTATIS *prae caeteris conspicuo decoravit* = (18); et rursus luculentiori sermone, = PRIVILEGIO, inquit cum HINCMARO, PETRI *supra caeteros Apostolos evecti contineri* PATRIARCHARUM, PRIMATUM, *et* METROPOLITANORUM OMNIUM PRIVILEGIA. *Haec enim omnia in eo uno sita sunt*, *quod praesint Episcopi alii aliis*. *At* CHRISTUS *Apostolis* SOLUM PETRUM *praeesse jussit*. *Hinc ergò perspicuè illud efficitur*, *quascumque Episcoporum supra alios Episcopos* PRÆCELLENTIAS, *ceu radios a Sole luminis fonte*, AB HAC PRÆROGATIVA *manasse* = (19).

Q q 10.Quae

(17) Ita *interrogando* ratiocinatur doctissimus *Auctor* in cit. Libro = *Opuscula ad Hierarchicam Ecclesiae constitutionem spectantia* =. Par. II. pag 125. Post haec, qui' fieri potest, ut *Widerleger*, seu *Confutator* irridendum putet *discrimen* inter omnes receptum circa *Pontificiae*, et Metropoliticae dignitatis *Originem*, ac *vim*? prout illud irrisit in suo Libello = *Kurtze Widerlegung der Reflexions* = pagg. 135. 136.

(18) Cit. Par. I. Lib. I. Cap. 14. n. 1.

(19) Loc. cit. n. 4., et Cap. 30. n. 3. ADD. HALLIER = *De Sacris Election.* etc. = Par. III. Lib. I. Sess. V. Cap. 4. § 1. n. 18., et NAT. ALEXAND. Dis. XVI. *Saec.* V. cit. edit. Paris. To. IX. pag. 642.

10. Quae cum ita sint, non est *diffugio* locus. Nam *vel* debebitis exui quocumque, Ven. Fratres, *Privilegio*, *aut* si nemo ex Vobis vult esse *Sui honoris* desertor, confiteri debebitis, ut par est, *Auctoritatem Episcoporum* non esse ita numeris omnibus cumulatam, ut *a nemine pendeat*, sed AUCTORITATI PONTIFICIS eam subjici, ac subesse oportere [*]. Ad testimonia autem SS. CYPRIANI, et BERNARDI quod attinet, *huc illuc* excerpta, atque ex *obscurioribus* locis avulsa, quibus consuevistis *abuti* contra saniores *Critices* regulas, ea toties huc usque explicata fuerunt, ut nova declaratione non egeant. PETRUS ipse DE MARCA, qui solito S. CYPRIANI abutitur testimonio, *alium* ejusdem *Cypriani* locum considerans, ubi *S. Doctor* supremam S. STEPHANI *Papae* Auctoritatem agnoscit, = *nulla industria*, inquit, NOVATORES *hoc testimonium* CYPRIANI *elevare possunt* = (20). Quid autem de S. BERNARDO dicemus, qui cum ab EUGENIO Pontifice quaesiisset, QUIS ES? hoc dedit ejusmodi interrogationi responsum, caeteris fortasse omnibus SS. PATRUM testimoniis illustrius: = *Sacerdos Magnus*, *Summus Pontifex*. TU PRINCEPS EPISCOPORUM *etc. Habent illi assignatos sibi Greges*, *singuli singulos*: TIBI UNIVERSI CREDITI, UNI UNUS; *Nec modo Ovium*, *sed et* PASTORUM TU UNUS OMNIUM PASTOR = [Cap. VIII. §. 28.]

11. Multo sane magis illud debueras, *Moguntine* Archiepiscope, praeterire silentio, quod = *jam legitur in Synodo Chartaginensi Saeculo III. habita*, APOSTOLIS *successimus eadem Pote-*

[*] ADD. *Primum* jamdiu declaravit S. GREGORIUS M. occasione Electionis *Constantii* in Episcopum *Mediolanensem* inquiens, = *Quatenus hujusmodi servata consuetudine, et Apostolica Sedes proprium vigorem retineat et* A SE CONCESSA ALIIS SUA JURA NON MINUAT =. (Lib. III. Epist. 30.) *Alterum* vero *Primatibus*, et *Metropolitanis* quibuslibet proposuit THOMASSINUS his verbis: = *Hanc ergo* PETRI *potestatem* DIVINITUS *institutam* NECESSE EST *iis omnibus aut imitandam, aut participandam* PROPONI, *qui juris aliquid, et potestatis* IN EPISCOPOS *assequentur*. =

(20) *De Concord. etc.* Lib. I. Cap. 10. n. 8. ADD. Super interpretatione percelebris illius testimonii S. CYPRIANI = *Episcopatus unus est etc.* = inter caetera Scripta consuli potest Liber = *L'Episcopato* = Cap. II. n 20., ubi perquam feliciter explicatur.

Potestate Ecclesiam gubernantes = (21). Ignorare enim non debebas, illa verba non esse *Synodi* verba, sed *Confessoris* CLARI A MASCULA (22), et *acta omnia* Synodi illius, cui praefuit S. CYPRIANUS, fuisse ab ECCLESIA damnata una cum omnium *Episcoporum Sententiis*, quarum *oppugnationem* quisquis petit, consulat AUGUSTINUM (23), ita ut Sanctus ipse CYPRIANUS deinde cum FIRMILIANO, DIONYSIO ALEXANDRINO, omnibusque aliis *Orientalibus*, et AFFRICANÆ ECCLESIÆ *Episcopis* aliter, et melius senserit (24).

12. Eodem prorsus silentio obruenda fuisset *quaestio* alia inter Pontifices ZOSIMUM, BONIFACIUM, et CÆLESTINUM, et inter AFRICANOS PATRES exorta super celebri causa APPIARII Episcopi. Ideo enim exarsit illa contentio, quia PONTIFICII LEGATI pro fundamento suae Legationis afferebant in medium *Canonem Nicaenum* DE APPELLATIONIBUS, ex quo hujusmodi *Pontificium Jus* confirmabatur. Sicut autem *hic Canon* PATRES AFRICANOS latebat (25), eumdem inter *Nicaenos Canones* referri non posse contendentes; ita receptis, et perbenignè habitis *Pontificiis Legatis*, nihil aliud *Africani Episcopi* PONTIFICEM postularunt, nisi ut *Canon* hujusmodi cum *Nicaenis* Canonibus conferretur, professi, = *Se interea ad probationem servaturos, quae in Commonitorio allegata sunt DE APPELLATIONIBUS EPISCOPORUM AD ROMANÆ ECCLESIÆ SACERDOTEM* =, ut totidem verbis rem narrat FRANCISCUS VARGAS in suo = *De Episcoporum Jurisdictione, et Pontificis Maximi Auctoritate* = Responso (26).

Qq 2 13. Co-

(21) Cit. epist. *ad Pontificem* scripta §. *Delatus.* vers. *Apostolis*.

(22) Consule *Sententiam*, seu *Acta* hujus Concilii n. 79. apud LABB. Tom.I. col.815. E.

(23) *De Baptismo contra Donatistas* Lib.III. Cap.4., 5., et Lib.VII. Cap.1.

(24) Ut animadvertit BINIUS ad *Acta* hujus Concilii loc. cit. col.817. N. c.

(25) Latère e contra hic Canon non poterat Archiepiscopum *Coloniensem* de PP. Africanorum oppositione agentem in = *Pro-Memoria* = §.3. cit. Opusc. = *Riflessioni etc.* = pag.21.; aliosque Germaniae *Metropolitanos*, cum adjunctus repetiatur *Codici Canonum*, quem HADRIANUS Pontifex Imperatori CAROLO tradidit, et *Ecclesia Germanica* universim recepit.

(26) *Confirmatio Octava*. Cit. edit. *Romana* A.1563. pag.92.

13. Cognitum *subinde* fuit, *Canonem* illum, de quo erat disceptatio, ad Concilium SARDICENSE pertinere, et non *alia* de causa unum ex *Nicaenis* Canonibus reputatum, nisi quia *Sardicense* Concilium erat quaedam *Appendix*, et *Additamentum* NICÆNÆ SYNODI, et nisi quia *Sardicenses* Canones in *antiquis* Codicibus *post* Canones Nicaenos sine ulla *discriminis* nota legebantur. Hinc sicut *Sardicenses* Canones ab Ecclesia recepti eadem *Nicenorum* Canonum *Auctoritate* praestabant, ita = *disceptatio illa, quae gravissimorum hominum Sententiis utrinque fuerat disputata*, FINEM *sortita est* BONIFACII II. *tempore, quo* EULALIUS *Chartaginensis Episcopus, et caeteri Africanae Dioecesis Patres consentientes, ea in re* CUM APOSTOLICA SEDE, A CUJUS OBEDIENTIA MINIME' DISCESSERANT, RECONCILIATI SUNT =, eodem FRANCISCO VARGAS referente (27).

14. *Antiochenus* verò Canon, a BOEHMERO exscriptus, dum statuit, = *unumquemque Episcopum habere suae Parochiae Potestatem* =, et id genus alia, nulla vi trahi potest *ad Supremam* PONTIFICIS *Potestatem arcendam*. Idem de *Canonibus* dicendum, quos in unum collectos misit HADRIANUS I. ad CAROLUM MAGNUM, quosque Vos sine veritate, et sine ulla ratione contenditis, ita haberi, et servari oportere, ac si inter HADRIANUM, et CAROLUM MAGNUM initâ *Concordiâ* firmati fuissent (28). Cum enim hi Canones jubeant, ut *negotiorum Ecclesiasticorum* curam gerat *Episcopus*, id sane jubent, quod *Jure* cavetur, nihilque prorsus *contra Pontificem* statuunt, cujus Auctoritatem summam CAROLUS MAGNUS singulari venerabatur obsequio. = *Quandoquidem cum aliquando in Apostolicam Sedem, ut quibusdam videbatur, grave assurgere rogaretur, et jugum excutere (ut est in Decretis), non* ARROGANTIA *usus est, neque* RE-

(27) Loc. cit. pag. 93. Vid. super hac Patrum Africanorum cum Legatis Pontificiis disceptatione = *Dis. Polem. Canon. del Concilio di Sardica, e de suoi Canoni pel dritto delle Appellazioni Romane. Roma* 1783. = Par.II. §.5. pag.173. et seqq. ADD. Haec *Dissert.* cum nonnullis *Additionibus* recusa fuit *Romae* currenti A.1789. hoc Titulo = *L'Autorità Suprema del R. Pontefice dimostrata da un solo Fatto* =

(28) Archiepiscopus MOGUNTINUS in cit. Epist. ad *Pontificem* §. *Delatus*. vers. *Ipse*.

REBELLANDUM *esse ait*: SED IN MEMORIAM B. PETRI APOSTOLI HONOREMUS, *inquit*, SANCTAM ROMANAM ECCLESIAM, ET APOSTOLICAM SEDEM: NAM SERVANDA EST CUM MANSUETUDINE HUMILITAS; ET LICET VIX FERENDUM AB ILLA SEDE SANCTA IMPONATUR JUGUM, TAMEN FERAMUS, ET PIA DEVOTIONE TOLEREMUS = (29).

15. Haec sunt; Ven. Frâtres, praeclara illa *antiquorum* Ecclesiae *Conciliorum* monumenta a Vobis allata ad arguendam *plenipotentiam*, et *independentiam Episcoporum* (30). At si *veteres* Canones eam minimè confirmant, imò *evertunt* omninò, veluti evertunt, et convellunt eamdem cum *Divina Institutio*, tum *vetus Ecclesiae Disciplina*, de quibus tam multa jam diximus, multò sane magis in auras abibunt Vestri omnes conatus, si *mediae*, et *ultimae* aetatis monumentis id evincere posse putabitis.

16. Et sane haud commemorari decuisset illud, quod Tu, Archiepiscope *Moguntiae*, vocas *Ecclesiae Concilium* Wormaticum sub HENRICO IV. A. 1076. (31). *Conventiculum* enim illud, cujus consilia, et conatus spectabant ad Sanctum, legitimumque *Pontificem exauctorandum*, numquam *pro Concilio* habuit ECCLESIA. Imò admiratione dignum est, inter eos *Episcopos*, qui tantum sibi facultatum tribuebant, ut IN PONTIFICEM SUMMUM inveherentur, tanquam in *alienae Potestatis* invasorem, extitisse ENGELBERTUM, designatum *Trevirensem* Episcopum, qui *Dignitatis Pontificiae Sanctitatem* agnoscens, veritatemque fateri vel invitus adactus non potuit non exclamare: = *ferre Sententiam* CONTRA APOSTOLICUM *non est tutum*, *imò* INSANUM, *et* OMNINO NEFARIUM ALIQUID AUDERE *in illum*, *qui in vice* S. PETRI *fungitur Legatione ipsius* CHRISTI = (32).

17. Dum ALEXANDER III. cum FRIDERICO Imperatore

(29) Card. ÆNEAS in fine cit. *Epist. Apologeticae* pag. 749.

(30) Verba sunt haec Arch. MOGUNTINI in *Encycl.* §. *Hic erat*. vers. *Illis enim*: mutatis verbis eamdem exprimit sententiam Arch. COLONIEN. in cit. *Epist. Pastorali* §. *C' est une verité*. loc. cit. pag. 5.

(31) *Encycl.* cit. §. *Hic erat*. vers. *Ideo etiam*.

(32) GOLDASTUS *Constit. Imperial.* Tom. I. pag. 236.

tore (33) egit, ne cogitavit quidem de GERMANIÆ Episcopis *eximendis* a Jurisdictione APOSTOLICÆ SEDIS, ut Tuo arbitratu arguere niteris, Archiepiscope *Moguntine* (34). Abhorret autem quammaximè a verò, *Constantiense*, et *Basileense* Concilium in *Decreto* illo = *de Caussis*, *et Appellationibus* = a NATIONE accepto habito, et ab EUGENIO IV. approbato, edixisse unquam, ut = *in Spiritualibus nullatenus a* NUNCIATURIS *Jurisdictio admittatur* = (35). Jam Nos ostendimus *supra*, non satis constare, hujusmodi Decretum *acceptum*, et *ratum habitum* fuisse, et Acceptationem, Approbationemque omnem *evanuisse* penitus *post Concordatum Aschaffenburgense*, et *post Tridentinum Concilium*: nam si quae intercessisset Acceptatio, et Approbatio, ea non perpetua, sed *temporaria* fuisset, videlicet *usque* ad Concordatum, et *usque* ad futurum Concilium [Cap. VI. a §. 6. ad 32.]. Hoc ipsum sane omnem controversiam elideret.

18. Sed nunc *petimus* ex Vobis, in *quonam* Constantiensi, aut Basileensi *Canone* sit cautum, atque sancitum, ut APOSTOLICI NUNCII *ab omni usu Ecclesiasticae Jurisdictionis arceantur?* Nobis certe, utroque semel, iterumque perlecto, nil tale invenire datum fuit. Imò cum in *Basileensi* Concilio deprehenderimus, quoad eam *tantummodo* partem Facultates Legatorum coerceri, quae pertinet *ad Reservationes Beneficiorum vacaturorum*, vidimus planè, aperteque cognovimus, *reliquas* omnes Facultates integras, intactasque relictas *a Concilio confirmari* [*]. Viden-

(33) Quid Imp. *Federicus* de Pontificiis Legatis sentiret, vidimus *Cap. VIII.* §. 105. Is enim non Legationes ipsas, sed *abusus* quorumdam Legatorum odio habuit.

(34) Ead. *Encycl.* cit. §. vers. *Quin imo*.

(35) Ut Arch. MOGUNTINUS affirmat loc. cit. vers. *Idem*.

[*] ADD. Narrat JOANNES de SEGOVIA, auctor coaevus, Basileense Concilium conceſſisse LUDOVICO Patriarchae *Aquilejensi* constituto *Legato de Latere* universalis Ecclesiae, ut = *Cruce aliisque insigniis* LEGATORUM DE LATERE *uteretur* =, Eidemque pariter, ac duobus *Episcopis*, aliisque *Oratoribus* Concilii nomine missis ad Conventum *Moguntinum* A. 1439. concessisse, = *ut possent* CONFESSIONALE *concedere ad tempus vel in perpetuum* ...... *a quibuscumque* CRIMINIBUS, *et* CENSURIS *a Jure vel ab homine*, *et* SUPER IRREGULARITATE DISPENSARE.... *conferre* BENEFICIA, *dispensare* SUPER DEFECTU NATALIUM, *et*

dentes itaque *deesse* Vobis *Canonem*, qui vestras opiniones tueatur, solerter subtiliterque affirmatis, hujusmodi Decreto *de Causis* cautum fuisse, ut *quae Causae* post Episcopi, et Metropolitani Sententiam deferri *ad Urbem* deberent, *eae per Rescriptum committantur in Partibus*: addentesque subinde, Judices in Partibus delegandos *Indigenas* esse debere, exinde conjicitis, NUNCIOS, qui sunt *Alienigenae*, tametsi morentur *in Partibus*, *a causis cognoscendis arceri*.

19. Hoc est fortius, validiusque propugnaculum cum Vestrum (36), tum Vestrorum *Scriptorum* (37). Sed nil ad defendendum levius, nil ad expugnandum facilius. Minimè verum est *primo*, *cogi* illo Decreto APOSTOLICAM SEDEM ad Causas *omnes*

et ÆTATIS, RESIGNATIONES *recipere*, INTERDICTA *suspendere in Locis, ad quae declinare contingeret*, ALTARE PORTATILE *concedere, euntibus contra Infideles* CRUCEM DARE, *super* QUARTO *gradu Consanguinitatis, et affinitatis, super* TERTIO *vero* CUM TRIBUS MAGNIS NOBILIBUS *dumtaxat* DISPENSARE, RECONCILIARE *Ecclesias, et Cimiteria*, UNUM ANNUM *de injunctis poenitentiis* RELAXARE, ... OMNIAQUE ALIA ET SINGULA FACERE, QUIBUS LEGATI DE LATERE EX CONCESSA HIS POTESTATE UTUNTUR, SEU UTI POSSENT =: Subditque idem *Auctor*, = *Narratio facultatis hujus* DE SPIRITUALIBUS *facta est*, *quoniam prima* FORTE *fuit usque in hoc tempus*, NULLI CONCESSA SIMILIS, *sed postea quamplurimis etiam aliquando Doctoribus*, *copiosius autem Episcopis*, *sed* COPIOSISSIME CARDINALIBUS LEGATIS DE LATERE =. *Gest. Concil. Basileens.* Cap. XIX., quod refert CHRIST. GUIL. KOCH = *Sanctio Pragmatica etc.* = in *Sylloz. Document.* n. XIX. pagg. 252. 253.

Jam vero si Concilium hujusmodi concessit suis *Oratoribus* praeter alia insueta jura, ut possent = *omnia*, *et singula facere*, *quibus Legati de Latere ex concessa his potestate utuntur*, *seu uti possent* =, quis sanae mentis usum *legitimae* Auctoritatis in *Pontifice* redarguet, cum suis *Legatis* et *Nuntiis* multo *minores* facultates impertitur? et quis sibi persuadere umquam poterit, abhorruisse Basileense Concilium a qualibet sive Nunciorum sive Legatorum Apostolicorum *in Spiritualibus* Jurisdictione?

(36) Archiepiscopus MOGUNTINUS in *Encycl.* § *Exinde*. vers. *In Concilio*, et §. *Eodem*; et in Litteris *Pontifici* datis §. *Quamvis*. vers. *Jam vero*. Elector COLONIENSIS in = *Pro-Memoria* = §. 4. loc. cit. pag. 28., et *Delegati* Metropolitanorum ad Congressum Emsensem *Artic. XXII.* (4) in Opusc. = *Resultato etc.* = pag. 27. et apud DALHAM pag. 65. (*d*).

(37) Ex recentiorioribus JOS. HERMANN. cit. libello = *Riflessioni* =, et *Auctor Anonymus* Opusculi = *Istoria Prammatica* = §. 50.

omnes in Partibus committendas, semel ac *ipso Decreto* excipiuntur *Causae Majores*, et *Electionum Ecclesiarum Cathedralium*, et *Monasteriorum*, et illae etiam *minores* Causae, de quibus *metuendum sit*, ne *in Partibus* aliqua ex ratione *Jus suum unicuique reddatur* [Cap. VI.§§.40. 41.]. Multò *praeterea* minus verum est, Judices, qui *in Partibus* delegantur, esse *Indigenas* debere, et esse *è Natione* seligendos. *Nihil* de hoc habet objectus Decreti *Articulus*, neminique licet id de suo *addere* ingenio (38): *aliud* namque est, ut Causae committantur in Partibus, ne Litigatores potius = *juri suo cedant*, *quàm in longinqua Regione litium subeant dispendia* =, qui certè fuit FINIS edendi Decreti, ut ex ejus *Praefatione* dignoscitur (39); *aliud* est, ut Judices sint *Indigenae*, & non aliundè, quàm *è Natione* seligantur.

20. Caeterum satis cumulatè *Lex*, et *ratio* Legis servatur, ubi NUNCII delegentur *in Partibus* commorantes, a quibus *multò facilius* possunt POPULI ea sibi comparare *subsidia*, quae sunt ab APOSTOLICA SEDE imploranda; sed contendi nulla ratione poterit, ut Judices *Indigenae* delegentur, semel ac id non postuletur a *Lege*. Quinimò si a §. *Si vero.* ad legenda verba §. *Statuit.* (40) progrediemur, videbimus profecto, a *Concilio* fuisse *in Partibus* eos omnes tanquam *Judices* habitos, qui *de Jure* (41), aut *de Consuetudine praescripta*, vel *Privilegio cognitionem habent*: et sicut *Auctor* ipse Libri = *De Legatis* = fatetur (42), Nosque uberrimè jam demonstravimus [Cap.VIII.], LEGATOS omnes sive *stabiles*, sive *de Latere missos*, Causas *omni*

(38) Prout summa calliditate fecere *Deputati* Metropolitanorum ad Congressum Emsensem cit. *Artic. XXII.* (a), post verba = *dare Judices in Partibus* = addentes = *hosque Indigenas* =; quos imitati sunt nonnulli *Germaniae Scriptores*. Elector autem MOGUNTIÆ in Litteris *Pontifici* scriptis referens Sententiam Decreti Basileensis *de Causis* nil obloquitur de *Patria, et Ortu* Judicum delegandorum; in *Encyclica* vero *Suffragantibus Comitiorum* missa cit. §§. utrobique addit, ut Causae in tertia Instantia essent decidendae *per Nationales Judices* in Partibus, et *per Nationalia delegata*. Nunc primum audimus, aliam pro *Pontifice*, aliam pro *Suffragantibus Comitiorum Imperii* esse vim, ac lectionem *ejusdemmet* Canonis Basileensis.

(39) In Collect. *Horixiana* Tom.I. num.II. *aa.* pag.124.

(40) Loc. cit. pagg.126. 127.

(41) Cap. *Cum non.1. de offic. Legat.*, *et* Cap. *Si pro debilitate*. 3. *de offic.*, *et potest. Jud. deleg.*

(42) Cap.II. §.18., et Cap. III. §.35. vers. *In Germania*, et seqq., pag.34. cum seqq., pagg.77,78.79.

omni aetate cognovisse tam de *Jure*, quàm ex *Consuetudine*, atque ex singulari *Privilegio* S. SEDIS, et ea usos fuisse *Ordinaria* Auctoritate, quam ROMANUS PONTIFEX habet *super omnes Ecclesias*; ita inficias ire poterit nemo, hujusmodi *Decreti* verbis LEGATOS, et NUNCIOS apertissimè contineri.

21. In tanta rerum evidentia supervacaneum esset, sermonem convertere ad *Usum*, ac *Consuetudinem*, ad eam, quam dicimus OBSERVANTIAM. Sed haec quoque *Juribus* NUNCIORUM quammaxime favet. Quippe ab A. 1431., quo hujusmodi Decretum prodiit, ad haec usque tempora habiti fuerunt Nuncii *ad Judicandum idonei*, et de *Ecclesiasticis* Causis *judicarunt*, ita ut pudere debeat NOVATORES, obstaculum se commentos fuisse, quod Decreti *verba* subvertunt, quodque *jugis Observantia* pessumdat. Fieri ne potest, ut *Saeculi XVIII. homines quidam* a fundamentis Leges *evertant*, et eas Legum interpretationes *deleant*, quae in tanta tot continentium Saeculorum luce *invaluerunt*? Si igitur *Basileense* Decretum *Nunciis*, et NUNCIATURIS nil obstat; ne CONCORDATA quidem PRINCIPUM ab EUGENIO approbata, neque CÆSAREA CAPITULATIO pravè etiam corrupta, et aliorsum detorta quidquam obstabit. Etenim si *Concordata*, et *Capitulatio Caesarea*, uti contenditur, *Basileense* Decretum respiciunt, nunc *Decreto* per Nos explicato, omnia explicantur, Nostrique Contradictores inermes, et imbelles evadunt.

22. Non minor est horum *Novatorum* audacia affirmantium, voluisse Concilium TRIDENTINUM, quod Concilium *Basileense* neglexit, ut Judices in Partibus *Nativi*, et *Indigenae* essent, semel ac voluit, ut Judices *Pro-Synodales* eligerentur *a Synodis* (43). At ubi TRIDENTINI PATRES ad eas Concilii *Basileensis* partes *infirmandas* accesserunt, quibus APOSTOLICÆ SEDIS Jura violabantur, si edixerunt, ut Judices *Pro-Synodales* designarentur, id edixerunt quidem pro iis Causis *tantummodo*, quae delegandae essent S. SEDIS *arbitrio*; tantùmque abfuit, ut Jurisdictionem *contentiosam* Nunciis adimerent, ut, *prima* Instantia *dumtaxat* excepta, illam quoad *reliquas* omnes partes Intactam reliquerint, uti demonstravimus [Cap. VI. §§. 50. 31., C. VIII. §.152.]. R r 23. Ani-

(43) Scriptor *Anonymus* = *De Legatis etc.* = Cap. III. §. 39. vers. *Nec immerito*. pagg. 92. 93.

23. Animum minimè despondent *Novatores*, contenduntque, Concilium Tridentinum abstulisse Nunciis Jurisdictionem quoque *voluntariam*, propterea quod = *energicè, et generaliter sine distinctione Fori contentiosi, vel voluntariae Jurisdictionis loquitur*: *CAUSÆ OMNES AD FORUM ECCLESIASTICUM QUOMODOLIBET PERTINENTES, ETIAMSI BENEFICIALES SINT, IN PRIMA INSTANTIA CORAM ORDINARIIS LOCORUM DUMTAXAT COGNOSCANTUR* = (44). Sed contentionis absurditas per se patet, ubi animadvertatur parumper, recitata *Concilii* verba, quantumvis *perlatè* pateant, coercita fuisse tamen *ad Causas ad Forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes in prima Instantia*, adeout quantùm verborum amplitudo apta esse potest *omnibus Causis comprehendendis*, quae sunt generis CONTENTIOSI, tantumdem inepta sit iis *comprehendendis* Causis, quae sunt generis VOLUNTARIÆ Jurisdictionis, quaeque ab aliis quammaximè *discriminantur*. Qua in re non satis commendari potest TRIDENTINORUM PATRUM sapientia, qui Juribus *Ordinariis* EPISCOPORUM volentes consulere, consultum quoque voluerunt *Ordinariis* PONTIFICUM Juribus: itaut si communi plausu *Sanctio Tridentina* fuit excepta, quemadmodum APOSTOLICA SEDES gloriae Sibi ducit *intacta* relinquere *Episcoporum* Jura, quae Synodus Tridentina constituit; ita gloriari debeant EPISCOPI *salva* relinquere Jura APOSTOLICÆ SEDIS, quae Tridentina Synodus Eidem servanda esse decrevit.

24. At (reponit hoc loco *Auctor* Libri = *De Legatis* =) = *clara est constitutio Concilii Tridentini Sess. 6. Cap. 5. de reform.*, *et ita sonat*: *NULLI EPISCOPO LICEAT, CUJUSVIS PRIVILEGII PRÆTEXTU, PONTIFICALIA IN ALTERIUS DIOECESI EXERCERE, NISI DE ORDINARII LOCI EXPRESSA LICENTIA . . . Ergo nec Episcopis, aut Archiepiscopis in Partibus, quales solent esse Nuntii Apostolici* = (45). Clara quidem est Tridentina Constitutio quoad

(44) Idem *Scriptor* = *De Legatis etc.* = Cap.III. §.37. vers. *Igitur*. pag.84., quem sequitur Elector MOGUNTIÆ in epist. *ad Pontificem* §. *Quamvis*. vers. *Et ne Causas*. ADD. Id ipsum mussitare videtur KOCH loc. cit. in *Argum. Sanct. Pragmat.* Cap.IV. *b.* pag.79.

(45) Cit. §.37. vers. *Sed descendamus.*, et seq. pagg.85. 86.

quoad Episcopos omnes, ita ut nequeat *alter* Pontificalia in *alterius* Dioecesi exercere, nisi impetrata prius ab Ordinario venia. Sed Constitutio hujusmodi, ad solos *coercita* Episcopos, nil *commune* habet cum PONTIFICE, et cum *Pontificiis Legatis*, qui Illius vices funguntur. Ad PONTIFICEM enim quod attinet, *nulla Dioecesis est aliena* (46). Sicuti autem liceret PONTIFICI, quocumque Locorum accederet, *sine venia Ordinarii* pro lubitu PONTIFICALIA exercere, ita *eodem Jure* decorari possunt APOSTOLICI NUNCII, non ut meri *Episcopi*, aut *Archiepiscopi*, sed tanquam APOSTOLICÆ SEDIS DELEGATI. Nemo verò miretur, his rationum portentis uti *Auctorem* hujusmodi, cum ipse ingenuè sit fassus se ita scripsisse contra Communem celebriorem *Canonistarum* Sententiam (47).

25. Reliquum est, ut verba faciamus de *Constitutione* BONIFACII VIII. = *SUPER GENTES* = *de Consuetudine*; deque *Juramento Episcoporum*. Ad *Constitutionem* quod attinet, incassum contenditis (48) coercere ad casum *extraordinarium* tantummodo *Jus mittendorum Nunciorum*, iis freti Pontificis verbis, quae in ipso leguntur Constitutionis *exordio*: = *Necesse habet* INTERDUM *ex debito impositae servitutis Suos ad diversas Mundi partes*, *prout* NECESSITATES *emerserint*, *destinare Legatos* =. Hæc enim *Constitutio* prodiit in lucem, veluti BALUTIUS (49) animadvertit, ubi controversia quaedam PONTIFICEM inter, et PHILIPPUM PULCHRUM efferbuerat, *eo* scilicet *tempore*, quo in *Gallia*, in GERMANIA, et aliis in Locis *stabiles* aderant LEGATIONES *Primatibus* concessae, qui cum propter Confratrum *contradictiones*, ac *simultates*, aut propter *alias* causas peculiares *cumulatè* nequirent APOSTOLICÆ SEDIS *vices* obire, uti oportuisset, hinc factum est, ut *interdum* debuerit S. SEDES destinare *extraordinarios* Legatos, de quibus *hic* PONTIFEX loquitur.

26. Tantùm autem abest a vero, ut authumaverit *Pontifex*;

Rr 2 Jus

(45) Uti colligitur ex demonstratis Cap. VIII. Sect. II., et fatetur idemmet FEBRONIUS = *de Stat. Eccles* = Cap. II. §. 10. inquiens de Rom. Pontifice, = IS NULLIBI *potest haberi* PRO EXTRANEO =

(47) Cit. §. 37. vers. *Respond.* pag. 87.

(48) Elector COLONIENSIS in = *Pro-memoria* = §. 4. loc. cit. pag. 19.

(49) In *continuat.* Libri V. *de Concordia S. et I.* Cap. 56. num. 4.

Jus APOSTOLICÆ SEDIS ad *solum* casum *extraordinarium* esse coercitum, ut prope finem *Constitutionis* ejusdem *sine ullo discrimine* PRINCIPIBUS mandet, ac jubeat, *Nuncios recipere*, quos ad *quascumque* Partes pro Causis *quibuslibet* SEDES IPSA APOSTOLICA miserit. Hinc *Constitutio* hujusmodi *integrè* accepta non obest, sed favet *stabilibus Legationibus* plurimùm. Idque luculentius patet, si ad memoriam revocentur ea, quae de mandato dicti Pontificis LEGATUS denunciavit eidem PHILIPPO REGI, scilicet = *Romanum Pontificem Legatos de Latere, ac Nuncios* LIBERE' *mittere posse* AD QUÆVIS IMPERIA, REGNA, VEL LOCA, PROUT VULT = [Cap. VIII. §.806]; adeoque ambigi nulla ratione potest de *mente* Pontificis, qui apertis verbis *integrum* relinquit Jus APOSTOLICÆ SEDIS mittendorum *suo arbitratu* Nunciorum. Caeterùm ferri omninò non potest, Nostros Contradictores voculas quasdam aucupari ex *una* Pontificis Constitutione decerptas, nullamque rationem habere *tot Decretalium Litterarum aliorum Pontificum*, qui *a primis* usque Ecclesiae Saeculis *toties*, *tamque perspicuè* sua Jura asseruerunt *stabiles* habendi *Legatos in dissitis Locis*, Jura, inquimus, cum PRIMATUS Jure colligata, atque conjuncta.

27. Ad *Juramentum* verò quod spectat, quo Vos obstricti estis, quoque Episcopi omnes obstringuntur, Se *honorificè* habituros Legatos, ita latè patet, ut Legatos tam *Ordinarios*, quàm *Extraordinarios* comprehendat (50); nec quisquam poterit illud ad *solos Nuncios Extraordinarios* cohibere (51), modò ipsius Juramenti *vim* nolit eludere. Haud ignoramus equidem non sine summa animi Nostri aegritudine, adesse *quosdam* (52), qui *Ju-*

R r 2 *ra-*

(50) En *Juramenti* verba = *Legatum Sedis Apostolicae in eundo, et redeundo* HONORIFICE' *tractabo, et* IN SUIS NECESSITATIBUS *adjuvabo* =. Quod si Episcopi, per quorum Dioeceses Legati *tantùm* transeunt, debent Eos *honorificè* tractare, et adjuvare, quantò magis *honorare* eosdem, et *agnoscere* debebunt ii Episcopi, in quorum Dioecesibus *Populorum commodo inservientes* morantur?

(51). Quemadmodum in sua *ad Pontificem Epist.* contendit Archiep. MOGUNTINUS §. *Equidem.* in fine.

(52) Inter hos recensendus *Auctor* Opusc. = *Istoria Trammatica* =, qui §.30. multa comminiscitur *contra* hujusmodi Juramentum. ADD. De eodem *reformando* Juramento cogitarunt etiam *Deputati Emsenses Artic. XX.* in Opusc. = *Resultato etc.* = pag.26., et apud DALHAM pag. 664., quos *iniquè* laudat, sequiturque KOCH in *Sylloz. Document.* n.XIV. (47) pag.222.

ramentum causantes, tanquam *Constitutionibus*, et *Consuetudinibus Imperii* contrarium, ipsum moliantur eludere, quique conentur, *novas* etiam formulas pro *antiquis* procudere. Sed nec *vera* est commentitia Juramenti *collisio* cum legibus, et *Consuetudinibus* Imperii, nec ignorare debetis, quid Vos facere oporteat, ubi ejusmodi conflictus *existeret*: OBEDIENDUM enim EST MAGIS DEO, QUAM HOMINIBUS (53). Nec Nobis umquam *probabitur*, quidquid *novi* quaeratur *addi vetustissimis* formulis *Juramenti*, quod Episcopi *omnes cujuscumque* Nationis *tot Saeculorum intervallo* sanctè, religiosèque servarunt. [*]

28. Post haec desinite, quaeso, comminisci ullam rerum *confusionem* oriri, ubi Suprema Ecclesiastici Capitis Potestas cum Episcoporum Potestate *jungatur*. Haec enim *Suprema* Auctoritas non *aliò* spectat, nisi ut *rectus Ordo* servetur, et ad Fidelium *bonum* majori vigilantia comparandum, et ad *finem* PRIMATUS Divinitùs instituti assequendum: instat enim, et urget quotidie JESU CHRISTI *praeceptum* PETRO, Ejusque SUCCESSORIBUS datum, ut AGNOS pascant, et OVES. Mementote eorum, quae S. HIERONYMUS ad S. DAMASUM scripsit; = *Qui tecum non colligit, spargit* = (54). Imò *id* si fiat, ubique *Ordo* aderit, et summa *tranquillitas*, et *Pax*, quae deesse non potest, SI RECTOREM SUUM AGNOSCAT UNIVERSITAS, ut nuper ex THEODOSIO, et VALENTINIANO Imperatoribus intellexistis [Cap. VIII. §. 161.]. Eo vel magis, quia dum S. SEDES suo fungitur *Apostolatus* officio, cum Vestra, tum aliorum Episcoporum *causa* non desinit in suis *Destinationis* Litteris NUNCIOS *commonefacere*, ut in Sibi collatis facultatibus *exercendis* omni utantur *prudentia*, et *moderationem* adhibeant [Cap. VIII. §. 143.]: qui sane agendi modus *omnem* procul *turbarum*, et *confusionis occasionem* avertet. E contra *evitari* omninò non posset maxi-

(53) In simili *conflictu* hac Divina Sententia usus est FERDINANDUS *Archidux Austriae* in cit. Scripto diei 20. *Aprilis* 1559., apud HANSITIUM = *Germania Sacra* = To. II. Par. II. pagg. 726. 727.

[*] ADD. Exemplum *formulae* Juramenti ab Episcopis exhiberi *soliti*, et a PHILIPPO ROSENBERGIO Episcopo *Spirensi* A. 1504. reapse exhibiti Pontifici JULIO II. *ex Tabulario Spirensi* depromptum, exhibet idem KOCH in *Syllog. Document.* n. XXVI. pagg. 295. 296.

(54) Epist. 57.

maxima rerum omnium *perversio*, gravissimumque Christiana Respublica *detrimentum* caperet, si contra Divinam Institutionem *cuique* liceret Episcopo, ut perperam a Vobis contenditur, in sua Dioecesi *quidlibet* agere *absque omni dependentia*. Secus enim *non una* erit ECCLESIA, *non una* FIDES, *non una* DISCIPLINA, sed *tot* erunt ECCLESIÆ, *quot* EPISCOPI.

SE-

Digitized by Google

SECTIO II.

DE IIS,

QUAE PROFANI ORDINIS VOCITANTUR.

29. NOvum prorsus, et inauditum est, ut iteratae *Contradictiones*, et *Querelae* Illorum, qui *parere debent* ECCLESIÆ *Legibus*, et *Apostolicis Constitutis*, *Jus* statuant CONTRA ECCLESIAM IPSAM, et APOSTOLICAM SEDEM. Falso huic fundamento omnia ferè Argumenta innituntur, quae a Vobis PROFANI ORDINIS vocitantur, paucis exceptis, quae *contra Auctoritatem Pontificiam*, et *contra Apostolicas Nunciaturas* NIL faciunt. Nos primùm de his *paucis Argumentis*, deinde de *Querelis* agemus.

30. Et re quidem vera nemo intelliget, quid possit *Auctoritati* PONTIFICIS, et NUNCIATURIS obesse, si CAROLUS M. dixit,= *Episcopos nutu* DEI *gubernare Ecclesias* = (55); si LUDOVICUS I., LOTHARIUS, aliique vocarunt Episcopos minùs propriè *Vicarios* CHRISTI, et *Clavigeros Regni Coelorum* (56); si denique *Recessus Imperii* AA. 1235., 1281., 1303. praecipiunt, = *ut in rebus Ecclesiasticis obediatur mandato Archiepiscoporum*, *Episcoporum*, *et Archipresbyterorum secundùm Canones* = (57). Amplifica enim illa verba *ab Imperatoribus* adhibita quaestionem *nondum definitam* respiciunt, *num* potestas *Episcoporum* manet a DEO; sed *nil* contra veritatem faciunt, è DOGMATIS *fonte* profectam, qua edocemur, *Potestatem Episcoporum Potestati* PONTIFICIS *subesse oportere*. Pontifex autem tantùm abest, ut Potestati Episcoporum *invideat*, ut imò nil exoptet ardentiùs, quàm ut POPULI in rebus *Ecclesiasticis mandato* EPISCOPORUM *obtemperent* SECUNDUM CANONES, *salvo* scilicet eo *obtemperandi onere*, quod *Canones* POPULIS aeque,

(55) Arch. MOGUNTINUS in litteris *Pontifici* datus §. *Delatus* vers. *Carolus*.

(56) Loc. cit. vers. *A Ludovico* I.

(57) Ibidem §. *Illustre*. vers. *Inde*.

Digitized by Google

aeque, ac EPISCOPIS imposuerunt erga APOSTOLICAM SEDEM (58).

31. *Pax* autem *Westphalica*, quam ECCLESIA nunquam probavit, (59) in eo, quem Tu, Archiepiscope *Moguntine*, citas, *Articulo* V. §. 20. (60) loquitur quidem de *Ecclesiasticis Beneficiis*, quae *mensibus Pontificiis* a PONTIFICE conferuntur, sed nullam, ut Tu perperam putas, praesefert *specialem provisionem*, qua in REGNO GERMANICO *Residentia* PAPALIUM NUNTIORUM impediretur, et abrogaretur. In §*pho* verò 48. ejusdem *Articuli* V. verba quidem facit *de Juribus Dioecesanis*, ita ta-

(58) Nec ea verba *aliter* intellexit CAROLUS M. in *Constitutione*, quam edidit A. 770. in Comitiis *Wormatiensibus*, ex qua sunt desumpta. Inhibet enim in ea, ne *unius* Provinciae Dioecesani ad *alterius* Provinciae Episcopos in Causis confugiant; sicque fovet *jus Episcoporum*; sed in eadem multa etiam sancit, quae *Supremam* S. SEDIS *Potestatem* attingunt, ac promovent. Sic declarat = 2. *Auctoritas Ecclesiastica, atque Canonica docet, non debere* ABSQUE SENTENTIA ROMANI PONTIFICIS *Concilia celebrari* =. (GOLDAST. *Constit. Imperial.* Tom. III. pagg. 133. 134.) Episcopi autem non alia de causa ab *Imperatoribus* denominati sunt *Vicarii Christi etc.*, quam ut ostenderetur, eos ab *omnibus* esse, atque etiam *a Principibus* honorandos, prout eos *tali Titulo* insignivit *Synodus Cariſiaca*; quemadmodum animadvertit contra *Eybelium* eodem argumento utentem PISTUS ALETHINUS (Epist. I. §. 13. Tom. I pag. 38. not. 3.). Id ipsum jam animadverterat STOBŒUS *Episcopus Lavantinus* Epist. ad *Gisbertum Schavenbasium* in Libro = *Epistolae ad Diversos* = *Venetiis* 1749. pag. 414., ubi laudat ejus = *De Sacerdotum Dignitate sermonem*, *quo facis* (inquit) EX SACERDOTIBUS OMNINO DEOS .... *Quid ni igitur Sacerdotes* DEOS *dixeris*, *quibus* DIVINA VIS SUPRA OMNEM CREATURÆ POTESTATEM *est communicata? Atque in his nemo* SANÆ MENTIS *dissentit* =. Ergo ne *Sacerdotes* sunt Episcopis, Archiepiscopis, et Summo Pontifici *aequales*, Iisdemque non subsunt?

(59) Adversus hujusmodi *Pacem* solemniter protestatus est INNOCENTIUS X. tum *voce* per *Nuncium Fabium Chisium* ejus in Pontificatu Successorem, tum *scripto*, duabus editis *Constitutionibus*, altera *diei* 26. *Novembris* 1648., quae inc. = *Zelo domus* =, altera *diei* 3. *Januarii* 1651. Pontificis Protestationi accessit etiam *Clerus Hungaricus* alia Protestatione, quam favore *Religionis Catholicae* renovavit *coram Articulari*, et *Dietali Commissione Pesthini* celebrata *die* 21. *Maii A.* 1721. relegen. in cit. = *Recueil.* = Par. Eccles. III. pag. 168. et seqq.

(60) *Encycl* §. *In Articulo*. ADD. Ad eamdem *Westphalicam Pacem* appellat quoque Arch. SALISBURGEN. in *Pro-memoria* pag. 37.

tamen ut nullo modo JUS PONTIFICIUM *elidat* [*]. Quinimo cum res CATHOLICORUM eò loci relinquantur, *in quo* fuerant A. 1624., cumque in §. 49. mox insequenti cautum sit, ut = *Catholici juxta observantiam dicti A. 1624.* JURE SUO *experiantur* =; hinc tam longe abest, ut *Pax Westphalica* NUNCIATURAS oppugnet, ut imò illis *faveat* quamplurimum. Negari enim nequit, *ante* A. 1624. invectas fuisse in GERMANIAM *stabiles Nunciaturas*, *et eo ipso Anno* fuisse in GERMANIA *stabilem Nuncium Jurisdictione pollentem*, ut Nunciorum *Series* ipsa demonstrat (61). Hinc PRINCIPES PROTESTANTES, qui honori Sibi ducunt *contractus* tueri, latis etiam *modo* Legibus [C. III. §. 10.] agnoscunt, vindicantque *stabilem* NUNCIORUM *Sedem*, ac *jurisdictionem*.

[*] ADD. Id comprobatur ex perpetua' *Capitulatione Osnabrucensi* in vim *Artic. XIII. §. 3. Pacis Westphalicae* stipulata annuente *Caesaris*, et *Imperii Deputatione A.* 1550, in qua circa *Jurisdictionem Ecclesiasticam* Episcopatus *Osnabrucensis* §. 4. provisum est, = *salva tamen ad Metropolitanum*, VEL PONTIFICEM *Appellatione* =. Quod argumento est validissimo reservatae non solum *Pontificiae Auctoritatis*, et agnitae *Concurrentiae cum Metropolitanis*, sed invictum etiam exhibet *fundamentum* institutarum jamdiu *Nunciaturarum*.

(61) *Vindobonae* A. 1624. Nuncius erat CAROLUS CARAFA, qui in praecedenti Serie est n. 26.; *Coloniae* ab A. 1621. usque ad Annum *Normalem* 1624. Nuntius fuit PETRUS FRANCISCUS MONTORIUS, qui *septimo Idus Augusti* ejusdem A. 1624 successit PETRUS ALOYSIUS CARAFFA, prout ex Serie Nunciorum *Coloniensium* in cit. Opusc. = *Defense etc.* = n. 6. et 7. pag. 85. *Helveticus* tandem Nuncius eodem Anno erat ALEXANDER

32. TranSCAPPI, uti refert SCOTTI in cit. = *Helvetia Sacra* = pagg. 14. 15. ADD. Archiepiscopo *Salisburgen.* hoc ipso argumento abutenti in cit. *Pro-Memoria* pag. 37. ita respondet Opusc. = *Defense des Reflexions* = pag. 62. = *Le Nonce CARAFFA exerçoit en 1624., annèe de la paix de Westphalie, UNE TRES-AMPLE JURISDICTION dans cette Province méme et une grande partiè de l'Allemagne: de puis cette epoque on n'a rien vu qui eût donnè plus de vigueur au Traitè de Westphalie ni plus d'opposition avèc les Nonciatures qu'il n'en avoit alors. Jusqu' au Traitè de Westphalie les Nonces jugeojent même dans les causes civiles, lors qu'en primiere instance elles avojent ètè jugès par les Officiaux; le Traitè de Westphalie reglà, qu'ils ne jugeroient plus que les causes ECCLESIASTIQUES. LE TRAITE' EST DONC EN OPPOSITION FORMELLE AVEC LE PRO MEMORIA* =. Vid. etiam aliud Opusc = *Riflessioni sopra i 73 Articoli etc.* = ad §. 69. pag. 170., et seqq.

32. Transeuntibus Nobis nunc ad *Querelas*, distinguere operae pretium erit eas, quae CONCILIUM TRIDENTINUM *antecesserunt*, ab iis, quae sunt illud *consequutae*. Ad *primas* quod attinet propositas in *Comitiis* AA. 1449., 1495., 1497., 1498., 1500., 1521., quae in *Comitiis Norimbergensibus A.* 1522. in unum collectae ad *centum* usque pervenerunt, ac *renovatae* mox fuere in aliis *Comitiis* A.1530. (62), sat est, ut percurratis *Acta* ejusmodi Comitiorum, ut intelligatis, *nullam* ex hisce querelis cecidisse unquam super NUNCIATURAS *cum Jurisdictione* conjunctas, sed ad summum cecidisse super *quasdam* facultates, quibus NUNCII dicebantur *abuti*, et praesertim super cognitionem Causarum *profanarum*, et super *primas* denique Instantias. Caeterum sic habetote, maximam partem Gravaminum, quae in *Norimbergensibus* Comitiis proposita sunt, non ad *Nunciorum*, sed ad EPISCOPORUM CURIAS pertinere [*].

33. CAROLUS V. IMPERATOR, ad quem *centum* illa Gravamina relata sunt, ut sua studia apud S. SEDEM adhiberet pro *remediis* comparandis, probe intelligens, *nulla veritate* niti ea, quae adversus ipsam APOSTOLICAM SEDEM, et adversus *quasdam* NUNCIORUM *facultates* objiciebantur, CLEMENTI VII. solemniter declaravit, = *Se* GRAVAMINIBUS NATIONIS AURES *non praebuisse* = (63); Et in litteris ad *Collegium Cardinalium* scriptis (64) *importunas* vocavit IMPERII *preces*: SYNODUS tamen TRIDENTINA, ad quam hujusmodi querelarum *examen* subindè delatum est, cupiens *novarum* dissentiónum *occasionem* avertere, consilium cepit *moderandi* aliquantulum *facultates* NUNCIORUM, adimendique Eisdem *primas*

(62) Hae omnes querelae referuntur ab AUCTORE ANONYMO Libri=*De Legatis etc*=Cap.III. §§.27. 28. a pag.54. ad 58.

[*] Uti verba ferunt *Gravaminis* 99., et Comitiorum *peroratio*, sive *finalis petitio* ad Pontificem directa, ut Archiepiscopos, et Episcopos cogeret ad *emendanda* Gravamina, quae a n.41. ad 100. usque Gravamen ferè protenduntur, ut videre est apud GEORGIUM loc. cit. pag. 437. et seq., et pag. 499., et seq.

(63) In *Rescripto diei* 17. *Septembris A.* 1526. ad CLEMENTIS VII. *Criminationes*, quod exhibet GOLDASTUS in *Statut.et Rescript.a Carolo V. ad usque Rodulphum* II. pagg.81. seqq., et *Constit. Imper.* pag. 479. et seq.

(64) *Die* 6. *Octobris A.* 1526., quae litterae extant apud eumdem GOLDASTUM *citatis locis* pag.102. seqq., et pag.500., et seqq.

mas Instantias, relicto Ipsis quoad *alias* Instantias Jure *contentiosae* Jurisdictionis in *omnibus Causis quomodolibet ad Forum Ecclesiasticum pertinentibus*. Quo quidem consilio, a S. SEDE probato fuit cumulatissimè tam *Episcopis*, quàm *Nationi* satisfactum: fuit enim Concilium Tridentinum tam ab Episcopis, quàm a Natione *accepto habitum*. Quo circa instar monstri videtur esse, ut ad Populos decipiendos artificiosa oratione denuò exaggerentur modò ea ipsa *Gravamina*, quae *injusta* CAROLO V. visa sunt, et quibus fuit a TRIDENTINO CONCILIO satis cumulatè *consultum*.

34. Ad *secundas* autem quod spectat, Concilium Tridentinum *consecutas*, *tres* sunt PROTESTANTIUM Querelae. *Prima* fuit A. 1598. ab Iis ideo proposita, quia *falso timore* decepti verebantur, ne NUNCII sua arte, ac molitione *diffidentias* sererent inter Status (65): *secunda* fuit A. 1613. ab Iisdem proposita, eo quod NUNCII quasdam *Dispensationes* concesserant (66): *tertia* denique A. 1709. originem nacta est a quadam controversia inter Nuncium BUSSI, et BORUSSIÆ AULAM exorta (67). *Primae* satisfecerunt CATHOLICI STATUUM IMPERII, respondentes, = *ch' essi erano* OBBLIGATI *di secondare il* PAPA, *come* CAPO DELLA CHIESA *in tutto ciò, che potea contribuire* A CONSERVARE L' UNITA' *della* DOTTRINA, E A PREVENIRE OGNI SORTA DI SCISMA = (68).

35. Si autem *Protestantes* in maximo animorum aestu questi etiam sunt, quod Nuncii = *osavano attribuirsi qualche Giurisdizione, e servirsi delle Censure Ecclesiastiche* = (69); et rursus, si *Catholici Statuum Imperii* ad demulcendos animos *Protestantium* semiaperto ore visi sunt affirmare, = *che a tal' effetto l' uso voleva, che* DI QUANDO IN QUANDO *s' inviassero i Nunzj Apostolici nell' Impero, unicamente per avervi l'* ISPEZIONE, *affinchè*

 L' UNI-

(65) De hujusmodi querela agit Elector COLONIENSIS in = *Pro-Memoria alla Dieta* = §. 13. in Opusc. = *Riflessioni etc.* = pag. 40., et MOGUNTINUS in *Encycl.* § *Quamvis*. vers. *Et quid*.

(66) MOGUNTINUS Elector *Enciclyc.* loc. cit.

(67) Arch. COLONIENSIS in = *Pro-Memoria* = §. 71. cit. Opusc. = *Riflessioni* = pag. 180.

(68) Ut refert idem = *Pro-Memoria* = §. 14. loc. cit. pag 42.

(69) Ut in eodem = *Pro-Memoria* = cit. §. 13. pag. 40.

L' UNITA DELLA CHIESA FOSSE IMPERTURBABILE=(70).; nemo non videt, hujusmodi tam *Protestantium*, quàm *Catholicorum* Dicta in re quadam *inter Eos* acta, in qua *partem* habuit *nullam* APOSTOLICA SEDES, frustra *contra Eamdem* afferri, aut ad Jurisdictionem Ipsius inficiandam, aut ad eamdem intra limites *extraordinarii casus* cohibendam.

36. Eò vel magis, quod *Catholici* dum NUNCIOS exhibent tanquam *è specula vigilantes*, atque excubantes, eorum quidem respexerunt *Jurisdictionem*, sine qua omnis vigilantia fit *irrita*, *et inanis*. Et quamvis existimarint, rem tantisper temperare voculà illa = *di quando in quando* =; certum tamen est, respexisse illos *Consuetudinem tunc* vigentem, et conceptis verbis insuper declarasse, = *che tutti i regolamenti*, *che vi hanno qualche relazione*, SI CONSERVARSERO INTERAMENTE=(71). Jam verò extra omnem dubitationem est positum, *tunc* extitisse juxta *Consuetudinem*, et recepta instituta STABILES NUNCIATURAS *Jurisdictione praeditas*. Ex quo palam est, intellexisse *Catholicos*, non subvertendas, sed *servandas* esse NUNCIATURAS, *in quo* erant *Statu*, cum eas agnoverint, ac praedicaverint maxime *utiles*, ac *necessarias*= A CONSERVARE L'UNITA' *della Dottrina*, *e a* PREVENIRE OGNI SORTA DI SCISMA =,. veluti reapse servatae sunt, atque etiam nunc servantur, plaudentibus ipsis PROTESTANTIBUS, qui omni *diffidentiae metu* deposito convenerunt *Pacis Westfalicae* tempore in *cit. Artic. V.* §.48., ut ECCLESIASTICA POTESTAS etiam *Censuris* post *tertiam* denunciationem uti *liberè* posset.

37. *Duo* aliae PROTESTANTIUM *querelae*; *sedatis controversiis*, evanuerunt omninò, ita ut inter GERMANIÆ PRINCIPES enituisse, et adhuc enitere videantur PRINCIPES PROTESTANTES, qui NUNCIATURAS *defendunt*, quique *Catholicis* in sua Ditione commorantibus permittunt *publicis* etiam editis *Rescriptis*, ut ad NUNCIOS PONTIFICIOS confugiant. Quocirca Ipsorum *Querelae*, *occasione* quadam propositae, deindeque *desertae*, et a Se *abdicatae* non modò nil afferunt *adjumenti* Vestrae Causae, sed aeterno pudore, ac dedecore illos *Ecclesiasticos* afficient, agnoscere detrectantes *Jurisdictionem* APOSTO-

(70) Idem= *Pro-Memoria* = cit. §.14. pag 42.
(71) *Pro-Memoria* loc. cit.

STOLICÆ SEDIS, ejusque *Nunciorum*, quam PROTESTANTES ipsi *agnoscunt*, ac *reverentur*.

38. Si verò agitur de CATHOLICORUM *Querelis*, eae; quae prodierunt AA. 1593., 1677., 1706., et 1714., *ad certas peculiares* pertinent *Causas*, de quibus diu multùmque actum est inter CAMERAM, et NUNCIATURAS, magno animi ardore Partibus utrinque certantibus, *profanae* ne illae essent, an *Ecclesiasticae*, ut refert *Auctor* Libri = *De Legatis* = (72). Quae quidem concertatio *evanuisset extemplo*, si, quemadmodum pro casibus *dubiis* in CAPITULATIONE CÆSAREA *Artic.XIV.*§.5. cautum est, *sollicitae* fuissent Partes, ut IMPERATOR APOSTOLICAM SEDEM adiret ineundae *Concordiae* gratia. SANCTA enim SEDES eo, quo ducitur *Justitiae* studio, nunquam detrectasset, et nunquam detrectabit imposterum, Causas *verè profanas* secundum *Canones ad Laica Tribunalia* deferri, confidens et *Ipsa* futurum, ut *nemo* impedire debeat, quominus Causae *quomodolibet spectantes ad Forum Ecclesiasticum* juxta *Canones* ad NUNCIATURAS, et ad *Tribunalia Ecclesiastica* deferantur.

39. Querelae autem A. 1709. originem dedit *concertatio* quaedam exorta inter JOSEPHUM CLEMENTEM Archiepiscopum *Coloniae*, Episcopumque *Leodii*, et *Nuncium* BUSSI propter *Visitationem* Dioecesis *Leodiensis*, et *Osnabrucensis*. Qua quidem controversia nunc uteris Tu, Archiepiscope *Moguntine* (73), ad excitandos, inflammandosque *Confratres* Tuos, perindè ac si *Visitatio* a Nuncio nequivisset institui; et injusta, pessimique exempli fuisset *Suspensio a Divinis*, quam idem Nuncius inflixit BERNARDO DE HINNESDAEL *Vicario Generali Leodiensi*, eo quod *publicè* Parochis Dioecesis edixisset, ut *supersederent* ab observantia Decretorum, quae NUNTIUS in *Visitatione* ediderat. Quo in loco exprobratione etiam insectari non desinis ipsum JOSEPHUM CLEMENTEM, quod ita sibi temperare potuerit, ut solum *Recursum ad Imperialem Cameram* apposue-

(72) Cap.III. §. 30. vers. *Praetextus*. cum seq., §.32. vers.A.1677. cum seqq, pagg 60. 63. 67.68. 69.

(73) *Encycl.* §. *Innixus*. De hac querela agit etiam Elector COLONIÆ in = *Pro-Memoria* = §§.41.42. in Opusc. = *Riflessioni etc.* = pagg. 111. 112.

fuerit. At haec Querela eum *finem* habuit, ut quamvis itum jam esset *ad Imperiale Consilium*, Omnes tamen agnoscerent, et confiterentur, esse NUNCIO *facultatem Visitandi, ritè* eamdem *Suspensionis* poenam inflixisse, *Decreta Visitationis esse servanda*, ipsumque JOSEPHUM CLEMENTEM *permittere* Vicario suo debere, ut a NUNCIO *Absolutionem* exposceret, quemadmodum factum est: constat enim, *Vicarium die 13. Aprilis* ejusdem A. 1709. *Absolutionem* petiisse, eamque *biduo post* impetrasse (74).

40. Nec dissimilis fuit *exitus* Querelarum, quas aliqui ex *Vestris Decessoribus* aut ad PONTIFICEM detulerunt, aut COLLEGIIS ELECTORALIBUS exhibuerunt, quò IMPERATOR Sua officia adhiberet penes APOSTOLICAM SEDEM. Illas enim aut *privata* ex causa propositas, aut *falso* plerumque fundamento nixas deseruerunt earumdem *Auctores*, ut de Querela accidit, quam ELECTOR MOGUNTINUS exhibuit in litteris ad PONTIFICEM A. 1699. scriptis (75), utque pariter de *Voto* accidit COLLEGII ELECTORALIS A. 1719, = *quod quidem Votum hactenus non comparuit* =, Te ipso, ARCHIEPISCOPE MOGUNTINE, confitente (76).

41. E contra si ad aures APOSTOLICÆ SEDIS certis Auctoribus aliquis Querelarum *rumor* advenit, non Sibi expectandum duxit, dum adiretur IMPERATOR, sed *sua sponte* eisdem ultrò occurrendum existimavit, ut de Querelis accidit in COLLEGIO ELECTORALI propositis A. 1741. super *futilibus* Appellationibus. Certior enim hac de re a *Nuncio* AB AURIA factus BENEDICTUS XIV. ad obviandum huic *malo duas* edidit *Constitutiones*, tantis laudibus per GERMANIAM elatas, de quibus diximus *supra* [Cap. VI. §. 55.].

42. Celebris est Causa, ait *Auctor* Libri = *de Legatis* =, quae circa medium hujus Saeculi inter *Comitem de* STYRUM Decanum Cathedralis *Spirensis* ex una, et *Capitulum Spirense* ex al-

(74) Constat ex *Relatione* gestae Nunciaturae ab eodem BUSSI Cap VI. §. *Prima.* vers. *Intanto*. *Arch. Vatic.* inter *miscell. Nunciat. Colonien.* Vid Opusc. = *Riflessioni etc.* = loc. cit.

(75) Harc querelam memorat *Auctor* = *de Legatis etc.* = Cap. III. §. 33. vers. *Cum circa*. pag 71.

(76) In Cit. *Encyclica* §. *Quamvis.* vers. *Adhuc.*

altera Parte agitata est (77); quae Causa contendebatur fuisse in *prima* Instantia *contra ordinem Judiciorum* ROMAM delata. Notum quoque est, ac pervulgatum, ob hanc *tantummodo* causam, et non ob *alia* Gravamina, *tunc* ad invidiam dumtaxat conflandam cumulata, *Collegium Electorale die* 19. *Martii* 1764. litteras ad IMPERATOREM dedisse. Sed cur *silentio* obtegitur aeque celebre, et illustre *factum* in publica hominum luce collocandum? Cum itaque CLEMENS XIII., re mature perpensa, justum esse comperisset, ut hujusmodi Causa in *prima* Instantia remitteretur ad *Partes*, tam MOGUNTINUS ARCHIEPISCOPUS (78), quàm PALATINUS ELECTOR (79), *tunc Auctor* querelarum praecipuus, certatim animum suum ita PONTIFICI SUMMO declarare non dubitarunt: = *Conquestiones*, *quae* GENERALITER *in Epistola Collegii Electoralis ad Caesaream Majestatem scripta processui hujus Causae* UNICE' *innitebantur*, CUJUS GRAVAMINE SUBLATO, *eas litteras* SINE ULLO EFFECTU REMANSURAS CENSEO, AC PRO PARTE MEA DECLARO =.

43. Tu, *Moguntine Archiepiscope*, hodiernum ELECTOREM PALATINUM incusas, quod *inaudita metamorphosi* novum modò NUNCIUM receperit, et NUNCIATURAS protuendas existimet adversus ea, quae *in Collegio Electorali* A. 1764. affirmaverat (80). At non reprehensione, sed *commendatione* potius dignus videri *Tibi* debuisset ELECTOR, eo quod sanctè, religiosèque *servarit*, *quae*, *cessante suarum Querelarum causa*, *Se facturum promiserat*. Debuisses è contra Tuas *accusationes* in Tuum potius ANTECESSOREM convertere, qui licet *idem pollicitus*, Se tamen *quinquennio vix elapso* comitem adjunxit *Trevirensi*, et *Coloniensi* Archiepiscopis, et Eorum *consilia* secu-

(77) Cap.III. §.33. vers. *Celebris*. pagg 71. 72.

(78) In litteris diei 29. *Julii* 1764. §. *Hosce*., ad quas litteras pertinent ea, quae referuntur, verba. *Arch. Vatic.* Tom.V. *Epistolar. Nuntii Oddi* A.1764. pag.260.

(79) In litteris diei 11. *Augusti* 1764., quarum *eadem* sunt cum praecedentibus litteris *Moguntinis sensa*. *Arch. Vatic.* loc. cit.

(80) Tum in *Encycl.* §. *Quam multum.*, tum in epist. *ad Pontificem* scripta §. *Quamvis*. vers. *Adhuc*. Archiep. *Moguntinum* praeiverat in eadem objicienda *metamorphosi Scriptor* Libelli = *Istoria Prammatica* = §.44.

secutus non dubitavit *ex Comitiis Confluentinis* ad CÆSAREM ſcribere, Eique ob quaedam conficta, et commentitia Gravamina deliberandum proponere, ut = *Tribunalia Nunciaturarum in* GERMANIA PENITUS CESSARE POSSINT, *et debeant* = (81). At CÆSAR Gravaminum *injustitia* detecta, cognitaque Consilii absurditate, CAROLI V. imitatus exemplum [§.33.], nullam rationem Querelarum hujusmodi habendam esse putavit.

44. Alia Vobis cum GERMANIA non praebeat rationum momenta, quae *communi nomine* proponantur, animum ad *alia Regna* convertitis, iisque perlustratis, in haec tandem erumpitis verba; = *sola Germania* (Nunciaturas) *tollerare deberet*, *a quibus* ALII FINITIMI STATUS CATHOLICI *jam dudum se liberarunt* (82); perinde ac si in *aliis* Catholicis Regnis nullus cum *Jurisdictione* Nuncius adesset (83). At hoc nil prodest *ex Jure*; cum *Jure* sit cautum, ut ea *Disciplina*, et *Consuetudo* servetur, quae in *Loco* est, de quo agitur, quaeque est ut plurimum ob causas *peculiares* invecta, uti verè potest de GERMANIA affirmari. Germania enim cum *diversis Principibus* pareat, cum *diversarum Religionum* sit *Sedes*, cum a *perpaucis Pastoribus Ecclesiasticis* regatur, atque administretur, cumque hi non modò interdum ex *S. Sedis* indulgentia *pluribus* praesint Eccleſiis, sed etiam *Temporalis Regiminis* cura uti PRINCIPES distineantur; GERMANIA, inquimus, *prae Nationibus caeteris* assidua indiget cura, et vigilantia NUNCIORUM, quemadmodum nostis ab aliis demonstratum satis copiosè fuisse (84).

45. At minus etiam prodest *ex Facto*. Nullum enim est REGNUM, ubi adsint NUNCIATURÆ, in quo Nuncii *majori*, vel *mino-*

(81) Vid. ANONYMUM = *De Legatis etc.* = Cap.III. §.33. vers. *Recentiora*. pag.73.

(82) Ita Archiepiscopus MOGUNTINUS in *Encycl.* §. *Dedignum*: simile quid habet COLONIÆ Archiepiscopus in = *Pro-Memoria* = §.72. loc. cit. pag.183., et SALISBURGEN. Archiepiscopus in ejus = *Pro-Memoria* = pag.2., et p.35.

(83) Ut subdit *Auctor* Libri = *De Legatis etc.* = Cap. III. §§. 34. 35. pag.75. et seq.

(84) In Opusc. = *Rifleſsioni sul Pro-Memoria* = ad §.72. pag. 184. et seq., et in alio = *Defense des Reflexions etc.* = pagg 49. et seqq. cum *Notis* ad P.2. = *Pro-Memoria* = Arch. *Salisburgen.*, et pag. 61. ad cit. pag.35. ejusdem = *Pro-Memoria* = *Salisburgen.*, nec non DOCTOR INGOLSTADIENSIS *Colloq. XX.*, pagg. 148., et seqq.

minori Jurisdictione non polleant juxta Pontificiarum Delegationum *formulas*, veluti de *Galliarum* NUNCIO *Auctor* ipse Libri = *de Legatis* = confitetur (85), tametsi contendat, Nuncii facultates fuisse *cohibitas*, et a REGIS *consensione* pendere: quod quidem, ut intelligatur, quantum absit a vero, meminisse sat erit, quid BONIFACIUS VIII. PHILIPPO PULCHRO significandum, quidque PHILIPPUS BONIFACIO respondendum esse putavit [Cap. VIII. §.106.]. HISPANIARUM *Nuncius* Jurisdictione gaudet, non secus atque LUSITANIÆ, et POLONIÆ Nuncii, uti fidem faciunt *Tribunalia*, quibus *praesunt* tamquam JUDICES: idemque de NUNCIO VENETO, deque *Aliis* dicendum. Quod verum adeò est, ut si quod REGNUM a Nuncii Jurisdictione *exemptum* Se esse contenderit, *Privilegio Apostolico* se protueri debuerit, ut narrat ipse BALUTIUS (86). Sed omittenda minimè est *Responsio* a GUIDONE FULCODIO Episcopo *Sabinensi*, et *Apostolico Legato* MAGNATIBUS ANGLIÆ data super hujusmodi *Privilegio*, quam idem BALUTIUS exscribit: = *Asseritis*, *Responsionis* sunt verba, *Vestrum esse* PRIVILEGIUM, *quod ad Vos Legatus non veniat non petitus*. *Sed absit*, *ut* ROMANA ECCLESIA *lege propria Se arctaverit*, *ne possit per* ALIOS *visitare*, *quorum Visitationem* PRÆSENTIALITER *nequit adimplere* = (87).

(85) Cit. Cap.III. §. 34. pagg. 75. 76.
(86) Cit. Lib.V. Cap.56. num. 4. et 5.
(87) Loc. cit. num.13.

SECTIO III.

De iis,

QUÆ

AB ALIQUIBUS PECULIARI IPSORUM NOMINE

Objiciuntur.

46. Pauca, et futilia sunt, quae *Peculiari Nomine* objiciuntur. Unusquisque ex *Vobis* contendit, *Contradictiones* Vestrorum quorumdam Antecessorum ad summum usque *contemptionis* gradum elatas suppeditare *Vobis Jus* veluti quoddam, unde a Nunciorum Jurisdictione *exempti* esse videamini (88). Sed nihil esse potest absurdius. Non enim ex *violentiis* Jus oritur, et eae cuivis inferantur, condemnationem potius merentur, quàm *exemplum* praebeant ad *imitandum*. Pertinent illae quidem ut plurimum ad tempora *medii aevi*; at *odium*, ex quo illae manarunt, non contra LEGATIONES, sed contra *Legatos*, Eorumque agendi rationem exarserat.

47. Agit de hisce Legatis magna exaggeratione verborum STOBŒUS Episcopus *Lavantinus* iis litteris, quas Vos tantopere commendatis, ubi = *inter tristia*, inquit, *referendum duxi, quod Nuncius adhuc vagatur. Ubi? Sequitur Annonae copiam, nec cessabit, dum Annonam repererit. Solvite Presbyteri, Praelati, Episcopi* = (89). Caeterum ipse STOBŒUS in Epistola ad PAULUM V. data multo demissiores animi sensus inducere visus

(88) Archiepiscopus MOGUNTINUS in epist. *ad Pontificem* data §. *Illustre.*, COLONIEN. *In* = *Pro-Memoria* = §§. 19. 23. 29. 30. 31. 37., et 41. in Opusc. = *Riflessioni* = pagg. 67. 75. 83. 85. 87. 104. 115., ubi *Auctor* hisce respondet Contradictionibus; et SALISBURGEN. tum in litteris *Pontifici* scriptis die 24. *Novembris* §. *Antecessorum*, tum in ejus = *Pro-memoria* = a pag. 3. ad p. 21.

(89) Epist. *ad Bartholomaeum Villerium* script. *pridie Kal. Januarii* 1607. in cit. Libro = *Epistolae ad Diversos* = pag. 266.

sus est (90), et Procurationis suae, suique Episcopatus *rationem* reddidit (91), et adversus diversarum Religionum *Tolerantiam* vindex acerrimus [*] NUNCIOS *honorificè* excepit (92), Eorum pluries auxilio est usus (93), et confessus est, NUNCIOS APOSTOLICOS, *stabili* tunc per GERMANIAM *Legatione* fungentes, multum *adjumenti* allaturos fuisse ad Haereticorum Sectas imminuendas, et ad Catholicorum Religionem amplificandam, si in id, uti oportebat, incubuissent. = *Ita paulatim*, inquit, *Haereticorum imminueretur*, *cresceret verò Catholicorum numerus*. *In quibus si* NUNTII APOSTOLICI *aliquid operae quandoque ponerent*, PLURIMUM *profectò proficerent* = (94).

48. Ipse STOBÆUS, uti *Archiepiscopi Salisburgensis Suffraganeus*, gravissimè conquestus est de VOLFANGO THEODORICO, Archiepiscopo *Salisburgensi*, veluti ipsius Epistola ad Eum scripta declarat, in qua = *de me*, inquit, *id habes*, *si*

 QUID-

(90) Dat.4. *Non.Junii 1610*. loc. cit. pag. *329*. et seq. Quin tres ejusdem *Stoboei* leguntur epistolae A. *1609*. ad Card. *Burghesium*, in quibus *Calumniatores* vocat eos, qui se accusaverant, quod *non bene de Summo Pontifice* loquutus esset. pagg.*296*. 300. 310.

(91) Vide Epist. ad *Clementem VIII*. *Non.Kal.Maii* 1599. pag.*9*., et seq., et cit. epist. ad *Paul.V*. A.*1610*. pag.*329*. et seq. et aliam ad eumdem *Paul. V*. pro eadem Causa dat. *Idib. Decembris 1613*. pagg.*366*. *367*.

[*] Colligitur id ex *pluribus* Epistolis scriptis *ad Card. Cinthium Aldobrandinum*, *ad Canonicorum Ecclesiae Lavantinae Collegium*, ad ipsum *Ferdinandum Archiducem Austriae*, ad *Sigismundum* III. Regem, et *Constantiam* Reginam *Poloniae*, ad *Bartholomaeum Villerium*, et alios, quae leguntur pagg. 137. 140. 320 347. 350. 356. 365. 377., quibus addenda Epistola ad eumdem *Ferdinandum*, =*de auspicanda Religionis reformatione* =, quae refertur ab HANSITIO = *German. Sacra* = Tom. II. Par.II. pag.713. et seq.

(92) Ut ex *Credentialibus* pro diversis Nunciis *Graeciensibus* a *Paulo V*., et Card. *Lantfranco* Eidem missis pagg. *96*. *343*., *349*., et ex *Protestatione* ab Eodem facta in cit. Epist. ad Card. *Burghesium* pag. 310. = *consuevisse Se NUNCIOS APOSTOLICOS prosequi*, *et honorare* =

(93) Vid. Epist. dat. = *pridie Kal. Decembris* 1600. *ad* HIER. PORTIAM *Andriae Episcopum Nuntium Apostolicum* = pagg.92. *93*., in qua exposcit *opem* contra Archiepiscopum *Salisburgen*. confidens = *in ejus pietate in Deum, et vigilantia in Ecclesiam*, *planè facturum*, *ut homo ille aliquando redigatur* IN ORDINE, *et mea mihi salva sit Episcopalis functionis Auctoritas* =.

(94) Cit. Epist. *ad Paulum V*. pag.*333*.

QUIDQUID *quocumque modo vis*, *id* TE *et putes* POSSE, *et* EPISCOPOS DEBERE, PROFITEOR PALAM, *et sine verbi velo*, *me Archiepiscopo posse esse Episcopum*, NON MANCIPIUM. *Spero ergò a rectiori posthac mente Tua rectiora omnia*. *At si* VI *velis*, *quae* NON ÆQUUM *est*, *aut Archiepiscopum facere*, *aut pati Episcopum*, RES NECESSARIO REFERENDA EST AD ILLAM SEDEM, *quae* NEC JUS NEGLIGIT, NEC RATIONES CONTEMNIT, NEC SUORUM AD SE EPISTOLAS DISSIMULAT = (95). Si igitur *Salisburgensis Ecclesia* non ideo *Metropolitica* exuta est dignitate, qua super Ecclesia *Lavantina* praestabat, quia STOBŒUS de *Archiepiscopi* agendi ratione *conquerebatur*, multò minus de suo NUNCIATURARUM *Jure* dejicienda erit APOSTOLICA SEDES, eo quod *aliquid* STOBŒUS, aliique fortasse *de cujusdam Nuncii agendi ratione* mussitarint.

49. Nemo in *Germanicarum* rerum *Historia* paullisper versatus ignorat, quantum *contradictionum*, ac *querelarum* jactatum fuerit adversus CONSILII AULICI TRIBUNAL (96). Sed non idcirco fuit unquam de *Tribunali evertendo* cogitatum. Desinite ergo, Ven. Fratres, *exemplis* abuti a *Contradictione*, aut a *violentia* petitis, quae aut *injustae* fuerunt, aut *abusibus* jam penitus *sublatis* innitebantur, et quarum *singulae* sunt aut ab *Auctoribus* ipsis, aut a *Successoribus* illorum *reprobatae*, atque *damnatae*. Si STOBŒUS modo sospes existeret, si sciret *Commeatus* omnes insigni S. Sedis liberalitate fuisse *sublatos*, itaut *nihil* hodie solvant *Archipresbyteri*, nihil *Praelati*, nihil *Episcopi*, quanto majori animi alacritate *Nuncios commendandos* susciperet, semel ac tamquam *utiles* Eosdem commendandos putaverit etiam tum, cum Illis *Commeatus* solverentur. Caeterum si lubet

(95) Loc. cit. E converso autem summam in Sedem Apostolicam reverentiam, et animi demissionem pluribus in litteris profitetur, offerens Ecclesiae suae rationem Pontifici, = *tanquam vivo PETRO Episcoporum Episcopo*, *Praesidi*, *Judici* = cit. Epist. ad *Clementem VIII*. pag. 39; et de S. Sedis Judiciis ita sentiens, = *Absit ut in Coelum os ponere velim* =; Epist. ad *Cardinal. Aldobrandinum* pag. 137.

(96) Hujusmodi querelae *Statuum Imperii*, non solum *Catholicorum*, verum etiam *Protestantium* referuntur in cit. Libro = *Le Droit public Germanique*, *ou l'on voit l'ètat presente de l'Empire* = Tom. I. Chap. VI. §. *Les etats*. pag. 220. 221. 222.

lubet *Antecessorum* exempla imitari, illis rejectis, quae *Bonorum reprobavit auctoritas*, ea, quaeso, seligite, quae Viri *sanctitate*, et *virtute* praestantes, dum singulas Vestras Ecclesias administrarunt, Vobis *imitanda* reliquerunt, quaeque superius a Nobis sunt commemorata [Cap. VIII. §. 121. 122. 123.].

50. Contendis Tu, *Coloniae* Archiepiscope, Tuarum Dioecesum *partem*, Ducatus nempe *Juliacensem*, et *Montiensem*, obnoxiam *nunquam* fuisse NUNCIATURÆ AD TRACTUM RHENI (97): Contendis, hanc Nunciaturam ad Pontificatum usque BENEDICTI XIV. non fuisse *Ordinariam* (98): Contendis denique, ab eo tempore *precariam* fuisse, *officiosisque* Litteris tum BENEDICTI, tum PONTIFICUM Successorum subnixam [*]. Sed facili negotio ostenditur Tuae contentionis infirmitas, atque imbecillitas. Sufficit enim, *modum* animadvertere, quo NUNCIATURA haec *primitus* est *constituta*, ut evincatur, *utrumque Ducatum* comprehensum fuisse *in prima* institutione Nunciaturae: qua de re opus non est plura dicere, cum PRINCEPS TERRITORIALIS publico *edito Decreto* Ipsam defendendam, ac propugnandam susceperit [Cap. III. §. 10.].

51. *Litterae* Destinationis tum *veteres*, tum *recentiores* palam cuique faciunt, BENEDICTUM XIV., omnesque Ipsius *Antecessores*, et *Successores* Nuncium legasse, tamquam *Ordinarium Nuncium* iisdemque praeditum facultatibus *voluntariae*, et *contentiosae* Jurisdictionis, quibus *Nuncii* praediti fuerant ab eorum *Antecessoribus*. Cum autem hae Litterae fuerint semper *receptae*, et *executioni* mandatae, fingi non potest, quemquam ex Nunciis *Extraordinarium* Nuncium fuisse; semel ac aequaliter omnes *re*, et *nomine* ORDINARII NUNCII fuerunt. Si autem BENEDICTO XIV., ejusque *Successoribus* visum est, in *Litteris*, quas vocant *Credentiales*, uti verbis *officii*, et *urbanitatis*, si Ipsi existimarunt, commendare *Tibi*, *Tuisque Antecessoribus* Nuncios, si minimè dubitarunt, quominus Tui vellent *Antecessores*, et *Tu* quoque velis *intercipere* NUNCIO *exercitium* facultatum = *ad praestan-*

(97) = *Pro-Memoria* = a §. 58. ad 67. in Opusc. = *Riflessioni* = a pag. 149. ad 165.

(98) *Ibidem* a §. 16. ad 44. loc. cit. a pag. 44. ad 117.

[*] *Ibidem* a §. 45. ad 49. a pag. 118. ad 127. et in litteris *Pontifici* scriptis §. *Nec dubium*. vers. *Praecipuè*.

standum COMMODUM *Gregibus solicitudini Tuae commissis* . . . , *quod est consentaneum humanitati* , *eximiaeque Tuae in hanc supremam Sedem observantiae* = (99) ; nemo justus rerum aestimator arbitrabitur, hujusmodi *urbanitatis* officia , *hac aetate in usum* recepta inter PRINCIPES Viros, Se *arctius* adstringi , et colligari authumantes his vinculis , quàm ipsis *praeceptis*, nemo , inquimus , arbitrabitur , *ablatum* hinc fuisse Tibi , Tuisque Antecessoribus *obtemperandi onus* , quo omnes tenentur erga APOSTOLICAM SEDEM : cum praesertim tam BENEDICTUS , quam SUCCESSORES illius in Litteris *Delegationum* in forma *Brevis* minimè sejungendas putarint ab *Officiis* hujusmodi illas Facultates cum potestate *coactiva* conjunctas , quibus *Nuncii* ab ANTECESSORIBUS muniri consueverunt .

52. = *Etiam per* GERMANIAM (ait *Barthel*) FORMULA , *qua* STATUS IMPERII *modo convocantur* , MULTUM DIFFERT *a vetere* ; *olim namque erat* IMPERATIVA, *et* PRÆCEPTIVA Gebiethen heisen, Befehlen , *ac per Edictum* GENERALE *concepta* ; HODIE *vero est potius* INVITATORIA , *et non sine maxima insignis clementiae laude* BLANDIORI ALLOQUIO TEMPERATA , *atque ad* SINGULOS *Status* SPECIALITER *directa* = (100) . Nihilominus ex *novis* his verbis , plenis *officii* , atque *urbanitatis* nemini hactenus venit in mentem expoliandi IMPERATOREM ea , qua pollet , convocandorum Statuum Auctoritate . Nonne S. PETRUS *ad Christianos* (101) , et S. PAULUS *ad Corinthios* (102) , *Ephesiosque* scribens (103) in rebus *majoris* momenti , et *arctae obligationis* verbis *hortatoriis* , et *deprecatoriis* sunt usi (104) ?

53. Nos certè non latet , quosdam *Auctores* (105) , adulatio-

(99) Verba sunt Litterarum *Credentialium* BENEDICTI XIV. pro Nuncio SPINOLA , quae referuntur in = *Pro-Memoria* = Electoris *Coloniensis* cit. §.45. pag.118.

(100) *Dis.* = *De Comitiis Universalibus* = Cap.2. §. 1. vers. *Formula* . *Opusculor. var. argumen.* edit. *Bambergae* 1756. Tom.I. pag.413. Hanc formulae *varietatem* refert etiam cit. Liber = *Le droit public Germanique* = Chap.VI. §. *Apres.* d. Tom.I. pagg.241. 242.

(101) Epist. Cap.II. v.11.

(102) Cap.I. v.10.

(103) Cap.IV. v.1.

(104) Atque hos inter recentissimus DALHAM in *Dis. praevia* ad Collect. *Concil. Salisburgen.* §. XIX. et XX. pag.23.

(105) DALHAM loc. cit. §.XX. pag.23.

tionem magis, quàm veritatem sectantes, fuisse Vobis persuadere conatos, *Moguntinam*, et *Salisburgensem* Ecclesias *exemptas* esse a *Jurisdictione* Nunciorum ob egregiam illam LEGATI NATI Dignitatem, qua nonnulli *ex Vestris Antecessoribus* fuerunt *aliquando* decorati. Sed *Vestram moderationem* commendare debemus, cum in Litteris ad Nos datis hujusmodi argumentum praetermiseritis. Et jure quidem, ac merito: haec enim LEGATI NATI Dignitas etiam *cum* vigebat, *adventu Nuncii missi* DE LATERE PONTIFICIS *cessabat* omnino tum ex Jure, tum ex Apostolicorum Privilegiorum conditione, ac lege. Quandoquidem APOSTOLICA SEDES intellexit, ac voluit, *salva*, et *integra* esse Sua Jura *mittendi Nuncios*, et *transferendi* Dignitatem LEGATI NATI ab *una* ad *aliam* Ecclesiam, ut de Ecclesiis *Salisburgensi*, et *Moguntina* factum est. Hae enim Ecclesiae, licet *antea* hujusmodi Dignitate fulgentes, fuerunt tamen A. 1137. adjunctae ad LEGATIONEM ARCHIEPISCOPI TREVIRENSIS [Cap.VIII. §.112.], itaut *Salisburgensis* Archiepiscopus A. 1163. petere, et impetrare debuerit ab ALEXANDRO III. *novum* Legationis *Indultum pro Regno Theutonico*: quod quidem Indultum fuit pro *rei opportunitate* concessum hac verborum formula, animadversione dignissima, = *cum* AD PRÆSENS *per Nos, vel per aliquos a Nostro Latere Destinatos intendere non possimus*, *vices Nostras* IN PRÆSENTIARUM *Ei duximus committendas* = [C. VIII.§. 116.].

54. *Nunc* autem cum LEGATI NATI, ut ostensum est *supra* [C. VIII. §§.127. 128.], omninò *cessaverint*, itaut Vestri ipsi *Scriptores* fateantur, nihil aliud nisi *Titulum* superesse [*], cesset, oportet, omne *contentionis initium* super quovis *Exemptionis* Jure, quo nunquam potitae sunt LEGATIONES NATÆ, dum etiam *existerent*.

55. Æqua laude Tu quoque, Archiepiscope *Salisburgensis*, dignum Te praebes, dum in Tuis ad NOS datis Litteris peculiare illud *Privilegium* praetermisisti, quo polles, *Ordinandi* EPISCOPOS *Gurcensem*, *Chiemseensem*, *Seccoviensem*, *et Lavantinum*. Hoc enim *Privilegio* praeditus es pro illis *tantum* Ecclesiis, quas memoravimus, et non etiam *pro aliis Tuis Suffraganeis Ecclesiis*

[*] DALHAM Cit. *Dis. praev.* §.XX. pag.23.

siis (106), et illo quidem gaudes non ex *veteri Metropolitico Jure* (107), sed ex peculiari SANCTÆ SEDIS *Indulto*; veluti *Tu Ipse* confessus es, ubi *simile* Privilegium a Nobis *pro nova Ecclesia Leobiensi* impetrasti (108). Quamobrem si *primae* aetatis METROPOLITANI, qui *Ordinandorum Episcoporum Jure* pollebant, tenebantur *Auctoritatem* VICARIORUM APOSTOLICORUM *agnoscere*, nec ulli poterant *Suffraganeo* manus imponere sine *conscientia*, et *consensu* Ipsorum, quos diximus, VICARIORUM [Cap. VIII. §. 55.]; multò sane magis *Tu* debes NUNCIORUM *Auctoritatem* agnoscere, qui *aliquot* potes ordinare Suffraganeos *sola* APOSTOLICÆ SEDIS *indulgentia*. Noti tandem sunt, et litteris etiam consignati *voluntariae*, *contentiosaeque* Jurisdictionis actus in Vestris Dioecesibus a NUNCIIS *exerciti* (109); qui NUNCIATURARUM POSSESSIONEM a *Ger-*

(106) Cujusmodi sunt Ecclesiae *Frisingen.*, *Ratisbonen.*, et *Brixinen.*

(107) Ut persuadere Ei, aliisque conatus est DALHAM cit. *Dis. praev.* §.XVIII. pag. 2. At si hoc Jure Arch. *Salisburgensis quatuor* illas conferret Ecclesias, pari ratione et *alias* conferret, quae *Juri Metropolitico* subsunt. ADD. Concordati Germanici *tempore* Jure hoc pollebat Is quoad *tres* tantum Ecclesias *Gurcen.*, *Seccovien.*, et *Lavantin*; ut ex Bulla NICOLAI V. colligit CHRISTOPH. KOCH. in *Histor. Sanct. Pragmat.* Cap. II. §. 22. *aaa.* pag. 43.

(108) Obsequentissimis litteris ad *Pontificem* datis die 23. *Januarii* A. 1786., et diebus 17. *Martii*, 26. *Februarii*, et 9. *Junii* 1787.

(109) De hujusmodi *Possessione* quoad Archidioecesim *Moguntinam*, et *Salisburgensem* constat nedum ex *Processibus* a Nunciis *Coloniensibus* fieri solitis in *Electione* Episcoporum, et Suffraganeorum, sed quoad *Moguntinam* patet etiam ex *Serie* similium *Processuum* confectorum ab Anno usque 1626., et *Causarum* ab iisdem Nunciis vel definitarum, vel delegatarum ab Anno usque 1702., prout ex extractu *Coloniensis Notarii* signat. die 23. *Martii* 1737. (*Archiv. Vatic. Epist. Nuncii Colonien.* 1737.): quoad *Salisburgensem* verò etiam ex Decreto veteris Concilii A. 1420., quo *Excommunicationi* subjiciebantur, quicumque *impedivissent exercitium* Jurisdictionis Legatorum Sedis Apostolicae, vel *offendissent* accedentes, seu recedentes ab Eorum Curia; item ex *Visitatione* a Nuncio *Graeciensi* peracta A. 1607.; tandem ex *Recursu* facto ab ipso Arch. *Salisburgen.* ad Nuncium *Felicianum* (Cap. VIII. §§. 149. 153. 156.). *Possessionem* autem jurisdictionis Nunciorum in *Coloniensi* Archidioecesi praeter alia in *Responsione* allata argumenta evincit testimonium *Notarii*, de quo C. VIII. N. 372.; de simili in *Trevirensi* Archidioecesi dubitari non sinit Testimonium Archiepiscopi *Antecessoris*, et ipsiusmet *Consistorii Trevirensis* relatum cit. Cap. VIII. §. 157.

Germanicis ipsis Scriptoribus agnitam [Cap. VIII. §§. 184. 185.] egregiè confirmant, omnemque funditus dirimunt controversiam.

56. Tempus itaque est, ut orationis vela contrahamus. Ex iis, quae sunt hactenus disputata, liquidò patet, quod a Vobis proponebatur tanquam ineluctabile argumentum, illud mirum in modum adversus Vos retorqueri. Vos animo quidem non malo praediti, sed aliorum fraude decepti affirmastis, *Possessionem*, et *Praescriptionem* Stabilium Nunciaturarum esse EX OMNI PARTE VITIOSAM, *cum ex spuriis Decretalibus exorta Institutioni Divinae, Fundamentalibus Ecclesiae Germanicae, et Imperii Legibus, Nationis Germanicae Concordatis è diametro adversaretur*; NUNQUAM FUISSE QUIETAM, SED *perpetuis Nationis Germanicae Querelis in multis, variisque Comitiis, ac Conventibus usque in currens Saeculum* CONTRADICTAM, *proindeque* NUNQUAM POTUISSE LEGITIMUM JURIS EFFECTUM SORTIRI = (110). Talis certè erat Vestrorum *Consiliariorum* sententia.

57. Nunc autem ex ingenua *Factorum* explicatione Vestrismet oculis *deceptionem* intuemini, qua Virtus Vestra fuit circumventa [Cap.I.]; videtis, nullam esse VOBIS *justam Querelarum* causam neque adversus NOS, neque adversus APOSTOLICOS NUNCIOS [a Cap. II. ad VII.]; intelligitis, Jus *Stabilium Legationum* ex Divina PRIMATUS Institutione descendere [Cap. VIII. Sect. II.]; agnoscitis, fuisse hoc Jus ex *constanti* ECCLESIÆ Disciplina semper exercitum omni Aetate *antiqua*, *media*, ac *novissima* [Cap. VIII. Sect. III. IV. V.]; deprehenditis, idem hoc Jus fuisse firmatum CONCILIORUM *auctoritate*, EPISCOPORUM *plausu* [Cap. VIII. Sect. VI.], CONCORDATIS, LEGIBUS IMPERII, EXEMPLIS IMPERATORUM, PRINCIPUM, GERMANICORUMQUE JURECONSULTORUM etiam PROTESTANTIUM sententia [Cap. VIII. Sect. VII.]; aspicitis denique, *Querelis*, quae *justae* visae sunt, fuisse a TRIDENTINO CONCILIO, et a SANCTA SEDE *cumulatè satisfactum*

V v [Cap.

(110) Archiepiscopus MOGUNTINUS in epistola ad *Pontificem* §. *Superest.* vers. *Dein.*, cui aliquomodo consonant *alii Metropolitani*, quos omnes in hujusmodi erroribus praeiverat *Auctor* Libri = *Istoria Prammatica etc.* = §§. 62. 63., et 64.

Digitized by Google

[Cap. VI. §. §. 53. 54. 55., C. VIII. §. §. 142. 143.], *injustas* verò fuisse ab ipsis *Auctoribus* abdicatas [Cap.I. N. 71., C. IX. §§. 36. 37. 40. 42. 47.], ab IMPERATORE, et ab IMPERIO contemptas [Cap. I. §. 33. N. 71. , C. VIII. §. 72. , C. IX. §§. 33. 42.].

58. Haec omnia itaque videntes, et quasi manibus contrectantes, *hortationibus Nostris* jam minimè indigetis. Religio Vestra, et Justitia intelligit ipsa per se, *quid* VOS *facere oporteat*. Si *erroribus* inducti NUNCIATURAS *abolendas* curastis, *veritas* ab erroribus vindicata postulat modò, flagitatque, ut quantùm *contradictione* certastis, tanta NUNCIATURAS *reverentia*, et *observantia* colatis, tantoque *patrocinio* tueamini. *Nos*, Ven. Fratres, *Comitia* adire non possumus, nec debemus, neque *Extraordinarium Legatum* mittere, ne APOSTOLICAM SEDEM Judici *incompetenti* subjiciamus: verùm nullatenus *abdicare* valemus NUNCIATURARUM *Jura* cum PRIMATU a DEO Nobis concredito *colligata*, et *conjuncta*. Agnoscite ergò, uti VOS decet, hujusmodi *Apostolica Jura*, et si qui in *exercitio* Facultatum Nunciorum irrepserunt *abusus* Nobis ignoti, referte illos ad Nos aut per *Litteras*, aut per *Vestros Negotiorum Gestores*, quemadmodum toties *Vestri Majores* praestiterunt (111). Quantum enim Nobis est curae, ut *Jura Nostra tueamur*, tantum prompti, paratique animo sumus *tollendis abusibus*, VOBISQUE in iis omnibus, quae *justa*, et *aequa* sint, obsecundandi.

(111) Ut caetera mittamus exempla, plures occasione *Concordatorum* a S.Sede cum Natione initorum missi ab eadem Natione in Urbem Legati fuere. [Cap.VII. N 42.] Sed quod majori dignum est animadversione, quoties vel *Archiepiscopi*, vel *Natio* ipsa in *Comitiis* aliqua proposuere gravamina adversus Romanam Curiam, propositum semper, decretumque fuit, *Legatos* ad Pontificem mittere, quod compertum est fuisse servatum in Comitiis cum *Norimbergensibus* A. 1522., tum *Augustanis* A. 1530.

VENE-

VENERABILI FRATRI MAXIMILIANO FRANCISCO
ARCHIEPISCOPO COLONIENSI,
ET EPISCOPO MONASTERIENSI,
S. R. I. PRINCIPI ELECTORI.

PIUS PP. VI.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam Benedictionem.

§. I. POstquam *Responsio Nostra super Nunciaturis Apostolicis* fuit ad Te, et ad alios Metropolitanos Collegas Tuos missa, et typis etiam vulgata, intelleximus praeter omnem expectationem, Ven. Frater, posse Nostra quaedam dicta *super Tuo Officialatus Tribunali* aliorsum accipi, atque a Nobis dicta sunt, et videri quibusdam posse, ea saltem scripta a Nobis fuisse aut minus accuratè, aut minus verè. Equidem quae Nos de Tribunali isto Tuo affirmavimus, ea diximus *Ordinationem* illam Tuam secuti, quam germanico sermone conscriptam edidisti Tu *die 23. Novembris anni 1787.*, quae subindè prodiit in vulgus *die 31. Decembris ejusdem anni*, quamque in linguam latinam conversam Nos a doctis, et honestis Viris accepimus, quos utpote in Germania natos minimè fugere, ac latère poterant germanicae linguae vis, et loquendi formulae, nisi nova haec Lex satis per se *obscura* esset, et quibusdam quasi involucris tecta delitesceret, ita ut Viri ipsi, quibus hujusmodi Tribunal apprimè cognitum est atque perspectum, hujusce Legis confusionem causentur, et ad ipsam intelligendam, ejusque retrusos, atque abditos sensus deprehendendos non parum se adlaborasse conquerantur. Nostra sanè dicta, in quae potest *dubiae intelligentiae* metus cadere, non ea sunt, ut *rei naturam* immutent, de qua fusè egimus *Capite V. Nostrae Responsionis*. Nostri tamen candor animi minimè patitur, ut vel parumper differamus rem ipsam declarare, atque illustrare; nobisque erit curae, ut, quae modò aggredimur explicanda, ea tum ad Tuos Collegas, tum ad eos omnes perveniant, ad quorum manus potuit *Responsio Nostra* deferri, ne quis veritatem ipsam ignoret, et ne, sublata malitiosis hominibus quacumque calumniandi occasione, quis in-

veniatur, cui *Nostrarum querelarum* justitia non pateat, atque innotescat.

2. Dicet fortasse aliquis, Nos *Capite III.* §.4., *C.V.* §§.11.14., *C.VI.* §. 60. minus rectè affirmasse, Tribunal Officialatus *novum* esse Tribunal, ad commissionem, cognitionemque Causarum Nunciaturae, Sedique Apostolicae auferendam non prius institutum, quam Tibi fuit *Mandatum generale* denegatum, quod *in Judices Pro-Synodales* per Te nominatos conferri a Nobis optabas. Quandoquidem multos ante annos aderat jam Archiepiscopale Officialatus Tribunal, quod jam indè a suae institutionis exordio non ex Officiali tantum, sed ex pluribus Assessoribus coalescebat partim Laicis, partim Ecclesiasticis, quodque ad instar *Tribunalis mixti* tam Causas *civiles* cognoscebat Electoralis Principatus ex quadam *Unionis Rhenanae* Constitutione, quam Causas *Ecclesiasticas* tum Dioecesis Coloniensis, tum Dioecesum Suffraganearum.

3. Verum si haec Nobis opponantur, facili aequè et perspicua poterunt responsione refelli. Antiqua enim Tribunalis hujus institutio satis minimè est ad eam dispellendam *novitatem*, quam Tu, è spe dejectus impetrandi *Mandati generalis*, in idem Tribunal recenter intulisti *Communi* illo *Decreto diei* 12. *Januarii* 1786., et illa *Ordinatione diei* 23. *Novembris* 1787. Quinimò si nuda et simplex instituatur *comparatio* inter antiquum, et praesentem Tribunalis Statum, inter facultates primitus datas, et recentius adjunctas, inter curriculum illud Judiciorum, quod Ecclesiasticae Causae olim percurrebant, quodque hodiè emetiuntur, quilibet sibi persuadebit, jure ac merito *novum* fuisse a Nobis appellatum hoc Officialatus Tribunal in prima et secunda Instantia, de quibus illud agit, et pro *nova* pariter fuisse habitam a Nobis aliam *Judicum Commissariorum* institutionem, abs Te in gradu *Revisionis* delegandorum pro tertia et ultima Instantia.

4. Inficias it nemo, extitisse olim Coloniae Tribunal Archiepiscopale Officialatus: sed tunc unus *Ecclesiasticus Officialis* Judicium ferebat; caeteri enim omnes *Assessorum* locum tenebant cum *voto consultivo*. Huic autem Tribunali *una* tantum Instantia erat tam in Causis *civilibus* eorum, qui Electoris Ditioni subdebantur, quàm in Causis *Ecclesiasticis* Dioecesis Coloniensis, aliarumque Dioecesum Suffraganearum, ita ut qui a Sententiis *Eccle-*

clesiasticis hujusce Archiepiscopalis Tribunalis provocabat, nonnisi *ad Nuncium*, aut *ad Apostolicam Sedem* provocaret. Placuit Electori MAXIMILIANO FRIDERICO, tanquam Loci *Principi*, sub annum 1766. Judiciorum formam aliquantisper immutare quoad Causas *civiles*, et *profanas*, jussumque ab eo fuit, ut per Officialem Causae hujusmodi in *prima* Instantia *uni ex Assessoribus committerentur*, utque a Sententia hujus Assessoris delegati quivis posset *ad Officialem ipsum delegantem appellare*. Sed neque MAXIMILIANUS FRIDERICUS Elector, neque ullus ex suis Decessoribus cogitavit unquam de Judiciorum forma in Causis *Ecclesiasticis* immutanda, aut *novis* Commissionibus invectis, aut *multiplicatis* Instantiis. Minimè enim ipsi ignorabant, suum ipsorum Tribunal, tam si Auctoritate *Ordinaria* uteretur in Causis Ecclesiasticis Dioecesanorum primae Instantiae, quàm si Auctoritatem *Metropoliticam* exerceret in Causis iisdem, a suis Suffraganeis jam definitis, *unam tantum Instantiam* habere juxta Canones posse; hac enim una Instantia absoluta, sciebant, Ecclesiasticas Causas *ad Judicem Superiorem*, idest *ad Pontificem Summum*, deferri omninò oportere.

5. Hinc nihil fuit unquam adeò certum, et hujuscemet Tribunalis Officialatus *observantia* firmatum, quam = *Officialem ejusdem Curiae in Causis* ECCLESIASTICIS *in* PRIMA *Instantia* COMMISSIONEM NUNQUAM DECERNERE, MULTO MINUS EASDEM, *si appelletur*, *post decisionem a se factam*, *vel ipsum D. Officialem*, *vel ipsum Serenissimum Archiepiscopum Coloniensem Dominum Nostrum Clementissimum* COMMITTERE, SED EASDEM INDISTINCTIM OMNES IN GRADU APPELLATIONIS *vel ad S. Sedem Apostolicam*, *vel ad Sacram Nuntiaturam Coloniensem* LIBERE, ET ABSQUE ULLO IMPEDIMENTO CONSTANTER DEVOLVI =, veluti Anno 1757. testati locupletissimè sunt *Procuratores*, et *Notarii ipsius Curiae Archiepiscopalis*, quorum verba in *Nostra Responsione* jam dedimus *Cap.* VI. §. 57.

6. *Pristinus* itaque hujusce Tribunalis Status erat Ecclesiae Legi, et Facultatibus tum Ordinariis, tum Metropoliticis consentaneus; nihilque prorsus detrahebat de Suprema S. Sedis, et Apostolicae Nunciaturae Auctoritate. Sed ab illo *praesens* Tribunalis Status quammaximè differt; semel ac Tu *Ordinatione* illa tua

prae-

praeter nova *Monitoria*, praeter novam *Cancellariam*, et alia, quae *immutatam* rei formam ostendunt, ad *multiplicandas* Instantias jussisti sine ullo rerum discrimine, ut in omnibus etiam *Ecclesiasticis* Causis per Officialem prima *committatur* Instantia uni, aut pluribus Assessoribus [*Tit. II.* §. 8., *Tit. XII.* §. 41.], utque ab Assessoris, aut Assessorum Sententia *ad Officialem ipsum appelletur* [*Tit. VII.* §.45.], reducto *fatali* ad appellandum pro Causis *Ecclesiasticis* ad *duos* Menses dumtaxat, tametsi pro *Civilibus* Causis *trium* Mensium spatium, veluti usu receptum erat, ad appellandum relinquatur [*Tit. XIV.* §. 60.]. Nec satis hoc: sed jussisti etiam, ut Officialis in *secunda* Instantia Sententiam ferat *una cum Assessoribus Laicis, et Ecclesiastitis*, invecto in hunc modum novo prorsus, et inaudito Judicio, et tributo Assessoribus etiam *Laicis voto decisivo* [*Tit. I.* §.4. *Tit. VII.* §§.14.16.].

7. Nequit profectò dubitari de hujusce *novitate* Judicii, ad quod instituendum et soliti temporis spatium oportuit coerceri, et Instantias *augeri*, et Personas judicio ferendo *impares* illegitima auctoritate donari. Quandoquidem *Ordinatio* ipsa Tua certos nos facit, Judicium hujusmodi invectum abs Te tanquam *quid novum* fuisse, quod suum peteret ab ipsa die Ordinationis initium. En verba tua latinè reddita = *pro hac* (secunda) *Instantia* INDE AB HOC TEMPORE *Judicium Formatum clementissimè* INTRODUCERE *volumus* = [*Tit. VI.* §. 13.]. Quinimò ulterius etiam progressus tua Ordinatione jussisti, ut = *a Sententiis in* SECUNDA *Instantia latis nulla ulterior Appellatio, quam* AD REVISIONEM *locum habeat* = [cit. §. 13.], sublata è medio *tertia* Appellatione, quam omnes Leges permittunt, ut in *Nostra Responsione* demonstravimus [*Cap. V.* §. 19.], novoque invecto *Revisionis* Judicio juxta *Decretum Commune* diei 12. *Januarii* 1786. = *Quantum ad Instantiam* REVISIONIS (ita pergit hujusmodi Ordinatio *Tit. XIV.* §. 64.) *in Causis Ecclesiasticis servabitur interim quae sub* 12. *Januarii* 1786. *per Decretum Commune publicata fuit clementissima Ordinatio* =.

8. Atque hoc loco animadvertendum est, Te hujusmodi *Decretum Commune* tunc edidisse, cum, negato Tibi Mandato generali, minitatus jam fueras Apostolico Nuncio, = *Che i Giudici Sinodali sarebbero entrati in pieno esercizio delle loro cariche, perchè non essendo obbligato secondo il Concilio di Trento, che di*

pro-

proporli, ed avendoli proposti, nè avendo il Pontefice data alcuna opposizione alle loro Persône, erano dunque atti a giudicare IN NOME SUO *le Cause di Appello* =; quemadmodum datis ad Nos litteris *die* 18. *Septembris* 1785. Nuncius Noster significavit. Quod quidem minarum genus adhibuit quoque *Baro de Waldenfels* Minister Tuus, ubi sub initium *Novembris ejusdem Anni* 1785. Nostrum Nuncium allocutus apertè declaravit, = *Che avrebbero i Giudici* (Synodales) *potuto decretare con l'Autorità Arcivescovile* =; veluti idem Nuncius Nobis retulit aliis suis litteris *diei* 13 *ejusdem mensis Novembris*.

9. Non destitit Nuncius et *voce*, et *scripto* Tibi, Ministroque Tuo suadere, a Concilio Tridentino non postulari modo, ut *Judices Synodales* designentur, et Pontifici Summo exhibeantur, sed ut Judices isti designati, et approbati nequeant Causam ullam cognoscere ac definire, nisi illis *Commissione* delata a *Sede Apostolica*, aut a *quolibet Legato vel Nuncio*: qua in re *Decretum* quoque *Concilii Basileensis Sess.* 31. *de Causis* est Concilii Tridentini sanctioni consentaneum. Instauravit Nuncius sua apud Te studia, et officia, ut Te de sententia deduceret, et ex illegitimo hujusmodi facultatum usu revocaret, missis ad Te, tunc *Vindobonae* commorantem, Nostris in forma *Brevis* Litteris, datis *die* 24. *Septembris* 1785., quibus peculiarem epistolam suam adjungendam putavit, Te etiam atque etiam rogans = *a non venire* ALLA MINACCIATA RISOLUZIONE DI FARE ENTRARE IN PIENO ESERCIZIO I DETTI GIUDICI (Synodales) CON FORMAL TRIBUNALE, E COGNIZIONE DELLE CAUSE. *E' impossibile, che il Santo Padre vi dia il suo consenso, ed è impossibile di supporlo dalla Legge Tridentina, e dalla Bolla di Benedetto XIV. . . . . La di Lei religione non permetterà certamente, che si tolghino a Roma di fatto nella sua Diocesi quelle Appellazioni, che ha sempre posseduto* =.

10. Officiis a Nuncio saepius adhibitis accesserunt et Noſtra. Nos enim de hujusmodi minis certiores effecti scripsimus ad Te alias Litteras in forma *Brevis* datas *die* 8. *Octobris ejusdem Anni* 1785., Te ipsum enixè rogantes, ut ab omni *novitate* abſtineres, illudque etiam abs Te voluimus = *animadverti, quod hi Judices Pro-Synodales, etsi una Fraternitatis Tuae nominatione ſuffulti Causarum cognitioni operam darent, Apostolica*

tamen

tamen delegatione destituerentur; *ac proindè perturbationem potius*, *quam legitimam Juris tuitionem eorum Responsa inducerent* =.

11. Tu verò officia, atque incitamenta Nuncii, et hortamenta etiam Nostra pariter frustratus es. Aliorum enim deceptus insidiis, nullo responso binis Nostris Litteris dato, id quod fueras minitatus, efficere minimè dubitasti, nova per Te ipsum in Judices Pro-Synodales auctoritate collata, et in lucem edito *Communi Decreto diei 12. Januarii 1786*, et *Ordinatione diei 23. Novembris 1787*. Tunc enim *pro extincto* habens *Tribunal Nunciaturae*, affirmansque, non posse amplius ex illo obtineri Appellationes = *a Sententiis nostris definitivis*, *aut Decretis vim definitivae habentibus in prima vel ulteriori Instantia* =, Procuratoribus et Advocatis praecepisti, ut = *Commissionem* REVISIONIS *immediate petant a Serenitate Sua* =, a qua *Commissarii* delegarentur. Qui quidem Commissarii non alii erant, quam ii, quos Tu Nobis in *Judices Pro-Synodales* designaveras, et approbandos exhibueras epistola tua ad Nos data *die* 18. *Maii anni* 1785. Ex septem enim illis Viris, quos Nobis jam exhibueras approbandos, selegisti primo in *Officialem*, et in *Caput* Officialatus Tribunalis *Canonicum Josephum de Herrestorff*, et destinasti in *Assessores* ipsius Tribunalis *Joannem Matthiam Mayer*, et *Hermannum Josephum Zaaren*, et nominasti *in Commissarios* REVISIONIS alios quatuor, *Canonicum Mariam de Merle*, *Jacobum Guidonem Schaaff*, *Joannem Michaelem Dumont*, et *Balduinum Neesen*. Praecepisti etiam, ut *Caput* horum Commissariorum, & hujus Tribunalis Revisorii esset idem *Canonicus de Merle*, hoc Judiciorum ordine praestituto, ut, cum ad Te provocatur in *Ecclesiasticis* Causis post duas Sententias, a Tribunali Officialatus editas, Tu Causarum hujusmodi *Canonico de Merle*, tanquam Commissariorum *Capiti*, REVISIONEM deleges, adjunctis eidem duobus ex tribus *Judicibus Pro-Synodalibus*, quos pariter *Commissarios* appellas. Qui quidem si omnes simul unum ferunt Judicium, tunc omnes simul decernunt atque pronunciant; si verò in Judicio ferendo differunt inter se, tunc Causa pro eo absolvitur, ad quem *Canonici de Merle*, uti *Capitis*, suffragium accedit: caeterum tam si horum suffragia in unum conveniant, quàm si unus ab altero dissentiat,

Sen-

Sententiae ; et Decreta *unius Capitis nomen* praeseferunt .

12. Quae cum ita sint, nemo de Nobis conqueri jure poterit, si *novum* vocavimus tam *Tribunal Officialatus*, quàm *Judicium Revisorium*, seù *Commissariorum*, *Judicumque Pro-Synodalium Tribunal*. Si enim *de Tribunali Officialatus* res est, tales, ac tantae sunt *variationes* per novam Tuam Ordinationem illuc invectae, quas singillatim memoravimus supra, ut, Te ipso fatente, *novitatem* praeseferant numeris omnibus absolutam. Si verò *de Judicio Revisorio*, deque *Commissariorum Tribunali* agitur, multò sanè evidentius illius *novitas* incurrit in oculos; cum certo conſtet, illud ante hoc tempus extitisse nunquam, Tuaque Auctoritate fuisse a Te nuper, Nobis dissentientibus, institutum, ut per Te scilicet illud efficeres, quod per Nos impetrare nequiveras; veluti testatam rem faciunt jactatae in antecessum minae, et ea quae minas sunt consecuta, et *Judices ipsi Pro-Synodales*, quos, novo vocabulo superinducto, *Commissariorum* nomine appellasti. Ex quo fit, ut Tuus ipse Administer *Baro de Waldenfels*, novi hujus Tribunalis institutionem *Leodiensi Officiali* significaturus, nequiverit rem ipsam, quae satis per se patebat, occulere, adeòque datis eidem litteris *die 2. Aprilis anni* 1788. dilucidè declaraverit = *C'eſt dans cette vue salutaire*, *& pour éviter*, *que les Parties*, *privées depuis l'abolition de la Jurisdiction des Nonciatures en Allemagne*, *d'une troisieme & derniere instance*, NE FUSSENT OBLIGEES DE RECOURIR, DES JUGEMENS DE L'OFFICIAL METROPOLITAIN, EN COUR DE ROME, QUE S. A. S. E. A POURVU A L'ETABLISSEMENT DE JUGES SYNODAUX, *à l'effet de juger* EN DERNIER RESSORT *les Causes Eccléſiaſtiques*, *tant de l'Archevechè que des Dioceses dépendans*, *tels que celui de Liege et les autres* =.

13. Quanto itaque magis perspicua est rei novitas, patefacta modò per Nos *utriusque Tribunalis distinctione*, tanto clarius elucet Nostrarum querelarum adversus utrumque juſtitia. Tu enim Tribunali Officialatus *immutato*, & *altera* Instantia ei attributa, *novoque* ex integro Judicio Revisorio constituto, id effecisti, ut NUNCIATURAM, & APOSTOLICAM SEDEM *exueres Jure committendi*, *cognoscendique Causas*, Legibusque

Eccleſiaſticis, *Imperiique* peſſumdatis, *Tibi uni* arrogandas putares *tres* Sententias in Cauſis Tuorum Dioeceſanorum, *primam* ſcilicet, quam ferunt Aſſeſſor, vel Aſſeſſores ab Officiali delegati, *ſecundam*, quae profertur in pleno Officialatus Tribunali, *tertiam*, quam Judices Synodales, ſive Commiſſarii dicunt in gradu Reviſionis a Te deputandi; *duas* autem in Cauſis Dioeceſum Suffraganearum, unam in gradu *Appellationis*, & alteram in gradu *Reviſionis*. Quocirca ſi Nos ſpe freti, fore, ut condignam Tu Nobis ſatisfactionem praeberes, diximus in *Noſtra Reſponſione Cap.V.* §.22. in aliud tempus differre Nos reſciſſionem, abolitionemque iſtius Tui Tribunalis cum omnibus actis, quae poſtea ſunt conſecuta, id intellectum volumus de reſciſſione, atque abolitione *novarum* Officialatus *facultatum*, *novique* Reviſorii Judicii.

14. Levioris momenti eſſet, ſi quiſquam adjungeret, quod Nos *cit. Cap. V.* §§.18., *et* 20. de Officialatus Tribunali affirmavimus, quaſi Judices hujus Tribunalis cum aliis *concurrerent* inferioribus Judicibus in Cauſis etiam *Eccleſiaſticis* tuae, tuorumque Suffraganeorum Dioeceſis: cum conſtare contendatur è contra, id de ſolis *Electoratus Tui civilibus* Cauſis eſſe dicendum. Ut enim in hanc opinionem veniremus, fecit ipſa *Ordinatio Tua*, cujus verba ita latè patent, ut *nullum diſcrimen* adhibeant inter civiles, et Eccleſiaſticas Cauſas, utque ex ipſa indigenarum Auctorum ſententia diſtingui, intelligique nequeant ea, quae a Te pro tam diverſarum Cauſarum genere ſunt conſtituta. Eo vel magis, quia contineri explicitè videbantur Ordinatione Tuá *Eccleſiaſticae* Cauſae magis privilegiatae, quales ſunt eae, in quibus *de Eccleſiaſticorum criminibus* agitur, his praeſertim verbis *Tit.XVI.* §.73. = *quantum ad cognitionem* SUPER DELICTIS ECCLESIASTICORUM *ſervabitur*, *quae hactenus in uſu fuit* CONCURRENTIA *cum Decanis Capitulorum*, *et Ruralibus* =.

15. Caeterum ſi *Eccleſiaſticae* Cauſae Dioeceſis Tuae, Tuorumque Suffraganeorum nihil habent *cum hac*, de qua agimus, *concurrentia commune*, Nos nihil *veritati* derogatum volumus. Verum utcumque res ſe habeat, ſi licitum eſt *Tibi* tanquam *Principi Loci*, Tuoque Supremo Tribunali, Te ipſum referenti, *concurrere* cum Judicibus inferioribus in *civilibus* Cauſis *primae* Inſtantiae, multo potiori jure licitum erit S. SEDI, quae ſupremus

eſt

est omnium Judex ; et *Apostolico Nuncio*, qui Vicario illius munere fungitur, in Causis *Ecclesiasticis concurrere* Tecum, cumque Tuo Tribunali, quod Metropoliticam Auctoritatem *uni S. Sedi* referre debet acceptam.

16. Ut probaremus, *prohibuisse* Te, secunda Instantia absoluta, quamcumque Appellationem, usi equidem sumus *Responsionis Nostrae Cap.V.* §.16. ea Juramenti formula, quo secundae instantiae Assessores adstringebantur. Haec enim juxta latinam versionem ad Nos missam Assessores adigebat ad promittendum, = *ut propter aliquam in Officialatus Tribunali pendentem, vel decisam Causam a quoquam vel minimum quocumque modo appellari possit* =, omisso penitus aut Interpretis defectu, aut Scriptoris incuria vocabulo AÇCEPTURUM *vel minimum*. Haec porrò *omissio* in causa fuit, cur ex verbis hujusmodi conjiceremus, Te ulteriores Appellationes vetasse; licet revera de ista omissione subindè admoniti vidimus, abs Te hoc loco Assessores prohiberi tantummodò, quominus quicquam *dono* accipiant *vel minimum, quocumque modo appellari possit*. Sed hoc nihil demit de Nostrarum querelarum veritate: Si enim *hoc loco* prohibita minimè est post secundam Instantiam Appellatio, prohibita quidem illa explicitè est in *Ordinatione Tit.VI.* §.13., ut in eodem *Cap.V. Nostrae Responsionis* advertimus §. 16.

17. Haec declaranda erant quoad Officialatus Tribunal, et Revisionis Judicium, missis *quibusdam aliis* levioris momenti, quae *emendata* propediem in *nova Editione* prodibunt. Nunc autem postquam Nos animi Nostri candori, et bonae fidei satisfecimus, molestum Tibi ne sit, Ven. Frater, ex injuncti Nobis Ministerii debito paterna charitate indicium Tibi fieri de iis, quae certis Auctoribus ad aures Nostras modò pervenerunt. Nobis enim relatum fuit, Te adhuc *in abusu* perstare eas concedendi *Dispensationes*, quae Tuam excedunt Facultatem: ex quo fit, ut scandala in Ecclesia, et in Republica magis augeantur.

18. Illud praeterea non sine immenso animi dolore intelleximus, in Tua *Bonnensi Universitate* pessimae notae *doctrinas* tradi, atque defendi, quae similiter scandalum pariunt Subditis tuis, bonisque omnibus, quaeque insuper Populos in errorem conjiciunt, iisdemque Spirituale generant detrimentum. Qua quidem in re ipsemet docuit eventus, quam prudens, rectumque fuerit consi-

lium a Nobis susceptum, dum assensum Nostrum vel ab initio à Te requisitum pro pensitatione annui subsidii, a Monasteriis Dioecesis huic Universitati praestandi, praebere renuimus; illud inter alia momenta recensentes in similibus Litteris Nostris *die 30. Mensis Augusti anno* 1783. ad Te datis = *isthic florere apud Te audimus* HEDDERICH *illum*, *cujus ejusmodi quaedam sententiae*, *Thesesque pervulgatae sunt*; *ut facilè intelligi valeat*, PLURIMAM INFERRI LABEM ADOLESCENTIBUS AB EO POSSE, UT MULTO POTIUS ESSET MAGISTERIO ILLOS CARERE, QUAM TALIBUS IMBUI DISCIPLINIS. *Hinc agnoscis*, APPROBARI *Nobis nullo modo posse* ACADEMIAM ULLAM, *in qua vel Canonicum Jus*, *vel aliam scientiam quamlibet* ILLE PROFITEATUR =. Nam et *Hedderichius*, et *Spiegelius*, et *Spitzius*, et *Weimerus*, et *Froitzheimius*, et P. *Thaddaeus*, et *Schneiderus*, aliique in eadem Universitate Magistri tantum attulere *scandalum* novis suis, falsisque dogmatibus, ut Opusculum, cui titulus = *Parallelismi inter Lovaniensium Bonnensiumque Doctorum sententias specimen primum in bonum Religionis Catholicae a Theodulpho Josepho van den Elsken*, *Clerico Juliacensi Nepote Patruo suo scriptum*. *Dusseldorpii apud Petrum Kauffman* 1790. =, Nos ad eorumdem dogmatum *proscriptionem* impellat. Nos equidem horum omnium Scripta ad trutinam revocabimus, adhibito etiam ad id consilio *Congregationis* jam deputatae, de qua in praecedenti *Responsione Nostra Cap. VIII.* §. 14. verba fecimus. Verum Tu quoque, Ven. Frater, in partem Nostrarum solicitudinum vocatus, et modò per Nos etiam hujusce mali certior factus, ad tantam perniciem a Tua Dioecesi avertendam arma Virtutis attinge, Nosque retrahe ab usu efficacioris remedii, quod aegrè quidem, sed ex Apostolici muneris ratione Nobis adhibendum foret, ut Oves a mortiferis, ac veneno hujusmodi infectis pascuis retrahamus.

19. Profectò quam de Te, Ven. Frater, magnam animo concepimus fiduciam, ea Nobis pollicetur fore, ut repentè effraenis isthaec licentia coerceretur, totque alia gravissima damna cessarent, si *Membra* illustriora proprio CAPITI adhaererent ea subjectione, quam *Hierarchicus Ordo* Divinitus institutus exposcit. Nemini aeque ac Nobis cordi est pax et concordia; dummodò sub *concordiae* specie assensus Noster pro Apostolicarum Nunciaturarum

rum abolitione, proque aliorum Primatus Jurium subversione non experatur. Nos illaesa servavimus, ac perpetuò servabimus Metropolitanorum Jura; ideoque Tibi illud iterum, iterumque affirmamus, quod Tibi ipsi, aliisque Collegis Tuis professi jam fuimus, scilicet ut, siqui *abusus*, Nobis inscientibus, revera irrepserint in Jura Metropolitica, confidenter Nobis expônas: hos enim cognitos diligenter curabimus de medio tolli sine mora, Tibique in iis omnibus, quae aequitati nitantur, gratificari. Hàbes, Ven. Frater, ingenuos animi nostri sensus, quos a justo quolibet rerum aestimatore probatum iri confidimus, utpote qui Jura Tua, et caeterorum Metropolitanorum illaesa servantes, id a Te, et ab aliis Metropolitanis exposcunt, ut pari justitia serventur et Nostra. Hoc eximia tua, Collegarumque Tuorum Religione freti speramus futurum: atque interim in paterni amoris Nostri pignus Tibi, Ven. Frater, tuaeque curae concreditis Ovibus Apostolicam Benedictionem amantissimè impertimur. Datum Romae apud S.Petrum sub Annulo Piscatoris die 24. Martii 1790. Pontificatus Nostri Anno XVI.

DILE-

DILECTIS FILIIS DECANO, ET CAPITULO CATHEDRALIS ECCLESIÆ COLONIENSIS

PIUS PP. VI.

Dilecti Filii Salutem, et Apostolicam Benedictionem:

1. OBsequentes illi in Nos, et in Apostolicam Sedem Vestri animi sensus, quos Vestrae litterae ad Nos datae *XIII. Kal. hujus Mensis Martii* [*] praeseferunt, quosque Vos dicitis ex Vestris, et Antecessorum Vestrorum gestis repetendos, magnae Nobis, ut et Decessoribus Nostris semper consolationi fuerunt, et effecerunt, ut Nos, pariterque Decessores Nostri acceptam, caramque habuerimus Ecclesiam Vestram, ejusque Alumnos, et Filios honore affecerimus, et omni cumulaverimus benevolentiae ac studii significatione. Hinc facere omninò non possumus, quin digna commendatione Vos prosequamur, quod apertè Nobis declaretis, *nullam Vos partem habuisse* in tanto turbarum aestu, qui nuper *in Apostolicas Nunciaturas* efferbuit, imò turbas hujusmodi, et excitatas, et nimis diù ſotas fuisse *cum vestro non exiguo moerore.* Haec enim Collegii Vestri adeo eximii significatio quemadmodum certos Nos facit, *non sine calumnia* pluribus in Libris in vulgus editis jactitatum fuisse, Nostram istam Nunciaturam maximum sibi *odium* conflasse, perinde ac si *omnem solitarum Facultatum excesserit modum*, ita spem fovet Nostram, fore, ut nihil boni a Vobis, qui tam bono animo estis, expectari non poſſit.

2. Vestrae sane curae ac solicitudines, propter quas ad Nos fidenter confugitis, quo è Vestra ista Dioecesi *divisionem* illam arcea-

---

[*] *En harum exemplum*. Beatissime Pater. Devotio Nostra submissisissima, qua erga Sanctitatem Vestram, Sanctamque Sedem Apostolicam continuo ferimur, aeque ac nostrae intentionis ſolertia pro publico Ecclesiae Coloniensis bono ex nostris, et Antecessorum Nostrorum gestis undique innotescit.

Cum nunc dicta Ecclesia Coloniensis, quae ut omnium dignior est, ita in majori discrimine versetur, si perpendatur declaratio per Serenissimum Principem Electorem Palatino-Bava-

ceatis *Ducatuum Juliacensis*, et *Montiensis*, quam Dilectissimus in Christo Filius Noster *Elector Palatinus* Loci Princeps minitatur, ut felicem, optatumque exitum habeant, Vos, et Venerabilis Frater, Vester Archiepiscopus Elector potestis melius efficere, quam Nos ipsi. Et re quidem vera minimè Vos latent gravissimae illae *causae*, quibus permotus Elector Palatinus Dux Bavariae non Vestrae tantum, sed aliis etiam Metropolitanorum Ecclesiis est divisionem hujusmodi minitatus, utpote quae satis enucleatè *in Commentario* explicantur, quod ipse ad omnes Suffragantes Comitiorum circumferri jussit, quodque Vos etiam Vestris in litteris commemoratis.

3. Harum *prima* est *contradictio*, quae non sine omnium bonorum offensione excitata nuper est adversus non Monachiensem modò, sed alias etiam Germaniae Nunciaturas in gravissimum Apostolicae Sedis, et Temporarii quoque Principatus detrimentum. *Altera* est *violatio* praecipuorum jurium ex Primatu manantium, et divinitùs Nobis concreditorum, Suprema in Nos jurisdictione, et potestate collata tam super Agnos, quàm super Oves, seu quod in idem recidit, super Populos aeque ac super Pastores Oecumenicae Ecclesiae; quae jura Nos ipsi exercuimus, quibus Decessores Nostri semper usi sunt, quaeque Imperii Leges, et Concordata ipsa agnoscunt, ac reverentur. *Altera* versatur super iis, quae a Metropolitanis in Episcoporum, et Sanctae etiam Sedis damnum perpetrantur adversus jura *Appellationum*, et illarum praesertim *Dispensationum*, quae ab Æcumenica Ecclesia uni Romano Pontifici adjudicantur; unde familiarum pax, et tranquillitas prorsus evertitur: quo in loco *doctrinae* etiam genus animadvertitur novum, atque insolens, et errore plenum, quod praedicari, tradique coeptum est. *Postrema* gravissimas querelas complectitur, quod ultro, ac passim exhibeatur

Bavaricum occasione modernorum dissidiorum super Nunciaturis Pontificiis cum nostro non exiguo moerore, et nullam faciendo partem subversantium in publico Ordinum Imperii Congressu facta, qualiter nempe alleſatus Princeps Elector dismembrationem suarum subjectarum Provinciarum ab Archiepiscopatibus mediante institutione novarum Ecclesiarum Episcopalium procurare intendat, quod ipsum autem Archidioecesi, et Ecclesiae Coloniensi respectu binorum eidem huc usque subor-

Digitized by Google

tur cuilibet *Religiosae Libertatis* studium fallax; deceptionis; et periculi plenum; quod hanc ipsam ob rem domestica Regionum quies in discrimen vocetur; quodque luctuosissima discordiarum semina inter Supremum Ecclesiae Caput et Episcopos, inter Episcopos et Principes, inter Principes et Populos eisdem subjectos serantur in vulgus.

4. Haec porrò rationum momenta, ex perversis praesertim dogmatibus deprompta, si locum habent quoad Dioeceses *Electoris Moguntini*, et *Archiepiscopi Salisburgensis*, quorum Scripta quaedam jussu Nostro examen subibunt *particularis Congregationis*, ut in *Nostra Responsione* declaravimus *super Nunciaturis Cap. VIII.* §. 14., et *Cap. IX.* §. 7., suum aequè sibi vindicant locum *in Vestra ista Dioecesi*. Nota enim Vobis est Archiepiscopi Vestri *Pastoralis Epistola diei* 4. *Februarii* 1787., quam pariter examini *particularis Congregationis* subjecimus; multoque-magis nota sunt Vobis ea *doctrinarum* portenta, ac monstra, quae ab *Hedderichio*, *Spiegelio*, *Weimero*, *Frotzheimio*, *P. Thaddaeo*, *Schneidero*, aliisque Professoribus traduntur *in Bonnensi Universitate*, quam ab ipso suae institutionis initio improbatam a Nobis fuisse *Nostrae Litterae* ostendunt *ad Vestrum Archiepiscopum datae die* 30. *Augusti* 1783. In cujus quidem Universitatis inauguratione *Spiegelius*, et *Hedderichius* eò etiam devenerunt, ut *commendatione* dignam putarent eam *Reformationis Ecclesiasticae* normam, quam *Bucerus*, et *Melancton* invenerant, quam compertum est doctrinae *Lutheri* esse consentaneam, quamque *Hermannus de Weida Archiepiscopus* Canonicis sui Capituli exhibuit, ut in proxima Synodo in illam tanquam in speculum intuerentur, et exemplum sibi sumerent ad imitandum.

5. Nos equidem ejusdem *Congregationis* subjiciemus examini isto-

bordinatorum Ducatuum Juliacensis, et Montensis summopere nocivum, plenumque periculis, ac insuper pessimae consequentiae foret, nostrumque dolorem de antedictis dissidiis augere deberet, quae tamen ut per amicabilem compositionem terminarentur, nostrum assiduum votum est, et huc usque fuit, quem in finem quoque Serenissimum Archiepiscopum, et Electorem nostrum repetitis vicibus enixè implorare non intermisimus, ast benevolae ejus voluntati alteram Sanctae Sedis in hac

Digitized by Google

istorum etiam Professorum Libros et Scripta, nuper ad Nostras manus delata. Sed Vos interim, dilecti Filii, hanc, quaeso, veritatem perpendite, deque illa Vos ipsi pro Vestri candore animi judicate. *Si è medio tollentur hujusmodi causae*, quas memoravimus supra, idest, *si* Nunciorum agnoscetur auctoritas, *si* Apostolicorum jurium violatio cessabit, *si* dogmata proscribentur, quae tantam inferunt Ecclesiae, et Reipublicae labem, *si* Professores, quorum adeo sublesta fides est, aut arcebuntur, aut suos errores ejurabunt, *nihil Vobis erit*, *quod metuatis*, et res in vado videtur esse. Quandoquidem ipse *Palatinus Elector* satis apertè suis Scriptis declaravit, se non amplius novam, quam modò meditatur animo, curaturum Dioecesum divisionem, ubi ea, quae modò deflet incommoda et mala, quam longissimè è sua Ditione amandentur: Nosque semper sperare possemus futurum, ut Princeps adeo religiosus et justus novitatem moliri desinat, *cessantibus causis*, quae animum ipsius ad ea nova consilia induxerant.

6. Verum si contra spem omnem, expectationemque Nostram *minimè exulabunt hae causae* tum è Dioecesi Vestra, tum è Dioecesibus aliorum Archiepiscoporum, *si* bellum adeò injustum, ac vehemens fieri perget adversus Apostolica jura, *si* corrupta, et falsa Emsensis Conventiculi dogmata defendenda suscipientur, *si* denique idem fiet de *Hedderichii* doctrinis, cujus Libri novo praelo cudendi in ista Civitate parantur ita, ut homines ad illos coemendos alliciantur, nemo Vestrum persuadebit sibi, *negari per Nos minimè posse* ex officio Apostolici Nostri Ministerii *hanc*, de qua loquimur, Vestrae, aliorumque Archiepiscoporum Dioecesis *divisionem*; cum illam petat, flagitetque a Nobis Vir Princeps, justis, et *canonicis causis* subnixus, ut pura servetur in sua Ditione Religio, ut debito obsequio Apostolicae Sedis jura colantur,

hac via amicabili plane obstare in responsum accepimus.

Hinc quamvis dubitare non possimus, Sanctitatis Vestrae mentem minimè esse ad praememoratum desiderium Palatino-Bavaricum sese inclinatum renunciare, potissimum ob multas, et graves difficultates, quae nullum videntur relinquere locum huic desiderio satisfaciendi; nihilominus juxta zelum nostrum erga Ecclesiam, et pro praevertendis quibuscumque impressionibus contrariis, Sanctitatem Vestram hisco fer-

Digitized by Google

tur, ut Populi sui errorum, et schismatum discrimine liberentur; cum praesertim tum Majorum Nostrorum memoria, tum Nostra, tot fuerint in Germania levioribus etiam de causis divisi, novique instituti Episcopatus *sine ulla Imperii contradictione*, et non sine Episcoporum, Metropolitarumque dissensione, uti in *Nostra Responsione* demonstravimus *Cap. II.* §. 10.

7. Quocirca si Vestra interest, ut omne detrimentum cujusvis generis ab ista Ecclesia arceatur, Vestra opera, collatisque inter Vos consiliis in id debetis incumbere, ut tam per Vos ipsos, quàm per Archiepiscopum Vestrum *novae* isthinc *causae omnes* eliminentur. *Ad Vos* quod pertinet, dilecti Filii, si nullam partem habuistis in iis, in quibus est contradictum Nunciaturis, imò si contradictiones hujusmodi graves Vobis, et molestae fuerunt, rem ita se habere *opera ipsa* demonstretis oportet: Et si *hactenus* Collegium Vestrum per deputatos Viros solitis prosequi officiis Apostolicum Nuncium neglexit, tum sui ipsius adventus, tum natalitiorum gaudiorum tempore, ne detrectetis *modò* erga eumdem debito hoc officio perfungi: eò vel magis quia Vestris obversatur oculis *istius Civitatis Magistratus exemplum*, quem juxta morem noluisse suo erga Nuncium Apostolicum officio deesse vestrates Auctores testantur.

8. *Vicarius Archiepiscopi generalis*, a quo nullum non datur Dispensationis genus, et cujus nomine inscripta tot adversus Nuncium Mandata, et Decreta prodierunt, est Collegii Vestri *Canonicus*. Ejusdem Capituli *Canonicus* est pariter *Herrestorff*, qui delatum sibi munus *Officialis* in Tribunali Officialatus exercet, junctusque Assessoribus *laicis voto decisivo* donatis, suam una cum illis Sententiam in secunda Instantia pronunciat in Causis Ecclesiasticis: quale Judicium et novum est, et ad novam invehendam Instantiam excogitatum; Vester item Collega

---

ferventissime obsecramus, ut Archidioecesim, et Ecclesiam Coloniensem ab ejusdem summopere perniciosa, et periculosa divisione salvam, et liberam conservare, aut in eventum, quo opus fuerit, atque divisionis concessio penes Sanctam Sedem serio urgeretur, nobis benignissime indulgere dignetur, ut gravissima incommoda, pericula, et dispendia, quae in Ecclesiam hujatem, totamque Archidioecesim ex saepe-

ga est *Canonicus de Merle*, qui inter Judices *Pro-Synodales* ab Archiepiscopo nominatus, subinde Judicum *Commissariorum* effectus est *Caput*, ejusque munere fungitur; Nam in tertia, et ultima Instantia suum Is profert Judicium una cum reliquis Judicibus Pro Synodalibus, seu Commissariis in gradu *Revisionis*, licet hoc Revisionis Judicium sit novissimè invectum, licet solam habeant hi Judices Commissionem Archiepiscopi, et licet de Causis agatur Ecclesiasticis, quae ad Sanctam Sedem unicè pertinent, quaeque juxta Tridentinas Sanctiones nequeunt a Judicibus Pro-Synodalibus *sine speciali ipsius S. Sedis Commissione* cognosci, itaut dubitari nequeat, quin Vicarius, aliique Collegae Vestri suam operam conferant ad Sacros Canones violandos, et ad Apostolica jura pessumdanda. Si spectabiles isti Collegae Vestri eo, quo decet, obsequio significassent Archiepiscopo, nequire se hujusmodi invasionibus operam dare, suam profecto Archiepiscopus deceptionem, aliorum insidiis sibi paratam, deprehendisset, nec eo ferri illos coegisset unquam, quo salva conscientia se progredi posse negarent. Hac itaque etiam in parte opus est, ut faciatis Vestro muneri satis, monitis edocti HONORII III. a Nobis in *Responsione Nostra* commemoratis *Cap*.IV. §.7.

9. *Ad Archiepiscopum* verò quod attinet, quemadmodum ex *Vestris litteris* intelligimus, Vos *repetitis vicibus* ab illo postulasse, ut *per amicabilem compositionem terminarentur dissidia* omnia, ita debita laude Vestrum studium prosequentes, Vos etiam atque etiam hortamur, ut ista officia instauretis, utque eò ardentius in tot malorum, de quibus diximus, eversionem incumbatis. Haec autem per Vos studia erga Archiepiscopum Vestrum eo impendentur utilius, si illa adhibebitis, *postquam* fuerit officiis Vestris, quantum in Vobis est, cumulatè per Vos satisfactum. Convertite oculos ad Vestrorum Antecessorum exempla,

saepedicta divisione, seu dismembratione necessario redundare debent, deinceps plenius exponere, et demonstrare audeamus.

In cujus submississima fiducia Beatissimos Pedes devotissime exosculamur, et Paterni affectus erga Nos, Ecclesiamque Coloniensem continuationem humillime precamur, semper permanentes

Sanctitatis Vestrae

Coloniae 17. Februarii 1790.

Devotissimi, et humillimi
Decanus, et Capitulum Ecclesiae
Metropolitanae Coloniensis.

Digitized by Google

pla, qui metuentes, ne ope *Reformationis Ecclesiasticae*, quae hodie è pulvere excitatur, et *a Bonnensibus Professoribus* commendatur, exitiales adversus sanam doctrinam errores in istam Dioecesim importarentur, nihil habuerunt antiquius, quam ut Archiepiscopi animum verbis obsequio, et constantia plenis sibi demerendum curarent, et ingruentem pestem averterent, ac deprecarentur, ut litterae patefaciunt ad Ipsum datae *die* 1. *Octobris anni* 1543., quae ab *Arnoldo Meshovio* referuntur.

10. Ad Nos tandem quod spectat, quantum in Domino possumus, nihil certè omittemus eorum, quae fieri valent, ut Metropolitanos ad pacis, et concordiae sententiam reducamus. Tam *Responsio Nostra*, quae jam vulgata est, quàm *Nostrae Litterae in forma Brevis*, modò *ad Vestrum Archiepiscopum* conscriptae, Nostram agendi rationem omnem satis cuique patefaciunt, ostenduntque luculenter, *sine ulla Nostra culpa* nondum revertisse eam pacem, quam ardenter optamus; nisi contra Nos velit fortasse verti, quod abolitioni Nunciaturarum, aliorumque jurium è Primatu manantium a Nobis fuerit denegatus assensus: nulla enim alia proposita hactenus est Nobis pacis conciliandae ratio.

11. Nostris Apostolicis curis si illa etiam accedent, quae Vos praestetis oportet, equidem favente Deo, quem die noctuque flagitamus, atque enixè obsecramus, speramus fore, ut Vestri timores penitus dispellantur, et illa reddatur moerenti Ecclesiae tranquillitas, quam modò deflet illa sibi ademptam. Hac spe freti Nostrae in Vos dilectionis testem, ac pignus Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 27. Martii 1790. Pontificatus Nostri Anno XVI.

VAI 1532678

Digitized by Google

Errata	*Corrige*
Pag. 14. §. 13. nt	ut
p. 23. N. 61. col. 1. *satis*	*fatis*
p. 56. N. 15. in fine *eclui*	*celui*
p. 75. §. 22. *Orbem*	*Orbe*
p. 106. N. 27. *Federiei*	*Federici*
p. 130. §. 48. diffiteri	diffiteri
p. 132. §. 51. *ae*	*ac*
p. 148. N. 27. Sta tutorum	Statutorum
p. 186. N. 49. REçU	REÇU
p. 192. §. 28. *Assersorem*	*Assertorem*
p. 259. N. 334. n. 16. A. 1587.	A. 1589.
p. 262. §. 136. *contrarium*	*contrariorum*
p. 311. §. 22. (Cap. VI. §§. 50. 31.	(Cap. VI. §§. 50. 51.
p. 314. §. 26. (Cap. VIII. §. 806.)	(Cap. VIII. §. 106.
p. 322. §. 36. CONSERVARSERO	CONSERVASSERO
p. 346. §. 18. attinge	accinge

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google